

Nota
Quia compositum est cum sigillis signatur libellus
et a Philiberto Haresche et Petro de quinquaginta.

Del Colegio de la Santa de los de gran. B. 11-9575

EXPOSITIO

TVM DILVCIDA, TVM BRE-
VIS EPISTOLAE DIVI PAVLI AD
Romanos cum definitionibus vocum difficiliorum, & diversarum acceptionum adnotatione, ex veteri testamento authoritates, siue septuaginta interpretum, siue hebraicę veritatis, quas interdum sequitur Apostolus ita plenum faciens ut nemo sit qui non ex ea fructum capere possit vberimum. Authore
Fratre Philiberto Haresche Augu-
stinianę familię Doctore Theo-
logo facultate, origine, &
conuentu Parisi-
ensi.

Cum indice copiosissimo.

Jo. de la ...

PARISIIS.

Venit apud Ioannem Paruum, &
Poncetum le Preux
in vico Iacobę.

1536.

Cum priuilegio.



REVERENDO IN CHRISTO
PATRI SACRARVM LITERARVM
professori clarissimo D. magistro Gabrieli Veneto, totius
eremitani gregis Augustiniani pastori dignissimo, Frater
Philibert⁹ Haresche eiusdē religionis Theologorū mini-
m⁹ facultate, origine, & cōuentu Parisiē.

Salutem plurimam
dicit.



UPERIORIBVS ANNIS IL-
lud Apostoli frequēter perpendens, Attē-
de lectioni, exortationi, & doctrinā, Noli
negligere gratiam quā est in te, de inter-
pretanda eiusdē quē est ad Romanos epi-
stola cogitavi, tum q̄ viderem in illa haud
parum difficultatis inesse non ex modo loquendi: tantū
verum & ex sententiarum profunditate. Itaq; quo legen-
tibus textus intelligentia clarior haberetur descriptiones,
definitiones, vocumque diuersarum acceptiones in mar-
gine sub notularum titulo inferere mihi congruum visum
est, quas vicissim textus literalis sequitur expositio, in
qua nullius dictionis omīssa elucidatione cum ex vetere
testamento Apostolus auctoritates adfert, dum septuaginta,
aut Hebraicam imitatur veritatem, planū feci. Hoc opus
cui diuinem indaganti, mihi totius eremitani gregis Augu-
stiniani generalis pastor vigilāssime, & prudētissime sese
obtulērunt tuā fulgentissimā virtutes, quibus vitiorum om-
nium expugnator es, & velut stellis cęlū exornatus. Pru-
dētia enim amplecteris qua preteritorum recordaris, præ-
sentia ordinas, & futura prouides. Tibi proprium est exa-
minare consilia, & nusquam facili credulitate ad falsa pro-
labi. Temperantia concupiscentiæ frenum imponis, super-
flua circūcidis. Palatum tuum fames excitat, non sapores.
Magnanimitate constans es, pericula nec appetens, vt tes-
merarius, nec reformidans vt timidus. Deum supremum
omnipotentemque timore filiali times, & amore casto di-
ligis, Corrigis errantes. In ratione reddenda, nec ad
dextram, nec ad sinistram declinas. Cunctis es benignus,
nemini blandus. His virtutibus & clarissimis in re in Au-

gustinianam meritis impulsus, quoniā illa pro dignitate exigui in-
genii mei viribus celebrare non possum, mearum lucubrationum
primitias nomini tuo do, offero, dedico. Hoc factum nostrum co-
natumq; hilari vultu suscipias, & vt bon⁹ pastor me gregis tui out-
culam p̄ roregas obsecro. Qz si, vt spero, te fecisse cognouerim, ad
alia velut asylo protectus prope calamum adiciam, Vale pa-
ter reuerende. Ex tuo Augustiniano conuentu Parisiē. 14.
Augusti anno salutis Christianæ .1 5 3 6.

Extractum a registro facultatis Theologiæ in vniuersitate
Parisiē.

ANNO domini millesimo quingēto simo tricesimo quinto, die
prima mensis decembris, congregata facultate apud sanctū
Matburinum post missam eiusdem facultatis, in primis au-
dita relatione honorandorum magistrorum nostrorum, vi-
desicet Nicolai de Grambus, Ioānis Bertou, & Ludouici Quésain,
qui visitauerunt librum intitulaum, Expositio in epistolam ad Ro-
manos, editū ab honorando magistro nostro Philiberto Haresche
ordinis Heremitarum beati Augustini. Consentit facultas q̄ im-
primatur, & venditioni exponatur.

De mandato domini decani exor-
dinatione sacre facultatis Theologiæ. J. Tauuel.

De par monsieur le Preuost de
Paris ou son lieutenē ciuil.

VEVE ladictē certification de la faculte de theologie, il est
permis a Jehan Petit, & a Poncet le Preux librairez iurez
de l'uniuersite de Paris, imprimer & vendre ledict liure, intitule,
Expositio in epistolam ad Romanos fratris Philiberti Haresche,
& deffenses a tous aultres de ne l'imprimer, ou faire imprimer,
vendre, ne souffrir vendre daultres que de ceux dudict Jehan Petit,
& le preux: au dedans deux ans prochainement venans, sur peine
de confiscation desdictz liures, & en amēde arbitraire. Fait le .7.
iour D'aoust .1 5 3 6,

Ainsi signe.

I. I. de Mesmes

INDEX ALPHABETICVS.

A Dieb ⁹ Io. Baptiſtæ vſus gladii materialis eccleſie reſtoribus prohibetur Folio. 272	Adhæreſe bono Adulter Adulterari Aliquem offendere Aliquẽ loqui ea quæ per eum ef- fecit Chriſtus Aliquid non eſſe, dupliciter dici- tur Aliquid ſecundum gratiam tri- bui Aliquid percipi cum gratiarum actione Alteri condignum quid. Altũ ſapere, & altũ ſentire diſ- ferunt Ambulare ſecundũ carnẽ Amen Amicus Anathema Angelica natura hominem per- turit Anguſtia Anima Anima beata hominem pertu- rit Ante Chriſtum paſſum, circum- ciſio profuit Apparere Apollo Apoſtorum. 4. genera Apoſtolus, apoſtalar ⁹ , & apoſto- lici m̄ieris functio, differunt Apoſtolus quĩꝫ quaſi perfectiſ, quandoꝫ vero quaſi perfectu- ris loquitur Apud ſeipſos eſſe ſapiẽtes Apud ſeipſos non eſſe ſapientes Ibidem	259 122 273 201 313 81 78 292 153 232 139 337 277 178 per 157 172 266. &. 267 157 50 218 325. &. 328 3 7 14-6 237 Ibidem
Abba Abel, Abraham, Iſaac, & Iacob in lege naturali viuentes, iuſti fuerunt Abolitum Abraham aliquorum pater car- nalis, & aliquorũ pater ſpiri- tualis Abraham ſua credulitate a deo iuſtus reputatus eſt Abraham. 2. 5. annis ante circu- ciſionem iuſtificatus eſt Abraham ex operibus diſpoſi- tiue iuſtificatus eſt Abraham per fidem a deo hæ- res inſidi cõſtitutus eſt. Abraham de prole habenda nõ dubitauit. Abrahæ dominus tria promiſit & repromiſit Abſtinens ſecundũ ſciẽtiã Abſtinens non ſecundã ſciẽtiã Achaya Accipere habũdantiã gratiæ Accipere habundantiã dona- tionis Actus præcedens primã iuſti- ficationẽ nõ eſt meritori ⁹ Ad aliquẽ eſſe prophetã, tria requiruntur Ad aliquid vocatus & non ele- ctus ad aliqd vocat ⁹ & elect ⁹ ibidẽ	149. &. 151 60 80 72 73 78 74 82 88 89 205 Ibidem 318 103 Ibidem 68 4 2 Ibidẽ	

INDEX.

Arbitrari Arma lucis Auaritia Auditores legis Augustinus de ieiuniis B Baptiſma triplex Beatitudo duplex Beatus per cõſummationẽ Beatus per ſanctitatis adeptio- nem Beatorum anime, ab eccleſia nõ ſeparantur Benedictio dei ſẽp implet Benignitas dei Blaphemia Bona fidelium conuerſatio, lau- dis diuinæ ab infidelibus cau- ſa eſt Bonitas dei Bonus & iuſtus differunt Bonum nomen C Cadere Cain, & fratres Ioseph in lege naturali viuentes, ſua pec- cata cognouerunt Captiui & cõcaptiui diſfe. Carere fide Caro peccati Caro in ſimilitudinem carnis peccati Caſus Iudeorum in Chriſtum, mundo profuit Cenchrus Ceteri, Iudeorum patris Charitas fraternitatis	70 277 30 39 283 108 75 295 Ibidem 288 262 34 55 48 33 95 294 229 65 326 280 140 Ibidem 230 324 226 259	Charitas dei increata Caritas dei creata Caritas dei, ſuos ad malũ im- mobiles reddit Charitas in Chriſto Ieſu Charitas non ſecundum ſciẽtiã Charitas ſecundũ ſciẽtiã Chriſti fideles quomodo & quã- ſe defendere debent Chriſtus vnctus eſt oleo inuiſi- bili Chriſtus ſoluit didragma, non quod debitor eſſet Chriſtus, propitiatorium, propi- tiationis, & propitiator dicit Chriſtus pro omnibus ſufficiẽ- ter paſſus, vult ſua membra nõ peccare Chriſt ⁹ integer crucifix ⁹ eſt Chriſt ⁹ mortu ⁹ eſt peccato Chriſtus, morte ſpiritali ſemel mortuus eſt Chriſto compati Chriſtus in generali nos orare edocuit Chriſtus ad dexteram dei Chriſtus dicitur lapis Chriſtus dicitur petra Chriſtus in homine prope eſt eſt quadrupliciter Chriſtus miniſter circunciſio- nis Chriſtus in gentibus patrem cõ- ſtitetur Circunciſio duplex Circunciſio, ſignũ fuit & ſigna- culum	92 Ibidem 176 177 255 Ibidẽ 264 2 273 66 104 111 112 Ibidem 150 161 169 202 204 211 306 308 49 77
--	---	--	--

¶ iii

Benedictio e. 2. 3. 4.

INDEX.

Circumcisio baptismum figura		Credentem, bene operari oportet	71
bat	ibidem	Credere deo, credere deum, & credere in deum differunt	75
Cogitare, & estimare, differunt	112	Credere iniquitati	37
Cohaerentes Christi	150	Credere in eum, qui suscitavit IESVM CHRISTVM a mortuis	86
Collatio elemosynarum	320	Cubilia	278
Comestiones	278	Cuiuslibet personae divinae, Christi suscitatio attribuitur	90
Committre alicui aliquam rem, & credere alicui aliquam rem, differunt	52	Cum Christus esset in terris, non erat tunc ieiunans	285
Commune	291	Cura pauperum non secundum scientiam	205
Complantati	110	Cura pauperum secundum scientiam	ibidem
Concupiscentia duplex	127		
Condemnatio	103		
Conformari huic saeculo.	249		
Conformes fieri imagini filii dei.	165		
Consepulti	108		
Conscientia erronea	297		
Conscientia	43		
Consilio indigere	247		
Consultarius	246		
Consolatio	304		
Constantini imperatoris erga ecclesiasticos humilitas	268		
Contra naturam	233. & 236		
Contentio	30		
Contentio, pro malitia	58		
Contumelia	23		
Contumeliosi	31		
Cor quadruplex	35		
Cor insipiens	23		
Cor obscuratum	ibidem		
Corpus	267		
Corpus emortuum	86		
Corpus mortis	137		
Corpus peccati	110		
Creaturam ingemiscere	157		

D

Damnati, non sunt proximi nostri	273
Dare prior	246
De iudicio generalis	44. & 289
Dei minister	272
Deo gratias agere	10. & 23
Deo inimici	97
Deo reconciliati	97
Destinare, proponere, & praedestinare differunt	6
Detrahere	31
Detractores	31
Deus homini dupliciter aliquid manifestat	31
Deum, sicut deum glorificare	23
Deum habere in notitia	28
Deum non habere in notitia	ibidem
Deus, cur deus verax dicitur	54

INDEX.

Deus, noster figulus est	194	Duplex dei veritas	26
Deum promittere promissione secundum propositum	244	Duplex sacrilegium	47
Deus non permittit aliquos errare, ut aliorum misereatur	245	Duplex timor dei	58
Deus, solus sapiens	335	Duplex infirmitas	54
Dies irae	35	Duplex prudentia spiritus	144
Dies naturalis	282		
Dilectio dei	185		
Diligentibus deum, omnia in bonum cooperantur	163		
Diminutio	230		
Distinctorum unum, & idem os	304		
Dives	212		
Diversi iustificationis modi	40		
Diversis rationibus deus in hac via peccatores punit	196		
Divitiae dei	245		
Divitiarum dei contemptor	33		
Divitiae bonitatis dei, in quo consistant	33		
Docere in doctrina	258		
Doctrina Christi	230		
Dolus	30		
Dolus, insidiae, & fraus, differunt	ibidem		
Domino servientes	260		
Domini Pharaoni iussa ad bonum inductiva proposuit	191		
Domini non derelinquit adimplere promissum de CHRISTO Davidi factum propter ipsius facinora	54		
Dorsum spirituale	226		
Duplex dei ira	20		
Duplex donum	256		
Duplex dei gloria	23		

E

Ebrietas	278
Ecclesia	326
Ecclesiae sacramenta, a passione Christi suum sortuntur esse	108
Electio	186
Electio, iudaeorum pars	225
Eloquia dei	52
Emerere, & redimere differunt	66
Emulatio	204. & 279
Ephenetus	326
Eraustus	334
Error antropomorphitarum	24
Erubescere	15
Esse in lege	63
Esse ex fide	81. & 295
Esse in carne	123. & 145
Esse secundum gratiam	81
Esse secundum carnem	144
Esse secundum spiritum	ibidem
Esse in spiritu	145
Esse ex uno concubitu	186
Esse ex diverso concubitu	ibidem
Esse sub CHRISTO IESU, & esse in CHRISTO IESU differunt	139
Euangelium	3. & 215
Euangerunt, & frustrati sunt differunt	23
Euangelium Pauli	45. & 335

INDEX.

Ex & per in eadem sententia
posita, differunt 70 & 245
Excidere 183
Existimo & puto quadoque in-
crepant 154
Expansę manus Christi 218
Expergisci, & de sonno surgere
differunt 277

F

Facientibus mala, consētere
expresse 29
Facientib⁹ mala, consenti-
re interpretatiue ibidem
Facientibus quod in se est, deus
prouidet 217
Factores legis 40
Fames 178
Fides 10
Fides ex parte 74
Fides prefacta ibidem
Fides causa est & principiu ius-
ficię 202
Fides ex verbo cōcipitur 314
Fegmentum 192
Figulus ibidem
Filius dei naturalis 4
Filius dei adoptiuus ibidem
Filiū abrahę carnales tantū 184
Filiū abrahę spūales 185
Fines orbis terre 216
Fornicatio 30
Fratres 173
Frangi, & excidi differunt 233
Fructificare deo 123
Frui ordinarie 316
Frui ex parte ibidem
Furari 272

G

Gaius 334
Gaudiu in spūfacto 294
Genua curuare, & genua flecte-
re, differunt 221
Gentes 43
Gentilium idololatria 25
Gentiles ex creaturis deum co-
gnoscere possunt 22
Gloria 246
Gloria ex operibus 73
Gloria ex fide ibidem
Gloria in Christo iesu 212
Gloria non in CHRISTO
iesu 212, & 213
Gratia dei, nostrę iustificatiouis
causa formalis 68
Gratia cum electione gratię
dei 221
Gratia duplex 7

H

Habere omne gaudium
spirituale 310
Habere omnem pacē
ibidem
Habere fidem secundum scien-
scientiam 205
Habere fidem non secundum
tiam ibidem
Habere fidem apud semetip-
sum 295
Habere fidem coram deo ibidē
Helias zelo dei ductus, a verbis
non se continuit 205
Heretici sua contumacia quan-

INDEX.

doque excisi sunt 236
Heretici proprium est falsū ve-
rū: & verū, falsū asserere 236
Hereditas qua Abraham a deo
mundi heres cōstituit⁹ est 82
Heredes dei 150
Herodion 328
Hesitare diffidentia 86
Homicidium 30
Homo, dupliciter cōsiderat⁹ 52
Homo per adoptionem deita-
tis, deus dicitur 52
Homo ex se non promeruit es-
se 85
Homo carnalis 132
Homo interior 135
Homo exterior 137
Honor 246
Honore inuicē puenire 260
Hospitalitatem sequi, & hospita-
litatem sectari disse. 261
Hostię 249
Humanum 118
Humanū corpus, mortale 115
Hyperbolicus sermo 180

I

Iacob post visionem faciei do-
mini, vocat⁹ est israel 184
Idipiū sapere in altetutū 304
Ieiunium quadra, de traditio-
ne apostolorū videt⁹ esse 282
Iesus. 2
Ignorantia triplex 33
Imago dei naturalis 164
Imago dei adoptiua 155
Imago filii dei ibidem

Imbecillitas 297
Immundicia 23
Imprecas 20. & 95
Impudicitie 279
Impurare peccatum 75
In abcondito iudeus esse 49
In aliquem diues 212
Incomprehensibilia 245
Incompositi 31
Infirmitas nature hūanę 299
Infirmitas carnis hūanę 297
In fide firmus 85. & 280
In fide infirmus 86. & 280
In hoīe peccatū dominari 115
Iniquitas nostra, nō est iustitię
dei causa effectiua 55
In manifesto iudeus esse 49
In mortali corpore peccatū re-
gnare 115
In lege mosaica, hostia offerēda
erat ex mūdis animalib⁹ 252
Inquirere pacem, sequi pacem,
& sectari pacem disse. 304
In sacris scripturis quando vnū
verbū pro vno sumitur & im-
mediate post, pro alio 65
Inserere. 233
Insipientes 31
Instaurari 274
Inter alios esse 253
Inter cibos discernere 295
In veteri testamēto Sacerdotes
Reges, & pphęte vngebant 2
In veteri & nono testa. plures
binomii fuerunt 1
In vanum fieri 23
In mentores malorum 31
Inuestigabilia 245

INDEX.

Invidia	30	Iustificari gratis	68
Inuisibilia dei	21	Iustificati	165
Ira dei	35		
Iram operari	82	L	
Iudex verus	45. & .49	L egalium triplex fuit tem-	
Iudex cognominatus	46	pus	282.
Iudei C H R I S T V M venis-		Lex	136
se multis modis cognoscere		Lex viri	122
potuerunt	207	Lex mortis	123
Iudei Christum expectant cum		Lex dei	136
afino Abrahę	240	Lex mentis	ibidem
Iudei, Enoch & Helya predicā-		Lex peccati	ibidem
tibus, euangelii suscipiēt	241	Lex spiritalis	131
Iudei, nostri sunt captarij	186	Lex spiritus vitę	139
Iudex homicidam morti adiū-		Lex mosaica, suos, infirmos fa-	
dicans, malum pro malo non		ciebat	139
reddit	264.	Lex mosa. ante Christum passā,	
Iudicium multiplex	33	lex iustitię dicebatur	202
Iudicium suspicionis	280	Lex iustitię	201
Iudicium temeritatis	281	Lex diuina naturalis	62
Iudicia dei	245	Lex diuina pure positina	ibidē
Iurare quandoque expedit		Lex humana	63
11. & .179		Lex membrorum	83. & .106.
Iustificationis nostre initium ex		& .136	
gratia est	225	Lex cognitionem peccati con-	
Iustitia dei	66	fert	64.
Iustitia fidei	201	Lex naturalis ex se, dei iustitiam	
Iustitia scribarum & phariseo-		non manifestat	67
rum	ibidem	liber a iustitia	119
Iustitia ex lege	208	libertas glorię filiorum	153
Iustitia ex fide	ibidem	loqui per gratiam dei	253
Iustitia hominum	16	loqui per prudentiam humanā	
Iustitia dei increata	ibidem	ibidem	
Iustitia dei creata	ibidem	Iucius	334.
Iusti apud deum	39		
Iustus	16	M	
Iustus constitutus	103		
Iustificare impium	75		

INDEX.

Macedonia	318	Mors	175
Magnificati	165	Mors pro exaltatione nomi-	
Mala non sunt facienda vt ex his		nis dei, cum audacia suscipi-	
bona eueniant	55 & .56	tur	96
Maledictum duplex	262	Mortificati	171
Malignitas	30	Mortui cum christo	111
Maligna in agentem recipro-		Mundus	229
catur	54	Mysterium	238
Malū pro malo reddere	263	Mysterium dei	ibidē
Malum nunquam homini eligē-		Mysteria diuina in humanitate	
dum aut faciendum	57	Christi celebrata, occulta fue-	
Manumitti, & liberari differunt		runt	336
120		Mythicum	255
Maria virgo cum corpore & a-			
nima ad celos ascendit	210	N	
Maria ab originali immunis		Narciscus	328
fuit	68. & .102	Naturaliter que legis sunt	
Maria omnium christianorum		facere	43
per gratiā ip̄i effecta est	319	Nihil damnationis his qui sunt	
Massa	232	in Christo iesu	139
Memoriis sanctorum cōmu-		Nihil sine causa scripsit aposto-	
nicare	261	lus	105. & .321
Mendacium	26. & .55	Ninivite & regina austri quō iu-	
Mensa duplex	226	deos condemnabunt	50
Mensura fidei	253	Noe potestatem coercitiuam pri-	
Mentiri, & mendacium profer-		mus exercuit	269
re differunt	178	Non ambulare secundum car-	
Merito querere refrigerium spi-		nem	139
rituale	320	Non custodire legem, & preua-	
Millenarius numerus perfectio-		ricatorē esse legis disse.	49
nem significat	222	Non vnum promittit deus, &	
Ministerium suum honorifica-		aliud facit	90
re	231	Non viuere secundum volunta-	
Misericordia diuina	249	tem peccati	107
Misericordia humana	ibidē	Non esse ex fide	205
Miraculis doctrina tam veteris		Nox spiritualis	282
quam noui testamēti in posses-		Notum dei	20
sione collocata est	314		

Non notum dei.	21	Oratio in nobis retū spiritali-	um sollicitudinem excitat 261
Nuditas	172		
Nullus dei patris fuit cōsiliari-			
us, nisi solus Christus	248		
Numa pompilius leges quasdam			
condidit	124		

O.

O bedire cōcupiscētiis	115	P aganus nō est a deo factus,	vt sit paganus 85
Obedire ex corde	117	Parcere	166
Obsecrare	12 & 24-9	Parentibus non obediētes	31
obsecratio	204 & 217 & 320	Parturire	154
Obstunt demones in oratio-		Paruuli absq̄ sacramento ba-	ptismatis decedētes, sola pena
ne.	323	dāni puniuntur.	36
Occidere	272	Passio martyrum sūte veteris, si	ue noui testamēti qua de cau-
Odire malum	259	sa ab ecclesia celebratur	173
Officium principis	269	Passiones	26
Offendiculum	288	Passiones peccatorum	123
Omnis homo mēdax	54	Patientia dei in quo cōsistit.	33
Opera, ad gratiā disponūt	40	Patientia boni operis	35
Opera legis, non iustificānt esse		Patientia	92
ctiue.	64	Patres veteris testamenti, in lim-	bo solo lumine gratiæ priua-
Opera in peccato facta, ad pre-		bantur.	140
mium temporale valent cū ex		Pauli benedictio, nō minor pa-	trum veteris testamenti
fide emergunt	64	Pauli & iacobi de operibus cō-	cordantia ex diuo augustinō
Opera tenebrarum	277	41 & 74.	
Operatio ad finem debitum or-		Paulus verus filius beniamin.	219.
dinata.	252	Paulus nunq̄ fuit preuicator	legis
Operatio secundum exigentia		49	
medii moderata.	Ibidem.	Paulus aliquando vt spiritalis	aliquando vt carnalis: & alia
Operatio secundū rationem di-		quando in propria persona lo-	quitur.
rigens.	Ibidem	46	
Opus legis naturalis	44		
Oracula dei	52		
Orare. Aduocare, & interpellare			
diff.	169		
Oratio	12 & 160		

INDEX.

Paulus ante conuersionem di-		Ponere vt terram corpus su-	
ctus erat Saulus.	1.	um	226
Pax dei	8 & 91	Populus	309
Pax hominū	8 & 91	Postulatio	160
Pax dei passibilitatem aufe-		Potentia dei	195
rens.	92	Præcepta negatiua affirmatiuis	
Peccare sine lege, dupliciter di-		sunt vniuersaliora, & semper	
citer	39	& ad semper obligant	275
Peccare in similitudinem præ-		Præcepta affirmatiua semper &	
uaricationis adæ	99	nō ad semper obligant. Ibidem	
Pctā mortua & mortifera	57	Præcepta legalia & ceremonia-	
Peccator cōstitutus	103	lia Christus in euangelica cō-	
Peccata originalia baptisate		mutauit	100
suscepto, remittuntur	69	Predestinatio dupliciter sumi-	
Peccatum	39. & 57	tur	6
Peccatum reuiuere	127	Predestinatio	164
Peccatum morale ex diuo augu-		Predestinati	Ibidem
gustino.	296	Predestinati a deo separari se-	
Pedes pro bonis actionib⁹	213	paratione finali non possunt	
Periculum	172	177.	
Percontatio & interrogatio dif-		Prescientia non secūdam pro-	
ferunt.	168	positum.	164
Permanere in peccato	107	Prescientia secundum propo-	
Permissio	250	situm	164
Persequutio	172	Prescire	219
Persida	328	Preuaticatio legis.	81
Personarū acceptio	39	Primitiæ	157
Pertransire	99	Primitias spūs habere	ibidē
Petra & lapis quodāmodo		Primogenitus	165
diff.	201	Principes ecclesie veteris testa-	
Phebe	324	facinorosos gladio precul-	
Philologus & Iulia.	329	runt	272
Placere hominibus	264	Prisca & aquila	325
Placere homini vt hō est	299	Probare aliquid	295
Placere proximo vt proximus		Probare deum habere in noti-	
est	ibidem	cia	28
Plebs	197	Prodigium.	313
Plus sapere q̄ oportet	253	Prohibere	14

INDEX,

Prophetia	4. & 257.	nem, & facere memoria differe	
Prophetę falsę	4	runt	11
Prophetę domini	ibidem	Reconſiliati	97
Proprie eſſe	253	Reformari	249
Proſperũ iter in uoluntate dei	12	Reges & ſacerdotes q̄ ſunt	37
Proſperũ iter non in uoluntate dei	ibidem	Regnum dei	293
Prudentia carnis duplex	14-4	Regula Diui Auguſtini de ſtatu	
Prudentes apud ſemetipſos	263	tis eccleſiaſticis	20

Q

Q	Vadragimaſimale Ieiunium dei conuerſationis imitationẽ continet	284
Quibus deus confert gratiam	ſcedetes culpas remittit	69
Quicquid in ſacris ſcripturis ſcribitur, ad uilitatem & doctinam noſtram ſcribitur	301. & 302. & 303	
Quicumque ſaluati ſunt, in merito Chriſti paſſi, aut paſſuri, ſaluati ſunt	227	
Qui edificauerit altaria domi	no	219
Quis pro nullo	95	
Quomodo intelligitur Non eſt iuſtus quiſquam	60	
Quos alloquitur lex naturalis, quos moſaica & quos euangelica	63	

R

R	Ratio fidei	257
Recordari, facere mentio		

Remiſſe iniquitates	75
Replere euangelium	CHRI
S T I	
Repletus omni ſciẽtia	311
Reputare, & iputare diſſe	74
Reſponſum Diui Hieronimi ad Eutochium, quod tota pene epiſtola ad Romanos ex ueteri teſtamento ſtructa eſt	59
Reuelatio irę dei de celo	21
Reuelatio occultorum ad malos pertinet, manifeſtatio uero ad bonos	289
Rufus	329

S

S	Acrificium	10
Saluari per gratiam Chriſti ſine fide actuali	221	
Saluari per gratiam & fidem actualem Chriſti	221	
Saluari per fidem actualem ſecundum electionem gratię dei	221	
Salue	330	
Salutare	330	
Sanctus quis dupliciter dicitur	7	
Sanitas humana	297	

INDEX

Sanitas nantę	299	ibidem.	
Sapere ad ſobrietatem	253	Seruire ſuo uentri	330
Sapere ſobrie	253	Seruitus triplex	1
Sapientia in bono	331	Seruitus corruptionis	153
Sapientia in malo	332	Seruum eſſe alterius	117
Sapientia uera, & prudentia diff.	14-4	Seruus ſeruiẽs domino ad oculum	cclxxi.
Sapientia, ſcientia, & prudentia diff.	ccxlv	Seueritas	ccxxxiii
Sapientia creata	ccxlv	Seueritas dei.	ibidem
Sapientia increata	ibidẽ.	Sibiipſi uiuere	cclxxxvi
Sathanas	333	Sibiipſi mori	ibidem
Scandalum	201	Signum	77. & 313
Scandalum actiuum	290	Simplicitas in bono	cccxxxii
Scandalum paſſiuum	290	Simplicitas in malo.	ibidem.
Scandalum puſillorum	201.	Sine affectione qui.	xxx.
& 250		Sine federe qui.	ibidem
Scandalũ phariſeorũ	201	Sine miſericordia qui	ibidem.
Scientia creata	245	Sobrietas	ccliii
Scientia increata	ibidem.	Solatium	304
Scripturę ſanctę	4	Spes	85
Scripturę non ſanctę	ibidem	Spiritu dei agere	148
Seculum	ccxvi	Spiritus adoptionis filiorum	149
Secundũ propositum uocati ſancti	164	Spiritus compunctionis bifariam ſumitur.	34
Sectari & inſectari diſſe.	cc	Spiritus ſeruitutis in timore	149
Semper orare	cclxj	Spiritus	cclxvii
Senſus improbus	xxviii	Spiritus uarij	149
Senſus reprobus	ibidẽ	Spiritualis homo	cclxix
Septenarius numerus uniuerſitatem ſignificat.	ccxxii	Spiritus prophetię non ſemper, nec de omnibus ſimul corda prophetarum illuminat	
Sepulchrum	57	ccxxij	
Sepulchrum patens	ibidẽ	Spiritus ſancti gemitus quales	clxii
Serui inuiles	1	Spiritus ſanctus multis modis homini tribuitur.	146
Seruire deo in ſpiritu	11		
Seruire deo in nouitate ſpiritus	cxiiij.		
Seruire in uetustate literę			

INDEX.

Spiritus sanctus viro probo mul-	
tifaria testimonium reddit	149
Stipendium & authoramentum	
differunt	120
Sub lege esse volutarie	115
Sub lege esse quasi coactus	ibidem
Sub peccato esse	57
Superbia	31
Superbi	ibidem
Subintrare	105
Sustentatio dei & eius patientia	
differunt	33
T	
Tecta peccata	75
Tempora eterna	335
tempore Di. Aug. nudum impletum	
erat illud. In oem terram exi.	215
tenere supscriptionem cesa.	263
testamentum	238
testimonium conscientie in spi-	
ritus sancto	179
thesaurus triplex	172
thimoteus	333
timorem dei p oculis habere	58
traditio Christi ad mortem no-	
stro delicto attribuitur, resurre-	
ctio vero iustificationi	87
tres angelorum hierarchia ex B.	
Dyonisio	176
tribulatio & flagellum diff.	92
tribulatio	172
tributum	270
tribus modis in creaturam domi-	
natur Christus	286
tribunal	288
tribunal Christi	ibidem
tristitia	178
tristari quandoq; expedit	179
V	
Varia doctorum expositio	
nes super illud optaba	
enim ego ipse anathema	179
& 180. & 181	
Vas in contumeliam	192
Vas in honorem	ibidem
Vasa ire	195
Vasa ire apta in interitum	ibidem
Vasa misericordie	ibidem
Veritas & pinguedo disse.	232
Vestigal	271
Venundatus sub peccato	132
Verba a Christo apostolis dire-	
cta, non solum de eis veritate	
habent	217
Verbum Christi internum	215
Verbum Christi externum	ibidem
Verbum conlummias & abbre-	
uias in equitate	198. & 199
Veritas dei	55
Veritas in Christo iesu	178
Veritas non in christo iesu	ibidem
Verum sacrificium	249
Vestigia fidei Abrahę i prepu-	
tio positi	79
Vestigia fidei Abrahę imitari	
ibidem	
Vetus homo	110
Victima	249
Vig domini	245
Vinci a malo	266
Viri ecclesiastici a tributorum &	
vestigialium perfolutione ex-	
empti sunt	273
Virtutes angelice bone	175
Virtutes angelice male	ibidem
Virtus, potentia, & ptas disse.	15

INDEX.

Vas	175	Vocatio specialis ad apostolatū	
Vas duplex	16	vocatus est Paulus	2
Vite restituere mortuos & viuif-		Voluntas dei proprie & impro-	
ficare mortuos disse.	81	prie sumitur	250
Viuere domino	286	Voluntatem non patris, sed pro-	
Viuere in peccato	107	pria facere	300
Viuere scdm voluntatem pcti	ibidem	Vitib; factorum comunicare	261
Viuo ego, iuramentum dni e	290	Vt dupliciter accipitur	52
Vnigenitus	165	Z elo dei ductus Phinees	
Vni preceptum alteri cedit	19	a verberibus non se co-	
Vocatio duplex	2	tinuit	205
Vocatio secundum propositum		Zelus	204
& iustificatio & magnificatio		Zelus bifaria sumitur	204
partim a deo, & partim ab ho-		Zelus non secundum scientiam	205
minibus procedunt	166	Zelus secundum scientiam	ibidem

FINIS

PRÆFATIO EIVSDEM FR. PHILI. HARESCHE.

Epistola diu Pauli apostoli ad Romanos.

Epistola est abfentis ad abfentem legatio conceptum metis exprimens. Apostolus, (vt nonnullis placet) per Pheben: vt aliis vero per Thimoteum eius in itinere locum, a corintho Romanis hanc misit epistolam: Ipso Ro. 16. dicente Commendo autem vobis Pheben sororem nostram in ministerio ecclesie que est Cenchris. Ex quo, Cenchris (vt illic dicitur) locus est Corintho vicinus: Et ex eo q; in eodem cap. scribit. Salutate vos Gaius hospes meus. Nam ille est cuius meminit Apostolus inquit. Gratias ago deo meo q; neminem vestrum baptizauit, nisi Christum, & Gaium. Et similiter ex eo q; Ro. 16. ait. Saluat vos Erastus Archarius ciuitatis: cum de hoc Erasto scriptum reliquerit. Erastus remansit Corinthi. Et cum Thimo. 4. hac epistola a Corintho missa sit, & in huius epistole. 15. cap. de collectis Achaie in Hierusalem per apostolum desideris mentionem faciat, ad quas Corinthios prius hortatus est, non eam in corpore epistolatum ordinem tenere, quo scripta

*

PRAEFATIO

est, concluditur. Ideoq; magis credendum est illos qui epistolam in vno corpore collegerunt, nisi prima sedes se debita iudicasse, cum ad urbem directa fuerit, quae tunc temporis caput totius extitit orbis: & quia hucusque Romae a ecclesia, omnium principatum obtinet: aut quia ceteris difficilior est ex modo loquendi, & ex sententiarum profunditate. Ex modo loquendi: eo quod elocutionibus interdum confusis, & minus explicitis utatur, Ex sententiarum profunditate, quia quaestiones mouet plurimas, in quibus quaedam sunt difficulta

2. Petri. 3. intellectu, quae (Petro teste) indocti, & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.

1. Cor. 15. **D**ivino dictus est Paulus, quia a baptismo su oibus aliis apostolis laboravit: contra bestias quoque Ephesi cum ancipiti gladio verbi dei pugnavit. Paulo enim non precise (sicuti vni Angelo commissi sunt Graeci & alteri Persae, & alteri Iudaei) commissa est vnius populi caterua, sed terrae, & Mariae, ac vniuersi orbis habitatio, ipsiusque desertum. Istud non ad gratiae diminutionem (quod absit) dicitur angelorum: sed ut declararetur illis hominem equari posse, iuxtaque illorum merita consistere, quod de Paulo credimus, qui Ephesi Aquilas, & Vultures reperies colibus effecit, & irrationabiliter, omnemque feritatem eiiciens, mansuetudinem spiritus introduxit: & sic deo placuit, ut usque ad tertium raptus fuerit caelum, & in paradysum, ubi audiuit Archana verba quae non licet homini loqui.

2. Cor. 12. **P**AVLI. Paulus dicitur Saulus cum in iudaismo supra modum ecclesiam dei persecutabatur, & expugnabat illam, viros, & mulieres vincitos perducendo in Hierusalem, & in iudaismo supra multos coetaneos suos proficiebat habi datus aemulator existens paternarum suarum traditionum. Velut alter Saul, superbus fuit, immitis, & lupus rapax mane comedens peccata. Sed hac domini voce percussus, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, excecatus est, oculis apertis non videns, quia vehemens quidem erat, ac ferus, frenis quoque vehementioribus indigebat, ne plura ad se dei verba, contemneret. Furor enim indomitum prius compressit dominus, ut cecitatis beneficio redigeretur in quietem, & tamen de caelesti enim donaret affatu advirtutis fortitudinem, ut quantum ecclesiae Christi, ac eius membris obfuerat, tantum prodesset, ut

Actu. 9. **P**AVLI. Paulus dicitur Saulus cum in iudaismo supra modum ecclesiam dei persecutabatur, & expugnabat illam, viros, & mulieres vincitos perducendo in Hierusalem, & in iudaismo supra multos coetaneos suos proficiebat habi datus aemulator existens paternarum suarum traditionum. Velut alter Saul, superbus fuit, immitis, & lupus rapax mane comedens peccata. Sed hac domini voce percussus, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, excecatus est, oculis apertis non videns, quia vehemens quidem erat, ac ferus, frenis quoque vehementioribus indigebat, ne plura ad se dei verba, contemneret. Furor enim indomitum prius compressit dominus, ut cecitatis beneficio redigeretur in quietem, & tamen de caelesti enim donaret affatu advirtutis fortitudinem, ut quantum ecclesiae Christi, ac eius membris obfuerat, tantum prodesset, ut

Galat. 1. **P**AVLI. Paulus dicitur Saulus cum in iudaismo supra modum ecclesiam dei persecutabatur, & expugnabat illam, viros, & mulieres vincitos perducendo in Hierusalem, & in iudaismo supra multos coetaneos suos proficiebat habi datus aemulator existens paternarum suarum traditionum. Velut alter Saul, superbus fuit, immitis, & lupus rapax mane comedens peccata. Sed hac domini voce percussus, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, excecatus est, oculis apertis non videns, quia vehemens quidem erat, ac ferus, frenis quoque vehementioribus indigebat, ne plura ad se dei verba, contemneret. Furor enim indomitum prius compressit dominus, ut cecitatis beneficio redigeretur in quietem, & tamen de caelesti enim donaret affatu advirtutis fortitudinem, ut quantum ecclesiae Christi, ac eius membris obfuerat, tantum prodesset, ut

Actu. 9. **P**AVLI. Paulus dicitur Saulus cum in iudaismo supra modum ecclesiam dei persecutabatur, & expugnabat illam, viros, & mulieres vincitos perducendo in Hierusalem, & in iudaismo supra multos coetaneos suos proficiebat habi datus aemulator existens paternarum suarum traditionum. Velut alter Saul, superbus fuit, immitis, & lupus rapax mane comedens peccata. Sed hac domini voce percussus, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, excecatus est, oculis apertis non videns, quia vehemens quidem erat, ac ferus, frenis quoque vehementioribus indigebat, ne plura ad se dei verba, contemneret. Furor enim indomitum prius compressit dominus, ut cecitatis beneficio redigeretur in quietem, & tamen de caelesti enim donaret affatu advirtutis fortitudinem, ut quantum ecclesiae Christi, ac eius membris obfuerat, tantum prodesset, ut

Volvo dno carere per

INCIGNON

SCENDIS ERRATIS PRIMVS

NUMERVS SIGNIFICAT FOLIUM, secundus significat faciem siue columnam, tertius lineam, deinde subsequitur vera lectio.

- F**olio. 1. facie. 2. linea. 1. perducere, perduceret.
 Fo. 9. facie. 1. linea ultima. ad finem. fidem
 Fo. 10. 1. 21. deest, si ibi fuerit
 16. 1. 12. & est.
 17. 2. 2. & est. & etiam. 31. nostrum. ministrum.
 35. ramis. ramus
 19. 1. 29. alia precepta. 2. 8. deest, est.
 20. 1. 3. eniti. emitit. 21. deest, omnibus. 35. melior.
 res. melioris.
 21. 1. 31. deest. ait. 2. 24. valuerunt. valuerit,
 22. 1. 2. qui. quae.
 23. 1. ultima. proportionato. proportionate,
 24. 1. 17. & ei. 24. fit. fit.
 25. 1. 18. deest. ab.
 30. 1. 35. vult. nult.
 32. 1. 5. moneantur. moueantur.
 33. 2. 21. immittunt. immittit.
 4. 1. 2. 9. ego. ex quo. 17. deest, est.
 4. 3. 1. 10. quando. quin.
 4. 7. 1. 32. subsequens. subsequentis.
 4. 8. 1. 8. cognominus. cognouimus. 16. dicitur. ducitur.
 4. 9. 1. 35. immolati. inuolati.
 5. 1. 2. 1. deest. petat.
 5. 7. 1. 7. interpretantes. interpretatis.
 5. 9. 2. 7. quod si id suis locis. si id quod in suis locis.
 6. 2. 1. 30. deest. tradentur.

86. 2. 13. producantur, producitur.
 69. 1. 29. erat. non est
 76. 1. 6. deest. de. 78. 1. 2. nota. nota.
 80. 1. 20. qui. quæ. 23. aut. ait. 2. 20. ei. est.
 82. 2. 5. deest. qui.
 83. 1. vltima. deo. ideo. 2. 8. hic. hinc.
 84. 1. 5. scriptum. spiritum.
 89. 1. 2. superfluit. sub eo.
 88. 1. 15. sine. suæ. 2. 8. deest. in. 21. habentē. habente.
 89. 1. 6. difficiunt. deficiunt. 2. 15. complexione. cō-
 platione.
 90. 2. 8. pratum. patrum.
 93. 1. 2. deest. non. 5. deest. decenti. simus. 7. deest
 infusa. 30. quod. quid. apostolis. apostolus.
 95. 2. 20. audiat. audeat.
 100. 2. 6. antiquus. aliquis.
 101. 2. 1. deest. forma.
 105. 2. 22. sexto. septimo.
 105. 1. 30. quæ. qui. 34. superfluit esse. 2. 6. iniquita-
 tem. iniquitatum.
 107. 1. 26. deest. peccati. vltima. dicebat. dicebant.
 2. 33. vna. vno.
 109. 1. 3. ignoratus. ignoratis. 2. 10. & 11. mortis. mortus.
 111. 1. 21. deest. peccato. 2. 30. superfluit in.
 121. 1. 25. deest. simus. 2. vltima. Christi. Christiani.
 116. 2. 34. seu. qui. 35. superfluit estis.
 124. 1. 24. ipse. tempore. 2. 6. separat. separet.
 126. 1. vltima. deest. implorando.
 130. 2. 18. deest. quod.
 133. 1. 4. infidelium. in fidelium. 2. 17. membris cor-
 pora. membra corporis. 31. dulcedine. dulcedinem.
 134. 1. 5. deest in. 16. inuolutis. inuolutus.
 138. 1. 5. mihi. nihil. 15. omisso. commisso. 19. factus. fa-
 ctus. 30. delectetur. delectatur. 2. 29. ei. eis.
 140. 2. 6. culpam. poenam.
 141. 2. 1. deest. animam. 3. interiori. exteriori.
 144. 2. 11. modestia. modesta.

147. 2. 11. mortuus. mortuis. 27. referetur. auferetur.
 148. 1. 31. morimur. moriemini. 2. 22. deest. hgedes.
 150. 1. 6. sentit. sentiens. 9. & 10. habeant. habent.
 36. parte. partem. 2. 10. Christi. Christiani.
 153. 2. 10. & 11. suborta. subdita.
 156. 2. 25. consequitur. consequetur. 30. initio. iudicio.
 158. 1. 6. deest. has primo acceperunt
 163. 2. 15. 16. reddunt. redeunt.
 169. 1. 16. scilicet. secundum. 2. vltima. deest non.
 170. 1. 26. causatio. accusatio.
 171. 2. 14. deest. vsq. ad mortem. 26. deest. adeo.
 74. 1. 27. deest & 35. ideo. deo. 2. 9. ex. sex.
 183. 1. 30. deest. non. 2. 20. ipso. ipse.
 187. 2. 21. superfluit manu.
 193. 1. 24. volentia. valentia.
 198. 1. 4. missi. nisi.
 202. 1. 24. & 25. deest. sunt.
 203. 2. 34. deest. Christum.
 207. 1. 34. deest. diem.
 212. 1. 25. non. nam. 217. 1. 35. in secundo loco. pro-
 filius. infulus.
 218. 2. 3. gentes. gentiles.
 220. 1. 16. conuersionem. conuersionem. 2. 20. vt. q.
 224. 2. 27. dicente. dicendo.
 225. 1. 8. debita. debito.
 226. 2. 4. diuertet. diuertit. 25. at. hac.
 230. 2. 20. quia. qua.
 231. 1. 29. quia. qua.
 241. 1. 32. viri. veri.
 243. 1. 11. hoc. vt.
 244. 1. 1. vt & 2. 30. quia. qua.
 250. 2. 32. & 33. absecratione. obsecratione.
 251. 1. 27. hostibus. hostis. 34. deest. quia.
 252. 1. 29. & 30. deest ad. 2. 11. parti. parte.
 255. 1. 16. necessaria. necessaria. 2. 12. & 13. christifide-
 les. christifidelis. 20. corpus mysticum corporis mystici.
 258. 1. 13. deest. debet.

262. 1. 21. maledictio maledicto.
 268. 1. 29. adimpleri adimplere.
 271. 2. 23. quia, qua.
 282. 2. 34. superfluit in
 284. 2. 19. faciemus faciamus,
 288. 2. 33. at, aut.
 301. 1. 9. deest, est.
 306. 1. 13. immittendo inuitando
 314. 2. 2. soluit, pluit.
 315. 2. 11. verbum, vrbium.
 316. 1. 25. si, sic.
 321. 1. 23. credulitatem, crudelitatem.
 325. linea penultima. superfluit, istud.
 327. 2. 1. captiuati. cōcaptiuati. 4. captiuati. cōcaptiuati.
 330. 2. 19. ergo, rogo.
 335. 1. 3. earst. earum. 2. 6. ipse. ipfi.
 337. 2. 7. sunt, flant.

¶ Si quæ sint alia, minime tamen sectorem
 sunt offensura.

¶ FINIS.

P R A E F A T I O

p̄fuit. Post suā cōuersionē alter Helias i lege euāgelica esse
 ctus hūilis, mittit & agn⁹ vespe diuidēs spolia. Tēpore He-
 lyæ sub Achab clausū est cælū, Orāte Helya, cælū dedit plu- 3 Reg. 17
 uia, & terra fructū suū. Paulo existēte rapace lupo, ianua & Jac. 5.
 cæli ex merito passionis Christi exhibite apta, vix hoib⁹
 & ponissimū Iudæis patefacta est. Ipso agno effecto, orauit: Collo. 1.
 & p se orari petit, vt sibi ostiū apertū sermōis ad Chri my-
 steriū loquēdū. Et si (qd & ipse testat) aduersarios haberet 1. Cor. 16
 multos, ostiū sibi tū apertū est magnū, & euidēs ita vt ipse
 gētib⁹ fidei ostiū aperit, dño cæli viatorib⁹ cōferēte pluuiā Actu. 14
 gratiæ, hoibusq; pri⁹ terrenis tunc charitatis, fructū produ-
 centibus. Helyas ignem de cælo composuit. Paulus deum 4. Reg. 1
 nostrum (qui ignis consumans est) in hominum cordibus Deut. 4.
 infixit. Helyas igne vehementior, cōtra Achab, & Iezabel & heb. 12
 zelauit, ita vt diceret: Zelo zelat⁹ sū pro domino deo exer- 3. reg. 19.
 cituum, quia dereliquerunt pactum domin i filii I srael. Al- & Ro. 11.
 taria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderūt gladio,
 & derelictus sum ego solus, & querūt aiām meā, vt auferāt
 eam. Sed si Pauli zelus diligētcr inspiciat, Helyæ excellior
 reperiet. Nam ipse in laborib⁹ fuit plurimis, in carceribus 2. Cor. 11
 habundantius, in plagis supramodū, in mortib⁹ frequēter,
 a Iudæis quinquies quadragenas vna min⁹ accepit, ter vir-
 gis cæsus est, semel lapidatus est, ter naufragiū fecit, Nocte
 & die in profundum maris fuit, In itinerib⁹ sepe, Pericula
 multa & aduersa sustinuit, famē, sitim, frigus, & nuditatē.
 Post hæc oīa a premiis, & coronis sibi propositis retardari
 nō recusans dixit. Dissolui, & esse cū Christo multo magis
 melius: Permanere aut in carne, necessariū propter vos. Et
 hoc cōfidēs scio quia manebo, & permanebo oībus vobis
 ad profectum vestrum, & gaudium fidei. Philip. 1.

A P O S T O L I est sacramēta administrare, po-
 pulum pascere verbo, & doctrina. Paulus sacramē-
 tum administrauit baptizando Crispum, & Gaium 1. Cor. 1.
 Populum paut, verbum dei (in quo viuit homo) Deute. 3.
 promulgando in obedientiā gentium in virtute signorum Matth. 4.
 & prodigiorum in virtute spiritus sancti: ita vt ab Hierusalē Luca. 4.
 per circuitum vsque ab illyricum repleuerit euangelium Roma. 15
 Christi, vhi non erat nominatus Christus, ne super alienū
 fundamentum edificaret. Et vltra hæc, ne euangelio offen-

* ii

PROLOGVS.

1. Cor. 9. diculum daret, in sacrario operans, de sacrario non accipit: Euangelium annuncians, de Euangelio non vixit, licet id iure facere posset, cum spiritualia seminaret, temporalia metere habere, domino ordinante his qui euangelium annuntiant, de Euangelio vivere. Sine sumptu euangelizauit arte scenofactoria apud Priscam, & aquilam, victum, & vestitum sibi comparas, Ephesianisq; dixit. Quapropter cõtestor hodierna die, quod mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi quominus annuntiare omne consilium de vobis. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis. Quomodo ad ea que mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministraverunt manus istę. In veritate, & propter Christum apostoli manus pauperibus ministraverunt, cum Corinthiis & Romanis ab ipso exhortatis, ut collectas facerent in sanctos Christianos: eas in Hierusalẽ pauperibus illic de gentibus contulit.

Actu. 18.
Actu. 20.

1. Cor. 16
& 2. co. 8
& Ro. 15

Argumẽtum.

AD ROMANOS. A Romulo Romani nuncupati. ex Iudęis, & gentibus vine te apud constituti, a plendo apostolis pueniunt, & sub nomine domini nostri Iesu Christi in legis, & prophetarum literalẽ sensum qui occidit, & ceremoniarum obseruationem inducti erant. Orta tãdem inter eos cõtento est. Iudęi enim Christo credentes propter sanctos patres, a quibus suam traxerant originem, & legem dei digito scriptam, quam si acceperant, & signa & prodigia, & eloquia eis credita, gentiles conuersos despiciebant: qui a hactenus idolatrię superstitioni dediti fuerant, & se iactabant propter merita operum legis gratiam meruisse, fidemque euangelii. E contra gentes se Iudęis preferebant mortem filii dei impropere, simulque protestabantur se idolis obsequium uenerationis minime exhibuisse, si legis precepta, aut prophetarum oracula habuissent, Iudęis dicendo. Quomodo enim maiora erga vos dei beneficia narraueritis, tanto maioris vos criminis reos esse monstrabit. Sęper enim his omnibus existitis ingrati. Etiam quicquid idolatrię cultui vos dedicastis. Hos reuocauit apostolus ad veram, & euangelicam fidei doctrinam, & iter eos medium se prebuit, illorum cõtentiones destruens, & tanta moderatiõne inuicem utrosque cõsiliavit, ut nec Iudęos superbi permitat tanquam de meritis operum legis, nec gentes merito fidei aduersus Iudęos inflari, eo quod ipsi receperint Christum, quem illi crucifixerunt.

¶ F I N I S.

FRATRIS
PHILIBERTI HARESCHÆ
HEREDITANÆ AVGVSTINIANÆ
familię Doctoris Theologi facultate,
origine, & conuentu Parisiensi. In epistola diuini Pauli ad Romanos

Expositio.

CAP. I.



AVLVVS SERVVS IE
SV CHRISTI, vocatus
Apostolus, segregatus in euangelium dei.

¶ Paulus (vt dicit Hieronymus super initium Epistolę ad Philemonem) antea Saulus vocabatur a primo spolio Ecclesię ab eo collato, quando conuertit Serapionem Paulum proconsulem Paulus dictus est, nomine sibi immutato, vt parthicus dictus est, qui parthos superauit: & Germanicus, qui Germaniam vicit. Vt Ambrosius super hoc passu huius epistolę ait. Ante conuersionem suam dictus est Saulus, quasi tentator & inquietus: post conuersionem vero dicitur est Paulus, seu quietus, humilis & paruulus. Vt in tractatu Psalm. 62. circa medium Aurelius pater Augustinus scribit, & post eum venerabilis Beda super hoc passu huius epistolę, ante conuersionem suam dictus est Saulus seu superbus, a Saule nomine accipiens. Saul enim rex superbus fuit, infrenis, & inquietus, & hostis Dauid. Paulus ante conuersionem dicitur Saulus, velut alter Saul superbus fuit, & infrenis, & inquietus, & hostis secundi Dauidis, (scilicet Christi,) qui vastabat Ecclesias CHRISTI, & accepit epistolam a principe sacerdotum, vt si quos inuenisset viam

Paulus.

Act. 13.

Act. 8.

Galat. 1.

Christi viros, ac mulieres, vinctos perducere in Hierusalem. Et ante conuersionem suam persequebatur ecclesiam dei, & expugnabat illam proficiendo in Iudaisimo supra multos coetaneos suos abundantius armulator existens paternarum suarum traditionum: Post vero conversionem suam ad Christum, ex Saulo, seu ex Saule factus est modicus & humilis, ipso inquitente, Ego sum enim minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quonia persequer sum ecclesiam dei. Vt dicit Origenes in praefatione huius epistole. Fuit hic Paulus binomius, iuxta illud. Saulus autem qui & Paulus, ante conuersionem suam & post, duobus nominibus vocatus, vt in veteri & nouo testamento plures binomii fuerunt. In veteri,

I. cor. 15.

vt Salomon qui teste Origene, & Hierony. super ecclesiastes caput primum ydida dictus est. Et Ozias, qui & Azarias: & Helyachim, qui & Ioachim: & Mathathias, qui & Sedechias. Et Ioachim, qui a Mattheo Iechonias appellatur. In nono, Matheus, & Lucas, apostolorum nomina scribentes aliquos binomios ponunt. Et hinc concludit Origenes iuxta morem Hebraeorum euangelistas, qui in nominibus apostolorum non errauerunt, eisdem viri diuersa nominum vocabula posuisse. Et iuxta hanc consuetudinem, Paulum duplici vsum fuisse vocabulo: & quando suae genti proprie ministravit, saulum se vocasse. Et hoc, quia magis patriae appellationi vernaculum videbatur. Quando vero graecis & gentibus leges ac precepta conscripsit, paulum se appellauit, non quod ei tunc primum nomen impositum fuerit, iuxta illud. Saulus autem qui & Paulus. ¶ Seruus ¶ Est seruitus peccati, est seruitus timoris, est seruitus amoris filiationisque, est seruitus peccati, est seruitus illa de qua CHRISTUS

Act. 13.

¶ Est seruitus peccati, est seruitus illa de qua CHRISTUS dicit. Et Petrus. A quo enim qui superatus est, huius & seruitus est. Seruitus timoris est illa qua timet seruum dominum suum, timens ab eo flagellari, si per omnia eius voluntati non obediit. Haec seruitus a peccato primi parentis egressa est, Seruitus amoris filiationisque est seruitus

Act. 13.

Seruitus peccati. Ioan. 8. 2. Petri. 2. Seruitus timoris.

¶ Est seruitus peccati, est seruitus timoris, est seruitus amoris filiationisque, est seruitus peccati, est seruitus illa de qua CHRISTUS dicit. Et Petrus. A quo enim qui superatus est, huius & seruitus est. Seruitus timoris est illa qua timet seruum dominum suum, timens ab eo flagellari, si per omnia eius voluntati non obediit. Haec seruitus a peccato primi parentis egressa est, Seruitus amoris filiationisque est seruitus

uitus qua seruit bonus filius patri, & bonus Christianus Christo, etiam seculo omni timore: qua seruitute domino deo seruimus, se inutilem seruum dicere debet, iuxta illud Christi verbum. Cum feceritis omnia quae precepta sunt vobis, dicite, serui inutilis sumus. Dicimur enim serui inutilis, quia non sumus ex nobis ipsis tanquam ex nobis ipsis utiles, & quia nullam sumus utilitatem domino deo afferentes. Nam quicquid boni a nobis deo offertur, ad utilitatem nostram offertur: vt veluti filij gloriam aeternam consequamur. Hac seruitute apostolus Iesu Christi seruus effectus est. ¶ Iesu Christi ¶ ¶ Iesu Iesus nomen proprium significans regem & saluatorem: iuxta dictum illud angeli ad Ioseph. Ioseph fili David. noli timeri accipere Mariam conuincem tuam: quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. ¶ Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Vt dicit Aurelius pater Augustinus super Ioannem. 14. cap. tractatu, 73. Non nos saluos faciet quicumque rex, sed rex saluator. Quapropter quando volumus vt faciat quodcunque petimus, non vt cunque, sed in nomine eius petamus: hoc est in nomine saluatoris petamus. Non ergo contra salutem nostram petamus. Est quippe impiis & damnator qui dignatur fidelibus esse saluator, Christus, nomen est sacramenti, quomodo si dicatur sacerdos, quomodo si dicatur propheta, Christus commendatur vni in quo est redemptio totius populi. Christus graece, salue dicitur vnctus, hebraice messias. Vnctus est ipse, non oleo visibili, sed oleo inuisibili, plenitudine videlicet spiritus sancti. De qua vnctione scribitur. Vnxit te deus deus tuus oleo Iericig. In veteri testamento vngebantur sacerdotes, reges & prophetae Sacerdotes vt patet i exodo. Et hoc quantum ad sanctitatem, & reges quantum ad potestatem, vt de Dauid videri potest in primo reg. Et de Salsomone, in tertio. Et prophetae quantum ad cognitionem vt de Heliseo constat. Vnctus est Christus quantum ad sacramentum velut sacerdos & pontifex. De cuius sacerdotio scribit

Seruitus amoris & filiationis. Luc. 17 Serui inutilis.

Iesus.

Matth. 1.

Christus.

Jo. 4.4. Exo. 28. 1. Reg. 16 3. Reg. 1. 3. Reg. 19

ad Hebręos. 5. 8. & 9. & quantū ad potestātē velut rex De cuius regno scribitur Apocali. 17. & 19. & ad Hebręos. 7. vbi ipse interpretatur rex iustitię & rex salem. **Deu. 18.** Et quātum ad cognitionem velut propheta: de quo scripsit Moyses in periona domini dicens. Prophetā suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetur que ad eos omnia quę pręcepit illi. ¶ Vocatus ¶ Est vocatio generalis. **Vocatio** Est & alia vocatio specialis. Vocatio generalis est illa qua vnusquisque vocatur secundum id quod in eo pręuidet & eligit & ponit deus. Et hac vocatione vocatur quis aut propheta, aut magister, aut luder ab vxore, aut seruus in coniuge: & pro diuersitate gratię completur istud a Mathęo. scriptum. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Dicit quis ad aliquid vocatus & non electus, puta ad prophetiam aut ad pastoralē curam, qui habens a deo donum illud, negligit vocationis suę gratiam, & ea non vitur veluti debet. Hoc modo ad apostolatū vocatus est iudas, qui ad apostolatū vocatus ex apostolo factus est predo & proditor, Dicitur ille vocatus pastor hoc modo, sed non electus, qui gregi pręest & lacte eius vitur, & lanis eius operitur: sed infirmum non requirit, nec claudum colligit, nec subditos pabulo verbi dei pascit. Dicitur quis ad aliquid vocatus & electus, puta ad prophetiam aut ad apostolatū, qui habens a deo donum illud nō negligit, & a vocationis suę gratia non desistit, sed ea uti debet operatur. Est alia vocatio specialis, & est illa qua quis ad aliquod speciale opus faciendum a deo eligitur, qui dat ei donum, quo opus suę vocationis adimplere valet, uti debet. Hac vocatione vocatus est a deo paulus ad apostolatū, & hinc non a seipso ut nonnulli ad honores & pręlaturas seipso vocant & intrudunt, nec ab hominibus vocatus est, sed a deo immediate, dicente scriptura. Paulus apostolus non ab hominibus nec per hominem sed per Iesum Christum, & deū patrem qui suscitauit eum a mortuis. Vocatur ideo prima vocatio generalis, quia genera-

liter multos includit, & etiam diuersa dona, quibus diuersi a deo vocātur. Et secunda ideo specialis, quia vnus particulariter a deo vocatur & ad vnum donum. ¶ Apostolus ¶ Apostolus dicitur missus. Apostolorum quatuor sunt genera, vnū est quo ad apostolatus officium alii qui nec a deo, nec per hominem mittuntur, sed ipsi seipso ad illud currunt, uti faciunt pseudoprophete. de quibus scribitur. Nō mittebam prophetas, & ipsi currebāt. Alius est cum ab homine tantum & non a deo est quis missus, ut cum fauore hominum eligitur quis ad pastoratum, non propter suam probam conuersationem aut rectam doctrinam, sed causa sui generis, aut ut malis faueat, aut aliqua alia causa impia. Et de talibus scribitur ¶ Hieroboam fecit sacerdotes de extremis populi qui non erant de filiis Læui, constituitque eos in Bethel sacerdotēs excelsoꝝ, quę fecerat. Et de eisdem dicit Osee. Ipsi regnauerunt & non ex me, principes exiterunt, & non cognoui. Tertium genus est eorum qui per hominem missi sunt, de quorum numero extitit Iosue, qui deo volente ac pręcipiente missus est per Moysen, atque dux populi Israelitici constitutus, Quartum genus est eorum qui nec ab hominibus nec per hominem missi sunt, sed a deo tantum, de quorum numero fuerunt Moyses & Esaias. Moyses iuxta illud, ei a domino dictum. Mittam te ad Pharaonē, Esaias iuxta illud domini ad eum. Quem mittam & quis ibit nobis? Et dixi. Ecce ego mitte me. Et dominus. Vade. Hac missione missi sunt duodecim apostoli, iuxta illud Christi, Ego elegi vos & posui vos ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Euntes in mundum vniuersum, prędicate euangelium omni creaturę. Hac quarta vocatione & missione vocatus est immediate a deo Paulus iuxta illud ei a domino dictum. Vade quoniam ego in nationes longe mittam te. Et illud eius dictum. Nō tantum enim vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me, quia non secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud nequē didici sed per

Quatuor apostolorū gēna. Hier. 23.

3. reg. 12.

Osee. 8.

Nūe. 27.

Exodi. 3.

Esaye. 6.

Ioan. 15.

Mar. vlti.

Actu. 22.

Galat. 1.

Galat. 2.

reuelationem Iesu Christi. Ipse enim paulus a deo cōstitutus est gentium Apostolus. Ipso dicente. Qui enim operatur est petro in Apostolatū circūcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Etiam ipse Paulus per excellentiam quandam Apostolus vocatur, non propter maiorem auctoritatem, quam super alios apostolos habuerit, sed propter efficaciam & generalitatem suę predicacionis, & suarum scripturarum, quibus mediante dei gratia habundantius aliis omnibus laborauit. Iuxta illud eius dictum. Gratia eius in me vacua non fuit. sed habundantius illis omnibus laborauit. ¶ Segregatus in euangelium dei 7. Dicitur euangelium bona annunciatio, vera & recta annunciatio, qua annūciatur pater & filius & spiritus sanctus, qua annūciatur Christus, qua annūciatur ecclesia, quę est corp⁹ Christi misticū, qua annūciatur ea quę ad salutē hominū spectant Aurelio patre augustinō in libro de peniten. medicin. capite. 2.

I. cor. 15.

illud eius dictum. Gratia eius in me vacua non fuit. sed habundantius illis omnibus laborauit. ¶ Segregatus in euangelium dei 7. Dicitur euangelium bona annunciatio, vera & recta annunciatio, qua annūciatur pater & filius & spiritus sanctus, qua annūciatur Christus, qua annūciatur ecclesia, quę est corp⁹ Christi misticū, qua annūciatur ea quę ad salutē hominū spectant Aurelio patre augustinō in libro de peniten. medicin. capite. 2.

Euageliū

inquirente. Angeli ergo nuncii sunt, Nuncios autem rectissime accipimus oēs qui salutem cōlestē hominibus nūciāt. vnde etiā euāgelistę, boni nuncii interpretatur Ad Christi euageliū nūciandū segregatus est Paulus quando relicto Iudaismo ad Christū est cōuersus, Ipso dicente Cum autē placuit ei qui me segregauit ex utero matris meę (intelligatur synagoga) & vocauit per grām suam vt reuelaret filiū suum in me & euangelizare illū in gentib⁹, continuo nō acquieui carni & sanguini. Tūc non acquieuit Paulus carni & sanguini, quia a grege pharisęorū est separatus & segregatus. Etiā segregatus est ab aliis discipulis corpore, sed non mēte, Iuxta illud in actib⁹ Segregate mihi saulū & barnabā in op⁹ ad quod assumpsit eos. Paulo & omnib⁹ Christi discipulis qui de Christo aut eius ecclesia, aut de his quę ad salutē hominū spectant scripserunt credēdum est: Aurelio patre augu. libro primo de cōsensu euangelistarū capite. 35. in forma dicēte. Omnib⁹ autē discipulis suis per hominem quem assumpsit tanq̄ membris sui corporis caput est. Itaq̄ cū illi scripserunt quę ille orādit & dicit, nequaquā dicendū

Galath. I.

Actu. 13.

est q̄ ipse nō scripserit, quandoquidē membra eius idē operata sunt, q̄ dictante capite cognouerūt. Quicquid em̄ ille de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendū illis tanq̄ suis manibus imperauit. Hoc vnitatis consortiū & in diuersis officiis cōcordiū mēbrorū sub vno capite ministeriū quicquid intellexerit, nō aliter accipiet, q̄ narrantibus discipulis christi in euang. legerit quam si ipsam manum do mini, quam. in proprio corpore gestabat, scribentem conspexerit.

Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, De filio suo qui fact⁹ est ei ex femine Dauid secundum carnem.

¶ Sunt quidā pphete falsi & nō Xpi, vti erāt prophete quos inter fecit Elias, & hi loquunt nō de ore dñi sed ad nutū vaticinantes, de quib⁹ dicit. Visonē cordis sui loquū nō de ore dñi. Alii sūt pphete dñi, & hi ore dñi loquūt, De qb⁹ dicit Ioel. Et erit post hec effundā spm̄ meū sup oēm carnē, & pphetabūt filii vestri & filię vřę. Iuxta sententiā aure. p̄ris Aug. super genesim ad litterā. lib. 12. cap. 9. ad aliquem esse pphetā tria requiruntur, cōditioēs ad pphę manifestare sciat. Tertiū q̄ illas visiones & reuelatiōes intelligat. Visiones solum habuit Nabugodonosor cum in somnio vidit statuam: hinc non fuit propheta. Visiones habuit Pharao cum vidit septem boues pingues & septem macras, & in vno virgulo septē spicas ferriles, & in aliō septem tennes: & illas visiones aliis manifestauit, sed quia has visiones non intellexit, non fuit propheta. Cayphas visiones nō habuit sed solū iuxta sententiā Ioan. quę de Christo futura erant p̄dixit, & quę p̄dixit non intellexit. Hunc licet prophetauerit non tamē fuit propheta. Prophetauit: quia prophetiam p̄dixit. Ex quo, prophetia est p̄teritorum latentium. p̄sentium vel futurorū, ex diuina inspiratione manifestatio: & p̄cipue eorū quę referuntur ad Xpm̄, aut eccliam. P̄teritorū vt est sententiā Moysi, qua scripsit Genesim.

a iui

Notulę,

Prophete falsi.

3. reg. 18.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Iohe. 2.

1. hie. 23

pphe. dñi

Præsentium, vt (iuxta dictum Aurelii patris Augustini 17. de ciuitate dei. cap. 24.) sunt ea quæ Christo iam nato de eo dixerunt Symeon senex, & Anna vidua, & Ioannes baptista, qui CHRISTVM non quidem futurum prædixit, sed prophetica cognitione monstrauit. Istud infra capite. xii. per amplius declarabitur. Futurorum, vt sunt ea quæ prædixerunt Esayas, Hieremias, Daniel Zacharias, & ceteri, quos minores vocamus. Sunt scripturæ sanctæ, sunt & aliæ scripturæ non sanctæ. Scripturæ non sanctæ sunt scripturæ philosophorum, carmina poetarum, sophistica, nes logicorum, & scripturæ gētilium, quæ suos scriptores, doctores, & auditores non sanctificat. Scripturæ sanctæ sunt scripturæ a spiritu sancto inspiratæ, quæ sancta continent, & suos scriptores, doctores, auditores, & obseruatores consolantur. & quodam modo sanctificant. Ex quo sanctificationis sunt meriti. Iuxta illud apostoli. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iusticia, vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Et illud Machab. Habentes solatio sanctos libros qui sunt in manibus nostris, Est quis filius dei naturalis, est & alius filius dei adoptiuus. Ex quo, ille dicitur alicuius filius naturalis qui naturaliter est ab eo genitus, & ex tali generatione habet ius succedendi in hereditate. Ille dicitur filius dei naturalis qui a patre naturaliter & æternaliter est genitus, vt est in diuinis secunda persona deivbum, dei patris filius. Et ex quo, Ille dicitur alicuius filius adoptiuus, qui non est ab eo naturaliter genitus, nec ex tali generatione habet ius succedendi in hereditate, sed ex gratia præordinatur vt habeat ius succedendi in hereditate. Ille dicitur filius dei adoptiuus qui non est ab eo naturaliter genitus, nec ex tali generatione habet ius succedendi in hereditate, sed ex gratia præordinatur vt habeat ius succedendi in hereditate, vti est qui libet angelus beatus. Ex quo, nulli eorum est debita hæreditas gloriæ æternæ ex naturali eorum productione,

Scripturæ
nō sanctæ

Scripturæ
sanctæ.

2. thim. 3.

1. Mac. 12.

Filius na-
turalis.
Filius dei
naturalis.
Filius ado-
ptiuus.

Filius dei
adoptiuus.

Et quilibet homo qui Christum recipit mediante susceptione baptismatis, & si sit adulus ultra hoc medius ante fide, quæ per dilectionem operatur. Dicente Ioanne Quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri his qui cre. in no. eius, qui non ex sang. neq. ex volun. carnis neq. ex volūate viri: sed ex deo nati sunt. **¶** Quod 1 Evangelium quo recte & velociter annūciatur pater & filius & spiritus sanctus, annūciatur Christi, quæ est Christi corp. mysticū. Deus pater ¶ Ante Christi incarnationem ¶ Promiserat per prophetas ¶ non falsos qui secundum visionem cordis sui loquuntur ad nutū vaticinantes, sed ¶ suos ¶ qui a deo reuelationes habent, & illas visiones intelligunt, & illas aliis manifestare sciunt, siue visiones illæ sint præteritorum latērium, aut præsentium, aut futurorum, & præcipue eorum quæ ad Christum referuntur, aut eius ecclesiam. Ante Christi incarnationem promiserat deus pater per suos prophetas euangeliū venturum. In persona dñi dicente Hieremia. Feriam domui israhel & domui iuda, foedus nouū, intelligatur euangeliū, & Esaya. Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus dñi in vertice montium & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent. Venite ascendamus ad montem domini & ad domum dei iacob, & docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis eius, quia de syon exiit lex & verbum domini de Hierusalem. Et David. Dominus dabit verbum euangeliū virtute multa. Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius. Emitte verbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aque. Cœli enarrant gloriā dei & opera manuum eius annūciat firmamentum. Dies diei eructat verbum & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ neque sermones quorum nō audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. ¶ In scripturis ¶ promittit deus pater euangeliū: sed non in scripturis philosopho-

Ioan. 1.

Expō te-
xtus ad li-
teram.

¶ ¶ ¶

Hier. 65.

Esaie. 2.

ps. 148.

psal. 67.

ps. 18.

rum, aut carminibus poetarum, aut in sophisticationibus logicorum, aut in scripturis gentilium: sed in scripturis sanctis. Quæ ideo sanctæ dicitur, quia a spiritu sancto processerunt, quia sancta continent, & quodammodo sanctificant. Ex quo, sanctificationis sunt medium. De filio suo. Ab eo scilicet patre naturaliter & æternaliter genito verbo, æterno Christo deo vero, est euangelium ab apostolis nunciatum: Dicente petro. Hunc (Christum scilicet) deus suscitauit tertia die: & dedit eum manifestum fieri non omni populo: sed testibus præordinatis a deo nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis & præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est qui constitutus est a deo in dextera uiuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Huic prophetarum testimonio de Christo testimonium perhibentium credendum est. Duobus discipulis euntibus in Ematus, dicitur Christo. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et istud Christi euang. voluit, & vult dominus deus predicari. Christo dicitur suis apostolis, Postquam aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, Quomodo sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & predicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Qui & Christus æterni patris filius in duabus naturis subsistens diuina scilicet & humana, in unitate personæ est verus deus & verus homo. Factus est ei. J. Patri scilicet non ut deus, sed ut homo. Nam ut deus, non est factus: sed genitus. Ex quo, non est creatura, secundum autem carnem assumptam factus est. Ioanne dicitur. Verbum caro factum est: & habitauit in nobis. Et si secundum carnem assumptam sit factus: non tamen genitus, capiendo proprie generari. Et hoc, quia sine copula viri natus est. Dicente Esaya. Ecce virgo concipiet & pariet &

Hum. Ex semine Dauid factus est Christus. Et hoc, quia ex Maria virgine factus est, dicitur apostolo. At ubi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere. Intelligatur ideo ex muliere factus, quia ipse ex muliere, absque vilo semine ex puris eius sanguinibus est conceptus, & exinde natus, non proprie ex semine Dauid. Et hoc, quia non more hominum conceptus est cum semine, sed de sola virginis materia: non hominis, sed spiritus sancti artificio, ut Matheus affirmat Angelo dicente Ioseph. Ioseph filii Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Secundum carnem factus est CHRISTUS ex semine Dauid. Dicitur ideo factus ex semine Dauid secundum Carnem, quia Maria virgo Mater CHRISTI ex semine Dauid genita est, & si non immediate, saltem mediate, ut videri potest in euangelio Mathei capit. I. & in euangelio Lucæ, capite 3. Et ex puris sanguinibus Mariæ cooperante spiritu sancto facta est humanitas Christi. Dicitur Esaya. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Exiit CHRISTUS ex Maria virgine velut ex virgula exit flos arboris absque arboris corruptione. Ex quo, manifestum est Maria virgo ante partum, in partu, & post partum.

Qui prædestinatus filius dei in virtute secū- dum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.

Differunt destinare, proponere, & prædestinare. Destinare est aliquem alicubi ad aliquid mittere. Iuxta illud Machabeorum. Destinauerunt aliqui ex populo, & abierunt ad Regem. Proponere aliquid, est apud se in mente illud habere, Ita quod paulo post sequatur effectus, secluso impedimento. Nam propositum est cogitatio, aut cognitio, quam secluso impedimento, vicine sequitur effectus.

Notulæ,
Destinare
I. Mat. I.
Propone,

Propositum.

Gal. 4.

Affirmat.
Math. I.

Esaya. II.

Destinare Aliquando accipitur destinare pro eo quod est propo-
2. Mac. 6 nere, iuxta illud. Macha. de Eleazaro. Destinavit nō ad
Prædesti- mittere illicita propter vitæ amorē. Prædestinatio diuina
natio. s. bus modis accipitur, vno modo pro proposito diuino
 quo dominus deus ab æterno proposuit aliquibus aut
 alicui dare vitam æternam. & ita accipit apostolus de pa-
 tre dicens. Qui prædestinavit nos in adoptionē filiorū

Ephē. * per I E S V M C H R I S T V M in ipsum secundū
 propōsitum volūtatē suæ. Et infra. viii. cap. Nam quos
 præsciuit & prædestinavit conformes fieri imaginis fi-
 lii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. quos
 autem prædestinavit hos & vocauit: & quos vocauit,
 hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & ma-
 gnificauit. Alio modo accipitur prædestinatio pro præ-
 scientia æterna qua dominus ab æterno præsciuit aliquid
 ex gratia fieri in tempore & futura præparare ac dispo-
 nere. & hoc modo accipit Aurelius pater Augustinus li-
 bro de bono perseverantię, cap. 17. dicens Nam in sua
 quæ falli mutarique non potest præsciētia opera sua fu-
 tura disponere id omnino nec aliud quicquam est quā
 prædestinare. & etiam apostolus dicens. Loquimur dei sa-
 pientiam in mysterio quę abscondita est quam prædisti-
1. Cor. 2. nauit deus ante secula in gloriam nostram. Hic accipit
 apostolus spiritum sanctificationis pro spiritu sancto
 qui sanctitatem præstat angelis, & hominibus iustis, &
 qui sanctificauit vterum virginis. Hic accipitur resurre-
 ctio mortuorum Iesu Christi domini nostri, pro resurre-
 ctione mortuorum ad eum pertinentium qui tanquā
 ei⁹ membra ei per gratiam sunt vnita, & ab eo, & a deo
Matt. 27 patre ab æterno electa, & prædestinata: de quibus scri-
 bitur. Multa corpora sanctorum qui dormierant surre-
 xerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem
 eius venerunt in sanctam ciuitatem & apparue-
 runt multis.

Expō. tex ¶ Qui filius dei Christus factus ex semine David secū-
tus ad lite dum carnē in duabus naturis subsistens diuina. s. & hu-
ram. mana. ¶ Prædestinat⁹ est ¶ Nō secundū id quod est ver-

bum dei, & deus apud deum non secundū naturam di-
 uinam: de qua ipse dixit. Ego & pater vnū sumus. Sed **Ioan. 10.**
 secundum naturam humanam: de qua inquit: Pater **Ioan. 14.**
 maior me est. & hoc, quia a patre ab æterno præscitum
 est verbum in tempore debere sibi vnire hypostatica v-
 nione humanitatem: ratione cuius vnionis deus dicitur
 homo, & homo deus: & filius dei, filius virginis: & filius
 virginis, filius dei: qui quidem filius virginis secundum
 humanitatem sola gratia, seu dei beneuolentia sine pro-
 priis meritis præelectus est ad gloriam æternam, ad gra-
 tiam gratum facientem, ad gratiam vnionis, & ad gra-
 tiam capitis, & a principio suæ conceptionis in bono cō-
 firmatus, & etiam comprehensor effectus, & ¶ verus fi-
 lius dei ¶ est dictus, non adoptiuus, sed naturalis ¶ In
 virtute ¶ spiritus sancti, per quam supradicta prædesti-
 natio suam sortita est effectū, seu ad actum deducta est.
 ¶ Per spiritum sanctificationis. ¶ Per spiritum san-
 ctum, qui omnibus iustis sanctitatem præbet, ex cuius
 cooperatione talis incarnatio, ac vnio facta est: iuxta il-
Lucæ. I. lud Archangelis Gabrielis ad Mariam. Spiritus sanctus
 superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi: ideo-
 que, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei.
 Et illud angeli ad Ioseph de Maria. Quod enim in ea **Matt. I.**
 natum est, de spiritu sancto est, ¶ Ex resurrectione mor-
 tuorum ¶ qui ex virtute spiritus sancti resurrexerunt,
 testimonium datum est de Christo, quo cum Christo re-
 surgentes qui venerūt in sanctam ciuitatē Hierusalem,
 & apparuerunt multis, testificati sunt Christum esse ve-
 rum Messyam in lege promissum, deum & hominem,
 & sua virtute resurrexisse, & (ab eo destructo mortis
 imperio) esse primitias resurgētium, & primogenitum
 mortuorum, & principem regum terræ & omnium ele-
 ctorum, & eos vna cum cæteris iustis esse. ¶ Dñi nostri
 Iesu Christi. ¶ Tanquā membra Christo ecclesię capiti
 vnita, quę in merito passionis suæ exhibitæ salutem cō-
 sequuta sunt.

Per quem accepimus gratiam & Apostola

tum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi omnibus qui sunt Romę dilectis dei vocatis sanctis, gratia vobis, & pax a deo patre, & domino nostro IESU CHRISTO.

Notula. **Apostolus.** Differunt Apostolus, Apostolatus, & Apostolici muneris functio. Dicitur Apostolus ille qui a deo immediate missus est ad euangelium promulgandum, ad sacramenta ministranda, ad pascendum populum verbo & doctrina. Dicitur Apostolatus authoritas alicui collata ad exercendum supradicta. Dicitur Apostolici muneris functio, exercitium eorum quae spectant ad Apostolum, quando oportet, & ubi oportet. Est gratia gratis data, est & alia gratia grati faciens. Gratia gratis data, est donum a deo collatum homini ad utilitatem sui & suorum proximorum, & ecclesiae. Iuxta illud Apost. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem.

Apostolici muneris functio. Dicitur Apostolici muneris functio, exercitium eorum quae spectant ad Apostolum, quando oportet, & ubi oportet. Est gratia gratis data, est & alia gratia grati faciens. Gratia gratis data, est donum a deo collatum homini ad utilitatem sui & suorum proximorum, & ecclesiae. Iuxta illud Apost. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem.

Gratia gratis data. De hac gratia gratis data, fit mentio infra capite. 12. & 1. ad Corinthios. 12. & ad Ephes. 4. Gratia gratum faciens, est donum seu habitus supernaturalis a solo creatore productus, & infusus in creatura rationali immediate eam inesse firmo ac merito statuens, ac perficiens. Hęc gratia charitas infusa vocatur, de qua prime ad Corin. 13. scribitur. & ad Ephes. 2. ubi dicitur. Gratia enim saluati estis per fidem. Duobus modis quis vocatur sanctus. Primo, per sanctitatis adeptionem, quę fit per sacramenti baptismi susceptionem, & per fidei & charitatis ac spei obseruationem. Et de hac dixit dominus ad

Gratia grati faciens. De hac gratia gratis data, fit mentio infra capite. 12. & 1. ad Corinthios. 12. & ad Ephes. 4. Gratia gratum faciens, est donum seu habitus supernaturalis a solo creatore productus, & infusus in creatura rationali immediate eam inesse firmo ac merito statuens, ac perficiens. Hęc gratia charitas infusa vocatur, de qua prime ad Corin. 13. scribitur. & ad Ephes. 2. ubi dicitur. Gratia enim saluati estis per fidem. Duobus modis quis vocatur sanctus. Primo, per sanctitatis adeptionem, quę fit per sacramenti baptismi susceptionem, & per fidei & charitatis ac spei obseruationem. Et de hac dixit dominus ad

Duplex modus sanctitatis. Duobus modis quis vocatur sanctus. Primo, per sanctitatis adeptionem, quę fit per sacramenti baptismi susceptionem, & per fidei & charitatis ac spei obseruationem. Et de hac dixit dominus ad

Leuit. 19. Moyse. Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos. Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus deus vester. Et Aposto Ephesius. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hęc. Secundo dicitur quis sanctus per sanctitatis consummationem. Fit sanctitatis consummatio in beatitudine eterna. Et hac san-

Ephes. 3. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hęc. Secundo dicitur quis sanctus per sanctitatis consummationem. Fit sanctitatis consummatio in beatitudine eterna. Et hac san-

ctitate vocatur beati in gloria eterna existentes sancti. Et de hac scribitur. Qui penas dabunt in interitu æternas a facie domini, & a gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis ius. Est pax hominum, est & alia pax dei. Pax hominum, est illa qua homines inter se viuunt sine discordia, sed iape cum peccato. Pax dei, est reconciliatio & tranquillitas mentis, & quies in debita interiorum ordinatione consistens. De hac scribit David. Pax multa diligentibus legem tuam. & Elayas. Non est pax impiis dicit dominus. De vtraque orat Ecclesia dicens: Da pacem domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu deus noster.

¶ Per quę Iesum christum generis humani redemptorem pontificem, & Apostolum summum. Iuxta illud. Considerate Apostolum & pontificem confessionis nostrę Iesum. I Acccepimus 7 nos Apostoli gratiam gratis datam, & gratum facientem ad utilitatem nostram, & etiam totius ecclesię, & ad consolationem & consolidationem, & laborum patientiam habendam per Christum, tanquam donum cum ceteris commune nobis collatum, quo. Per eum placuit deo reconciliare omnia, siue quę in cælo, siue quę in terra sunt, in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quę in terris, siue quę in cælis sunt. I & Apostolatū 7 authoritatē scilicet ad Euangelium promulgandū, ad sacramenta ministranda, ad pascendū populum verbo & doctrinę, accepim⁹ nos immediate ad, supradicta officia exercenda a deo missi. A domino nostro Iesu Christo ad supradicta officia exercenda missi sunt duodecim, quos apostolos nominauit. Iuxta illud Luca. Cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & Luc. 6. elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Et illud Christi dictū ad eos, Sicut me misit pater, & ego mitto Ioan. 20. A Christo accepit Apostolus vna cum ceteris Christianis fidelibus gratiam. Etiam Apostolatū accepit non cum omnibus fidelibus, sed cum duodecim a Christo missis. Iuxta illud domini dictum de Paulo ad Ananiam, Vade, quoniam vas electionis est. mihi iste, ut portet

2. Thef.

Pax hoī
Pax dei.

Psal. 118.
Esa. 48.

Expositio
textus ad
literā.
Hcb. 3.

Col. 1.

Luc. 6.

Actu. 9.

nomen meum corā gentib⁹, & regibus, & filiis Israel. Ego enim ostendam illi quāta oporteat eum pro nomine meo pati. Et illud spiritus sancti dictum. Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos, & illud Apostoli de seipso. Qui enim operatus est Petro in Apostolatū circūcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Illuminauit autem vitam & interruptionē per euangeliū, in quo positus sum ego prædicator & Apostolus, & magister gentiū. **A C H R I S T O** accepit Apostolus, sicut & cæteri gratiam tanquam a mediatore dei & hominum, & etiā Apostolatū sicut & cæteri gratiarum munera ab eodem hominibus præstantur, in cuius rei signum regulariter in fine orationū Ecclesia cōnit: Per dominum nostrum Iesum Christū. Et hoc cōformiter ad illud Apostoli infra cap. 5. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et illud ad Ephe. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Hic Apostol⁹ gratiam præponit Apostolatū, primo quia nō ex meritis, sed ex gratia sunt Apostoli Apostolatū cōsequuti. Ipso inquit. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui nō sum dignus vocari Apostolus, quoniā persecutus sum Ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum. Secundo quia Apostolus digne haberi nequit nisi præhabita gratia sanctificatē, Apostolo de seipso & cæteris Apostolis dicente: Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. **I**n Ad obediendum fidei Nos immediate a deo vocati, & missi ad promulgandum euangelium, ab eo gratiā accepimus, & Apostolatū, vt Christo fidei fundamēto, & capiti tot⁹ Ecclesiæ, quæ est corp⁹ eius, cū humilitate obediam⁹ annūciando fidei verba, quæ dū in terris cōuer-

Actu. 13.
Galat. 2.

2. Tim. 1.

Ephe. 4.

1. Cor. 15

Ephe. 4.

faretur loquutus est christus et verba quæ in nobis loquitur et etiam quæ in nobis loquitur spiritus patris. Et vt in hac via existentes assentiant credāt & obediāt fidei verbis quæ loquutus est christus dum in terris esset, et quæ in nobis loquitur, ipse vna cum spiritu patris. Et etiam quæ loquitur ecclesia corpus eius vt faciāt fideles quæcūque fides expetit, nō solum credendo sed etiam operādo. Non tantum in vna gente, sed iudæorum peruenerūt apostoli xpī euangeliū annunciando: sed & [in oībus gentibus] Adimplentes illud christi. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos, in nomine patris et filij et spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcūque mandauī vobis. Eūtes in mundū vniuersum prædicate euāgelium oī creaturæ. [Pro nomine eius] Christi scilicet declarando, glorificando, prædicando, et vbique eius fidem annūciando, vt adimpleatur illud esayæ. Mittā qui ex eis saluati fuerūt ad gentes in mare in affricam, in lydiā tenentes sagittam in italiā & græciam ad insulas longe ad eos qui non audierunt de me, et non viderunt gloriā, et annūciabunt gloriā meam gentibus. Et quia pro christo legatione fungimur vt adimpleatur istud. Eritis mihi testes in hierusalem, et in omni iudæa & samaria, & vsq; ad vltimū terræ. Et vt mediante testimonio nostro de christo, omnes credent in christum et signentur in nomine eius qui saluari cupiunt, et vt in bonis quæ fecerint, non suam sed christi gloriā quærant, nec suam sed christi nomē magnificare cupiant [in quibus] Gētibus sup quas scilicet mihi datus est apostolatus [Eitis & vos] Romani obediētes christo & eius euangeliō et vobis xpō, ac eius euangeliō obediētib⁹ adimpleta est esayæ sententia hæc. Ciuitatem sublimem humiliabit eam vsq; ad terram, detrahet eam vsq; ad puluerem, conculcabit eā pes pauperis (christi, scilicet qui in hunc mundum in paupertate venit) gressus egenorū apostolorū scilicet et specialiter petri et pauli, qui vos romanos gressibus euangelicæ doctrinæ ad finē vocauerūt, et exinde vos roma-

mat. vltio

mar. vlti.

esayæ. lxxv.

esayæ. xxxi

ni [Vocati] ad fidem christi estis non eorum qui vos
 vocauerunt sed christi ad que vos vocauerunt quia ab eis
 ad fidem vocati estis vt sitis [Iesu christi] Non petri non pau-
 li vel alicuius alterius sed Iesu christi a christo, christiani vocati
 velut eius oues ac serui. Hucusque in textu dictum est, quis
 esset qui scribit epistolam post hac ex more epistolę ad
 iungit apostolus quibus scribat dicens. [Omnibus qui
 sunt romę dilectis dei vocatis sanctis] Apostolus suo
 testimonio hanc epi. scribit, non solum romanis natio-
 ne sed etiam oibus in roma habitantibus, cum in textu
 dicat, omnibus qui sunt romę, & cum non dicat, dili-
 gentibus deum, sed dicat [dilectis dei] Bonitatem dei
 potius quam meritum illorum declarauit, qua teste io-
 anne prima ioannis. iij. ipse dominus deus prior dile-
 xit nos [Vocatis sanctis] Romanis & christifidelibus scri-
 bit apostolus qui per diuine vocationis gratiam san-
 ctificati erant, seu sanctitatem adepti mediante vocatio-
 ne interiore qua spiritus sanctus sua interiori inspiratio-
 ne eos vocauerat, Et etiam mediante vocatione exte-
 riore qua ab apostolis petro & paulo ad fidem vocati e-
 rant, Post hac apostoli commendata persona & decla-
 ratis eis quibus scribebat vt compleatur vsitatum epi-
 stolę principium, & salutatio benedictionem confert,
 quibus scribit dicens [Gratia vobis & pax a deo patre
 & domino nostro iesu christo] Et si hic ab apostolo ex-
 presse non adiungatur persona spiritus sancti virtuali-
 ter tamen includitur, Et hoc quia spiritus sanctus dei do-
 num est & donum dei est gratia & pax. Ideoque tota
 trinitas in hac benedictione includitur quia pater & chri-
 stus nominantur, & spiritus sanctus in gratia & pace si-
 gnificatur [Gratia] Gratis data et etiam gratia gratis fa-
 ciens [Vobis] Romanis & romę habitantibus & con-
 sequenter omnibus christifidelibus sit a deo collata, &
 similiter pax dei vna cum debita hominum pace [a deo
 patre] A quo omne datum optimū & oē donum perfe-
 ctū desursum est. Et qui est pater christi per naturam, & non per gra-

iacobi. i.

tię infusione siue adoptione. Et supradicta gra & pax sit
 vobis etiā collata a [Dño nro iesu chro.] Qui est eterni
 patris naturalis filius i duabus naturis subsistēs diuina sci-
 licet & hūana, & qui nos de manu inimici redemit & sub
 suo mācipauit dño. Quo ipse est rex regū & dominus
 dñantiū, Et p huius misterii ad nos gratiarū dona pue-
 niūt. De eo petro i scđa sua canonica capi. i. dicēte. Per
 que maxia & p̄ciosa nobis p̄missa donauit, in hac sen-
 tētia, Gra vobis & pax a deo p̄re & dño nostro iesu
 xp̄o eis quibus scribit a deo optat cōferri vt aq̄ pacē dei
 scilicet & hoim. Et nō solū hoc optat sed etiā authori-
 tate a deo sibi collata bñdictionē cōfert eis qui tūc in ci-
 uitate rōana hītātes digni bñdictionē inuēti sunt cōfor-
 miter ad illud mat. x. & lucę. x. xp̄i dictū suis aposto. In
 quācūq; aut ciuitatē aut castellū itraueritis, interrogate
 quis i ea dignus sit et ibi manete donec exeatis. Intran-
 tes aut i domū salutate eā dicētes, Pax huic domui. Et si
 quidē fuerit domus illa digna veniet pax vestra sup eā
 Si aut nō fuerit digna pax vestra reuertetur ad vos. In
 luca scribitur, In quācūq; domū itraueritis primū dicitē
 te. Pax huic domui & filius pacis requiescet sup illum
 pax vestra, sin aut ad vos reuertetur. Cū de seipso. i. ad
 cor. vii. Jicā aposto. Puto autq; & ego sp̄m dei habeā
 Et eadē cū ceteris apo. accepit p̄tatem & eis in nullo in-
 ferior fuerit nō minor fuit sua bñdictio quā alterius ali-
 cuius apostoli bñdictio. Nec quā fuerit bñdictio noe in
 fem & iaphet, de qua gene. ix. dī. Quę ipta est ge. x.
 Nec minor bñdictionē abrahā qua bñdictus est a melchī
 fedech. ge. xiiij. nec mior bñdictionē iacob, qua a p̄re suo
 ysaac bñdictus est, ge. xxvij. Nec minor bñdictionē duo-
 decim patriarcharū qua a patre eorū iacob bñdicti sunt
 ge. xlvij. &. xlix. Nec minor bñdictionē qua duodeci tri-
 bus israel moyses homo dei ante mortem suam bene-
 dixit. Deuteronomij. xxxiij.

Primū quidē gratias ago deo meo per
 iesum xp̄m pro oibus vobis. Quia fi-
 des v̄ra annūciatur in vniuerso mūdo.

benedictio

Quid sit
gratias agere
Quid sit
sacrificiū.

Diuerfi-
mode di-
citur deus
omnium
& aliquo-
rum

quid sit fi-
des.

expositio
textus ad
literam

Deo gratias agere est sentire ab eo omnia bona esse, & pro his eum laudare, corde, voce, & opere, est deo sacrificium laudis offerre, Sacrificium, (vt ait Aurilius pater augustinus de ciuitate dei libro. x. capite sexto) est omne opus quod agitur vt sancta societate inhereamus deo relatum ad illum finem boni quo veraciter beati esse possumus. Est deus omnium deus generaliter, est a liquorum deus specialiter, est aliorū deus specialissime, Deus trinus in personis, vnus in essentia. Ideo dicitur omnium deus generaliter, quia ab eo omnia dependent in esse fieri et conseruari. Eorum dicitur deus specialiter qui fidē habent, quę per dilectionē operatur, qui mediāte gratia gratum faciente, deo grati sunt. Eorum dicitur deus specialissime qui ei grati sunt, et ad quos sermo factus est de incarnatione, vti ad abraham dauid & ioseph factus est, aut de eius promulganda lege, vti ad apostolum paulum et ceteros apostolos sermo dei factus est. Fides dicitur ascensus verus, certus, mere libere, causatus de propositione a deo reuelata, per se aut suos apostolos, aut de propositione ab ecclesia determinata. Peracta salutatioē leniter inchoat huius epistolę tracta, tum apostolus romanorum benevolentiam captas magnam erga eos ostēdendo se habere charitatem, A gratiarum actione inchoat dicens [Primum] Primo præcipue principaliter [Gras ago deo meo] Ego paulus aposto. oipotēti qui trinus est in personis, & vnus in essentia & qui oim deus est generali influētia, & iustorū specialiter deus est, quia ipsi mediante gratia gratū faciēte, ei grati sunt, & meus specialissime deus est, quia ipse ad me sermonem fecit de eius lege diuulgāda has deo gr̄as ago [Per iesū christū] Dei ac hoim mediatorē qui vt homo pro omnibus passus est sufficienter. Et qui est mihi causa gr̄as agēdi deo meo, qm̄ eius beneficia & omnia quę p nobis ipse fecit ac pertulit obligant me et excitant ad gratias deo altissimo referendas qui tanta bona hoibus largitus est per christū, per quē vobis & ceteris christi fidelibus deus dedit quicquid boni habetis, & p quē accipit, quicquid

boni ei offertur [Pro omnibus vobis.] Romanis & roma habitantibus gratias ago deo meo, primo præcipue et principaliter, deinde pro ceteris, gratias ago, pro vobis id facio pro vestro pfectu ac vltra salute supplendo vestrum imperfectum, quatinus me pro vobis gratias referente augeatur in vobis salus et gratia christi. Et id facio in persona omnium vestrum seu vice vestra.

[Qui a fides] que est de tota trinitate, quę est de xp̄o aut eius corpore mystico quod est ecclesia, aut de reuelatis a christo per se aut p suos, aut de determinatis ab ecclesia quę est diuinitatis cōfessio, et religionis solidum fundamentum qua viat ores credūt quod videre nequeunt, quę ideo [Vestra] dicitur. Quia eam libere suscipitis mediante ascensu libero, vero, certo, et firmo propositionibus fidei assentiendo, et quia in ea firmiter permanetis ipsa eadem fides [Annunciatur in vniuerso mūdo] Per quatuor partes terre, in oriente, occidente, meridie, & septentrione, & in principalibus finibus mundi. Roma tempore apostoli erat caput mundi.

Ex quo tunc romani toti mundo præsidebant. Et ideo eorum fides per oia oravitabat. Ex quo de toto orbe aliqui illuc conueniebant et ad propria redeūtes romanos suscepisse fidem christiane religionis vbiq; diuulgabāt: sicq; iam securius ceterę per orbem nationes eandem suscipiebant.

Testis enim mihi est deus ^{cu} cum seruio in spiritu meo in euāgelio filii eius quod sine intermissione memoriam vestri facio sp̄ in oī onibus meis obsecrās, si quomodo tandem aliquando prosperū iter habeam in voluntate dei veniendū ad vos. Desidero em̄ videre vos vt aliquid impartiar vobis gratię spiritualis ad, con firmandos vos, id est simul consolari in

quō fides est p vniuersū mūdū pdicata aut antūciata

Textus

vobis per eam que inuicem est fidem vestram atque meam.

Notule. Quid sit iurare.

¶ Dices apostolus, Testis em̄ mihi est deus, iurauit ipe Ex quo iurare est deū inuocare in testem aut creaturā & hic deum inuocauit in testem, similiter secundæ ad cori. i. dicendo, Testem deum inuoco in animam meā iurauit. Et etiam ad galath. i. Quæ autem scribo vobis ecce coram deo quia non mentior. Iurauit, et similiter. ij ad cor. xi. Deus & pater domini nostri iesu christi qui est benedictus in secula scit quia non mentior. Attamen i locis supradictis non peccauit, nec huic contrauenit sententiæ christi mat. v. Ego autem dico vobis non iurare omnino, neq; per celum quia thronus dei est, neq; per terram, quia scabellum est pedum eius. Neq; per hierosolimam, quia ciuitas est magni regis. Neq; per caput tuū iuraueris quia nō potes vnum capillum album facere nigrum. Sit autem sermo vester est, est, non, nō. Quod autem ijs habūdantius est, a malo est. Ex quo christus per supradicta verba, non omne iuramētum prohibet sed iuramētum falsum, vanū, & inutile: & iurationis asuefactionem. De qua ecclesia stici. xxiij. scribitur. iurationi non assuescat os tuum. Multi enim casus in illa. Nominatio vero dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis, quoniam non eris imūnis ab eis. Sicut ei seruus interrogatus assidue a liuore non minuitur, sic omnis iurans & nominans in toto a peccato non purgabitur. Vir multum iurās implebitur iniquitate & non discedet a domo illius plaga, dicens apostolus Cui seruo in spiritu meo accipit spiritum pro tertia parte anime. Nā in hoīe (vt infra. xij. capite dicitur) tres sunt partes scilicet, aīa, corpus, & spūs. Spūs ps est hoīs ad virtutes eū inclinās & puocās & deo eū ad herere faciēs & piū cōstituēs, vt diuīa querat ac celestia Seruire deo in spū est ei seruire in affectu mētis i supioribus animæ viribus, intellectu credendo, orando, & contemplando, in voluntate amando & sperando. Disseruū, recordari, facere mētionē, & facere mēoriam. Rē

Nō semp omne iuramētum est. Phibitum.

seruū
Corpus
Anima
spūs

cordatur quis alicuius rei quando res preterita ei in mentem venit. Facere mentionem ad colloquium pertinet quo cum altero loquitur de vno tertio aut de aliquo eorum respectu rei preterite. Memoriam facere ad mentis eternam commemorationem pertinet, & accipitur pro commemorationem facere, iuxta illud dauid. in memoria eterna erit iustus, seu in eterna apud deum recordatio iue cōmemoratio. Et hoc qui a apud deū erit ppetua iustorū recordatio. Et exinde ecclesia dño publicā orone cantat se offerre hostias & preces pro defunctorū aīabus, quarū tūc mē orīā faciūt christifideles vt de morte ad vitā transire valeant. Oratio est eleuatio mētis in deū qua quis celestia cōtēplatur aut militeria in xpi hūanitate celebrata aut gratiā a deo beatis collatā. Est etiā aētus nōis quo inferior superiorē aut proximū deprecatur vt sibi indulget, aut ceteris vt exaudiat eum aut ceteros vt pro se aut alijs obtineat, que pro se aut alijs petitiō. Secrare est ob sacra rogare, vt puta propter incarnationem, passionem aut resurrectionem. Prosperū iter dicitur iter quo quis nō incassū itineris laborē subijt quo quis iter pagēdo nō grauatur nō impeditur. Est prosperum iter in voluntate dei est aliud prosperum iter nō in voluntate dei. Prosperū nō in voluntate dei est iter pro sperum ad malum applicatum. Gratia exempli ad lubricitatem aut ad furtum, & talis itineris prosperitas suos perdet dicente salomone. Prosperitas stultorum perdet eos. Prosperum iter in voluntate dei est, iter pro sperum applicatum ad bonum, quo dei impletur voluntas, cuius itineris dominus deus est instigator. Dicens apostolus. Desidero enim videre vos vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis, accipit gratiam pro dono. Est donum spiritale, est & aliud donum non spiritale. Donū non spiritale est aliquid a deo creaturæ humanæ collatum, cōcernēs corpus aut ea que sunt corpis aut res exteriores, vt sūt diuitiæ, fortitudo corpis, forma, decor, regnū terrenū, virginitas, & nuptiæ. Ex quo nō pot esse sapiē. viij continens nisi dñs det. Et vnusquisque propriū donum i. cori. viij.

Po. xxi.

omnis

obsecro

puer. i.

Donū

res spiritale

Donū spi rituale. **habet ex deo.** Alius quidem sic, alius vero sic. Donū spi ritale est aliquid a deo creaturæ humanæ collatum, con cernens animam aut ea quæ in hærent animæ, aut sunt in anima, vt sunt fides, prudentia, sapientia, scientia, di scretio spirituum, donum, intellectus, et intelligētia scri pturarum. [Testis enim mihi est deus] qui nouit archa na, qui veritatem considerat, cuius scientia non fallitur, sub cuius testimonio omnia iuste aguntur. Ipse mihi te stis est quod vera sunt que dico, cum in testem assumo vt dictis meis fidem adhibeatis. Supradicta hæc apos stolus dicendo iurauit et licite. Quia quæque expediens est iurare vt auditores fidem adhibeant verbo proferē tis. Et hoc quando vtile est verbum auditoribus, & quā do ad eorum conducit salutem. Nam tunc iuramentum debite circūstancionatum, actus est virtutis, iuxta il lud deutē. Dñm deum timebis, illi soli seruies, ac per no men eius iurabis. Et psalmo. lxxij. Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Ad istud conformiter laudandus venit as postolus qui propter infirmitatem eorum quibus pro pter eorum salutem scribebat, iurauit vt ipsi fidem suis adhiberent scripturis. [Cui]. Domino deo [Seruio] Ego apostolus per patriæ cultum [In spiritu meo] in affectu mentis meæ in spiritualibus obseruans ei ho norem exhibendo, & non in carnalibus sicut infideles iudæi, non per simulationem ei famulatum exhibendo sed quicquid foris bene erga seruitutē eius operor hoc intus in voluntate cordis, similiter facio, seruiendo illi deo patri scilicet [In euangelio filij eius] Per prædica tionem, scripturam, & annunciationem quibus prædico scribo, & annuncio iesu christi vni geniti filij patris euan gelium, declarando gentibus christum esse patris vni ge tum filium vnius essentia cum patre & spiritu sancto, ipsumque esse deum & hominem eiusque declarando eccle siam esse christi corpus mysticum. Etiam eis declaran do que ad hominum salutem spectant, annunciando eis hæc omnia quæ euangelica sunt esse primo a christo, & eorum intelligentiam quibus dominus voluit p chri

stum esse declaratam, & dum hæc facio, testis mihi est deus [Quod sine intermissione] diei horæ aut tempo ris conuenientis et a me orationi deputati [Memoriam vestri facio] Ex quo reminiscor et coram deo memor sum vestri, siue apud deum pro vobis commemoratio nem facio [Semper] omni scilicet die et omni tempore conuenienti & a me orationi deputato [In orationibus meis] Quibus dum in deum mea eleuatur mens, altissi mum pro vobis precor, vt ipse vestri misereatur, vt ipse vestram augeat fidem, charitatem, ac spem, vt ipse que ad salutem animæ et corporis expediunt vobis con ferat. Dum dicit apostolus. Semper et sine intermissio ne pro romanis orare non est intelligendum eum sic p eis orasse. Ita vt nullum dum viueret datum fuerit in s tans aut tempus in quo non oraret pro eis. Ex quo fra gilitas humana hoc implere non valet quia ipsa indiget cibo & potu & dormitione, sed intelligendum est ipsum conformiter ad dictum illud christi. Oportet semper o rare & nunquam deficere omni die, omni tempore cō Luce xviij uenienti, & ab eo orationi deputato pro eis orasse. Ita vt pro eis intellectus eius ascenderet in deum quomodo orandi quo ad hanc partem, tandiu dicitur homo orare quamdiu agit corde, ore, vel, opere, vt in deum tē dat, & sic semper orat, qui totam viam suam in deum ordinat conformiter ad illud. Siue ergo manducatis siue bibi tis vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite [Obscraus] per sacrorum commemorationem orās i. cor. x. ego paulus apostolus sum [Si quomodo] siue vt aliquo modo [Tandem] Post multa mea desideria, post mul tas tribulationes. [Aliquando] aliquo tempore siue estatis siue hyemis [Prosperū iter habeam in voluntate dei] Ita vt deo volente detur mihi iter, quo non inca s sum laborem meum subeam, quo non impediar, cuius itineris dominus deus sit dux & instigator & me ad bonum applicato adimpleatur eius voluntas quo desi derium habeo [Veniendi ad vos] Romanos & romæ habitantes, Multum desiderauit & longo tempore apo

seruio. s. a. i.

euang. in. s. a. 3.

Act. xxv

stolus venire romam & visitare romanos & romæ hitantes & vt votum suum istud adimpleret, ideo dum a principibus sacerdotum et iudgibus accusaretur coram se sto ad tribunal cæsaris appellauit, quatinus occasionem haberet veniendi romam. Hoc desiderio quo multum & longo tempore desiderauit apostolus venire romam dicit [Desidero enim] Ego paulus gentium apostolus [Videre] Visu corporali per presentiam corporis mei vna cum corporibus vestris [Vos] Romanos & romæ habitantes, vt aliquid impartiar vobis gratiæ spirituales, quæ est in me, seu gratuiti beneficij dei inherens animæ meæ aut existentis in anima mea, videlicet fidei, prudentiæ, sapientiæ, scientiæ, & intelligentiæ scripturarum vos plenius de euangelicâ lege instruendo & corda vestra disponendo, per meam exhortationem ac doctrinam ad habundantiora dona spiritus sancti. Et hæc ideo desidero fieri [Ad confirmandos vos] In veritate fidei & obseruatione legis euangelicæ vt non deinceps infirmi sitis in fide & vacillantes, sed stabiles & firmi, [Id est] volo simul cõsolari in vobis. Cupiês vobis gratiam impartiri, vt ex vestra confirmatione in bono euius in vestro profectu consoletur & gaudeam, & vestrum vnusquisq; gaudium adipiscatur, gaudeat & letetur de meo aduentu & mea prædicatione & instructione, & cæteris donis, a deo mihi collatis. Et hoc [Per eam quæ inuicem est fidem vestram atque meam] Ex quo communis ac mutua in vobis & me, est fides, quæ est fides catholica, quæ per dilectionem operatur in qua sũdatur, & ex qua oritur cõsolatio, qua vnus fidelium de profectu & bono alterius cõsolatur. Hæc cõsolatio fundatur in hoc quod firmiter & sine hesitatione credimus & speramus simul ad æternam felicitatem peruenire.

Textus.

Nolo autem vos ignorare fratres, quia sepe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc, vt aliquem fructum habeam in vobis sicut & in cæteris

ris gentibus, græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus, debitor sum. Ita que quod in me promptum est & vobis qui romæ estis euangelizare.

Prohibet enim quis qui alteri interdicit ne aliquod opus faciat, Etiam prohibere deus qui obstat aut impedit ne fiat opus. Græci duabus appellationibus omne hominum genus distinxerunt, dicentes, Vnūquemq; vel grecum esse vel barbarum, Et quia ipsi græci legibus utebantur humanis, omnes legibus vtentes græcos vocabant, Res liquos legibus carentes, barbaros appellabant [Nolo autem] Ego paulus apostolus [Vos] Romanos & romæ habitantes [Ignorare] Ob defectum cognitionis [Fratres] Non fraternitate carnali sed spiritali, qua ab vno patre deo scilicet creati sumus, & in merito passionis christi exhibite redempti [Quia sepe proposui] A loco in quo sum [Venire ad vos] Romanos & romæ habitantes. A corintho misit apostolus hanc epistolam romanis & romæ habitantibus, vt ex suis dictis extrahatur infra capite. xvi. dicit Commendo vobis phebe[m] sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est cenchris. Cenchris est portus maris corintho proximus vbi erat ecclesia fidelium, cui ministrabat phebe. in eodem capitulo scribit. Salutatur vos gaitus hospes meus, & primæ ad corinth. primo. Gratias ago deo meo quod neminem vestrum baptizauit, nisi crispum & gaium. Etiam infra. xvi. capitulo ait. Salutatur vos erastus archarius ciuitatis. & secundæ ad thimotheum. iij. Erastus remansit corinthi, vt ex his suis dictis concluditur a corintho romanis hanc misit epistolam, & ab eodem loco eam mittens, sepe proposuit ad eos corporaliter venire, & istud noluit eos ignorare, vt ardentius deum diligerent & eum propter deum: & vt feruentius suis adhererent dictis: sed ad eos venire sepe prohibitus est, vetitus, & impeditus, ipso hic inquitente [Et prohibitus, & impeditus] vetitus, & impeditus [Sum,] Ab executione

Notulæ

Expõ textus ad literam

Quæ C. 315.

propositi mei quo sepe proposui presentia corporali vos visitare, & hoc [Vsq; ad huc] vsq; ad tempus presentem in quo presentem vobis scribo epistolam. Sepe proposuit apostolus venire romam, sed vetitus est & impeditus (vt nonnullis placet) a sathana, luxta illud apo. Festinauimus facie vestra videre eum multo desiderio, quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem paulus & semel & iterum sed impediuit nos sathanas, vt alij placet a spiritu sancto. Et hoc conformiter ad illud actu. Transientes aut phrigia & galatia regionem, vetati sunt a spiritu sancto loqui verbum dei in asia. Cum venissent autem in misyam tentabant ire in bithiniam, & non permisit eos spiritus iesu. Et illud infra. xv. Quoniam quibus non est annunciatum de eo videbunt & qui non audierunt de eo intelligent propter quod impediabar plurimum venire ad vos, & prohibitus sum vsq; adhuc. Et veritati videtur conformis haec secunda opinio. Et hoc quia vt ex sententia sua in fra. xv. capite concluditur. Ideo prohibitus est romam petere, vt christi euangelium annunciatet vbi non erat nominatus christus ab hierusalem per circuitum & vsq; ad illyricum [Vt aliquem fructum habeam] Ego paulus apostolus vitis christi palme fructuosus [In vobis] Romanis & romae habitantibus [Sicut & in ceteris gentibus] Quibus christi euangelium annunciaui fructum aliquem habeo. Ex quo ipsi accepto semine praedicationis meae in virtutibus & operibus bonis fructificant, & ego in parte fructum illum meum reputo. Ex quo meum accrescit meritum in presenti, & maius in futuro acquiram. Quia haec omnia ad gloriam sublimis & omnipotentis dei finaliter refero, sicut veri christi palmites referunt. Fuit primus adam in animam viuentem factus vitis, & radix humani generis, quae attulit quosdam palmites fructuosos vt fuerunt abel, seph. enos & reliqui. Alios infructuosos, vt fuerunt cayn, & quae ex ipso procreata est proles. Nouissimus adam christus factus in spiritum viuificantem vitis est vera. Ipso dicē-

.i. the. ij.

Act. xvi.

P. is.

P. act. is.

P. is.

te. Ego sum vitis vera, et pater meus agricola est. Ego sum vitis et vos palmites. Quosdam habuit palmites infructuosos & aridos, de quorum quolibet ipse dicit. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. (intelligatur pater agricola) Alios habuit palmites fructuosos, de eorum quolibet verbo christi dicitur. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum. Talis christi palme fuit paulus, Ex quo a conversione sua vsq; ad finem cum in eo gratia dei vacua non fuerit in christo mansit. Et cum ipse habundantius omnibus alijs apostolis laborauerit christo fructum multum attulit. Et talem fructum afferendo, fructum spiritus habuit ipse gaudij scilicet charitatis & pacis [Graecis] qui naturali ingenio polleret & philosophiae inuentores fuerunt & qui legibus vtuntur, [ac barbaris] hominibus duris et quasi sine lege viuentibus & extraneis communitate hominum, quia ratione non reguntur [Sapientibus] Sicut sapientia diuina increata siue sapientia humana, de qua scribitur. Peribit enim sapientia a sapientibus eius [Et insipientibus] indoctis qui de doctrina aut literis pauca aut nihil sapiunt [Debitor sum] Non propter eorum merita aut dona ab eis recepta, sed ex commissione diuina et propter beneficia mihi diuinitus commoda donata, quae ad hoc a deo ordinata sunt, vt omnibus supradictis, Christi euangelium annunciem. Et si apostolus nihil a supradictis acceperit omnibus, tamen debitor effectus est, in cuius rei signum a deo ei datum est quod omnium linguis loqueretur. Ipso dicente. Gratias ago deo meo quod omnium vestrum lingua loquor. Et hoc quia linguarum noticiam a deo non pro se tantum quis accipit, sed & pro his quibus euangelizandum est. Et exinde debitor omnibus illis efficitur, quorum a deo accipit linguae noticiam. Sapientibus autem debitor effectus est apostolus per hoc quod accepit sapientiam in ministerio absconditam quam perfectis et sapientibus loqueretur. Insipientibus quoque factus est debitor effectus est apostolus vt eos ad maiora sapientiae ar-

Jo. xv.

esaye. xix

.i. ad cor. xliij.

in eo quod patiens
ne gram & logas
nimitatis accepit
Sicut ei patiens
ne est ferre insipientium mori / is sapientibus debitor *

chana promoueat et insipientibus vt illos erudiat, quod tandiu patienter ferat donec ab illis insipientiam remoueat [itaq; quod in me] Est quantum ad me p̄met, dū modo aliūde nō impediatur [Prōpt̄ est] illud pagere quia ad hoc agendum & executioni demandandū paratus sū & velox: charitate ad hoc me inducēte: & obedientia qua obedire p̄atus sum: obligationi qua a deo obligatus sum euāgelii annūciare gētibus [Et vobis qui romę estis] Sicut & ceteris gentibus [Euangelizare] Obligatus sum: & etiam paratus sum obedientia & charitate ad hoc me inducentibus.

Nō enim erubescō euangeliū, virtus enim dei est in salutē omni credenti, Iudæo primum & Græco. Iusticia em̄ dei in eo reuelatur ex fide ī fidem, sicut scriptum est. Iustus autem ex fide viuit.

Textus

Notula

m. v. r. y.

Act. viij.

iudich
xiiij.

Erubescere est confundi aut vereri aut pudorē habere: Differunt potentia, virtus, & potestas. Dicitur potentia primaria potestas: vti est imperialis aut regalis potestas, qua quis late & potenter dominatur, Et hic d̄s deus omnipotens velut omnia cum imperio potens: oīa suęq; maiestatis autoritate tenens: Virtus dicitur ipsum robur per q̄ potentia primaria in opus procedit, Vnde & patri attribuitur potentia & filius dei virtus nominatur, eo quod per filium potentia patris vniuersa sit operata, iuxta quam acceptionem simon magus a suis sectatoribus dicebatur virtus magna, Ac si diuina potentia per simonem magum magna operata fuisset. Holofernes virtus assyriorum nominatur, quia per eum potentia nabugodonosor assyriorum regis executioni demandata est. Etiam plarumq; robor exercitus virtus regni dicitur, eo quod per exercitū cūcta operatur regis potētia Potestas dicitur licentia & libertas, qua quis agere aliquid valet aut non agere. Illius enim rei quis potestatem habet quam agere aut non agere valet, iuxta illud chri

sti dictum istud. Potestatem habeo ponēdi aīam meā & iterum sumēdi eam. Et ad christum pylati verbum istud, Nescis quia potestatem habeo crucifigere & potestatem habeo dimittere te. Hoc modo accepta potestate ait apostolus. Nūquid nō habemus potestatem māducandi & bibendi, Nūquid non habemus potestatem fororē mulierculam circūducendi sicut & ceteri apostoli. Dicens apostolus, iudgo primum & græco: per iudæum conformiter ad Ambrosiū super hoc passu, intelligit eū, qui ex genere est abrahe, Nā, vt dicit tēpore iudę machabei oīs talis iudges dici cepit. Per græcū intelligit gētē lem. Et iusticia dei, est & alia iusticia hominum. Iusticia hoīm est illa qua seiplos hoies iustificat: qua seiplos iustos existimant, qua suis operibus se ex se tanquā ex se bonos esse putant, qua sua statuta dei mādati præferunt, dicente apostolo infra capite. x. Ignorātes em̄ dei iusticiā & suā querētes statūere iustitię dei nō sūt subiecti. Est iustitia dei increata, est & alia iustitia dei creata, iustitia dei increata qua iustificati sunt homines gratis, & de qua hic loquitur apostolus, est ipse deus bonus & iustus ex sua bonitate diuina, secundum seipsam accepta gratis iustificans impios de impiis ipsos faciens pios. Dicitur notanter ex sua bonitate diuina secundum seipsam accepta, quia in hoc consistit differentia iustitię a mīa. Ex quo mīa ex pte bonitatis diuine ad miseros relate in deo attenditur, secundum rationem qua miserorum subleuat miseriam. Iustitia vero in eo attenditur ex parte bonitatis diuine secundum seipsam accepta, qua gratis iustificat impios, iuxta illud infra capite. iij. Iustificati gratis per gratiam ipsius, iustitia dei creata est illa quę rationali inest creaturę per quam tanquam per mediū necessariū stante dei potētia ordinata viatores formaliter iustificatur. Et hæc p̄prie cōsistit in fide, spe, & charitate. Ille d̄s iustus, qui iuxta dictū ezechielis, capite. xvij. dñm deū toto corde amat, & nō leuat oculos suos ad ydola. & nullā pxio affert iniuriā, sed ab iniquitate manum suam auertit & in p̄ceptis dei ambulat & iudicia

Ioan. ix.

Ioan. xix.

i. cor. ix.

m. cap. x.

Fides

eius custodit. Fides de qua hic loquitur aposto. dicens, iustus autem ex fide uiuit, non est fides demonum, de qua iacobi. h. scribitur. Demones credunt & contremiscunt, sed est fides de qua ad galath. v. dicitur. In christo iesu, neq; circuncisio aliquid ualet, neq; preputium sed fides que per charitate operatur. Est uita corporalis, est & alia uita spiritalis. Uita corporalis est illa qua animal uiuit per unione anime aut forme ad corpus, qua anima aut forma informat corpus. ex qua informatione utitur animal suis sensibus corporalibus. Et hęc uita conseruatur ex sumptione cibi et potus in ore primo suscepti, qui dentibus teritur, postea in stomachum mittitur, et a stomacho in epate et pars eius grossior non subtilis immittitur ad feces, et in materiam fecalem conuertitur. Pars uero eius subtilior in sanguinem per uenas emittitur. Uita spiritalis est illa qua anima unitur deo per amorem & gratiam. Nam sicut anima est uita corporis, ita deus anime uita est, Christo dicente. Ego sum uita ueritas & uita. Et ex tali unione memoria intellectus, & uoluntas a deo mouentur, & mediante susceptione uerbi dei ac eius gratie conseruatur uita spiritalis & augetur [Non enim] Ego aposto. [Erubesco] confundor aut vereor aut pudorem habeo publice annunciare [Euangelium] Quo declaratur christum ex femina natum esse deum & hominem generis humani redemptorem, qui pro genere humano passus est, crucifixus mortuus & sepultus. Nonnulli tempore apostoli erant qui erubescabant predicare christum crucifixum non intelligentes insigne uirtutis & pietatis esse, quod dominus propter salutem imagine sue dignatus est usque ad passionem crucis humiliari, sed aposto. istud congnoscens, et qui a prophetis didicerat istud. Nolite uinci opprobriis eorum nec cedatis persecutionibus eorum, non erubescerat christi euangelium annunciare. Et istud scripsit romanis ut ipsi non erubescerent annunciare euangelium seu christum & sermones eius & prophetarum uerba ac aposto. qui spiritus sancti ore loquuti sunt, &

Duplex
uita,
uita corporalis

Uita spiritalis

Ioan. xiii

Expō textus ad litteram

etiam ut ipsi alios inducerent ad annunciandum christi euangelium [Et ut nullus christianorum euangelium erubescat signo crucis christum linuuntur baptizati in fronte ubi est sedes uerecundie] Et dyaconus euangelium lecturus primo librum signat signo crucis ac si diceret, hic liber est christi crucifixi. Secundo fronte quasi dicat non erubesco euangelium. Tertio os & petus: quasi dicat, corde credo & ore confiteor christum crucifixum & sermones eius & suorum aposto. ac sue ecclesie, etiam sacerdos in corpore christi consecratione post consecrationem christi corpus signo crucis signat, licet benedici non indigeat, sed hoc facit, ac si diceret, Hic est a quo omnis benedictio pendet, hic est christus crucifixus quem confiteor, in cuius passione exhibita gloriatur cum aposto. dicente. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri iesu christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Aposto. non erubescens euangelium dicere ualuit. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum & non confundebam [Uirtus enim dei est] Euangelium ex quo est robur per quod potentia primaria in opus procedit: & ex quo in se dei uirtutem continet. [In salutem omni credenti] Et hoc, quia omnipotens deus per euangelium saluos facit credentes, ex quo est potens effectus diuine potestatis seu fortis doctrina proficiens in salutem eternam omni credenti per fide que per dilectionem operatur & in tali fide perseueranti quam fidem euangelium confert, ex quo euangelicam predicationem audiens perfecto auditu cordis & corporis se ad dei amorem preparat relictis peccatis, & exinde eius auditu & auxilio ualet quis facere que precipit deus, & eius medio gratia christi colae prestat: & quia annunciat uirtutem uictorie christi, per quam de uicta morte homini uita perdit reddita est. Recte dicitur uirtus dei in salutem omni credenti [Iudeo], ei scilicet qui ex genere est abrahæ [Primum], est communicata salus: a deo, & euange

diaconus.

Gala. vi.

Ro. cxviii

138.

lium a suis apostolis, & deinde: græco gētili scilicet est communicata salus est, & est cōmunicatum euangeliū, cum infra capite. x. dicat apostolus. Non enim est distinctio iudei & græci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Noluic hic apostolus inter iudeum & græcum ponere distinctionē quā tum ad finē cōsequendę salutis. Nā equalē cōsequuntur mercedem vtrique quantum ad beatitudinem obiectiuam, sicut pro labore in vinea priores & posteriores eundem denarium acceperunt. Nec etiam quantum ad beatitudinem essentialē quę consistit in beatificā dei visione clara. Nam hæc dabitur in patria siue iudeo siue græco secūdū proportionē meritorum i hac via, nec etiam quantum ad dotes corporis quarum gloria resultabit, iuxta conformitatem glorię animę, iuxta illud apostoli. Stella enim a stella differt i claritate, sic & resurrectio mortuorum, sed voluit ponere distinctionem quā tum ad ordinem salutis, quia hoc ordine iudei sunt primi. Et hoc quia promissiones eis factę sunt, dicente apostolo infra. xv. capite. Dico enim christum iesum nostrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum Gentes autem super misericordia honorare deum. Et quia iuxta dictum apostoli infra. xi. capite in iudeorū gratiam sunt gentiles assumpti, ac si ramis oleastri inseratur in bonam oliuam, quo ad ordinem salutis recte dicuntur gentiles iudeis posteriores. Et in huius rei confirmationem adducitur christi dictum istud. Non sum missus nisi ad oues quę perierāt domus israel, intelligatur christū primo ad iudeos missum, quia primo & principaliter ad eos missus est, & ex eis carnem sumpsit & pauli & barnabę ad iudeos dictum. Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis, eterne vitę. Ecce cōuertimur ad gētes, sic em̄ nobis precepit dominus dictū apostoli istud. Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidē, exponendum venit de iu

Qualis
hic inter
iudeū &
græcū dif
ferentia
Math. xx

i. cor. xv.

minis

Math. xv

Act. xij

stitia dei increata, & de iustitia dei creata. de iustitia dei increata hoc modo [iustitia enim dei] increata su
pradicta [Reuelatur in eo] euangelio scilicet per illud
Sic enim deus dilexit mundum, non enim misit deus
filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt
saluetur mundus per ipsum. [Ex fide in fidē.] Supradi
cta dei iustitia reuelatur in euangelio ex fide veteris
testamenti procedendo in fidem noui testamenti, &
etiam ex fide vnus articuli procedendo in fidem alte
rius. Ideo ex fide veteris testamenti procedendo in fi
dem noui testamenti, quia vna nobiscum patres vete
ris testamenti eundem habuerunt spiritum fidei eos
eadem iustitia increata iustificantem, qua nos iustifi
cat, & exinde ipsi eadem fide crediderunt Christum
uenturum, qua nos credimus Christum venisse. Di
cente apostolo. Habentes autem eundem spiritum fidei
dei, sicut scriptum est. Credidi propter quod loquutus
sum, & nos credimus propter quod & loquimur.
Ideo ex fide vnus articuli procedendo in fidem alte
rius articuli, quia ex fide qua creditur deus bonus &
iustus, & ex sua bonitate diuina secundum seipsam
accepta gratis iustificare impios, & de impijs facere
pios deuenitur in fidem huius, dominus deus vnus est
& exinde vnus est in essentia, & trinus in personis.
Prima habetur infra. ca. iij. vbi dicitur. Iustificati gratis per
gratiam ipsius. Secunda vbi scribitur. Audi israel do
minus deus tuus vnus est, & equiuenter etiā in eos
dem loco tertia habetur & precipue quod ad primam
partem scilicet vnus est in essentia, ex quo post quā
vnus est vel in essentia vel in personis vnus est, sed
non in personis, ergo in essentia. Quod non in per
sonis, patet, ex quo alia est persona patris, alia filij,
& alia spiritus sancti, iuxta illud. Ecce aperti sunt cęli
& vidit spiritū dei descendente, & ecce vox de cęlis
dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com
placui. Hęc etiam vnitas in essentia, & distinctio in
e ij

1^a 2^a 3^a
ioan. iij

ij. ad Cor.

ij.

Prima
Marci. xij
Secunda
Kortia

Math. iij

ioannis. x

personis in euangelio ioannis reuelatur, vbi in perso-
nam christi scribitur. Ego & pater vnus sumus. [De
iustitia dei creata hoc modo apostoli dictum exponē
dū venit. [Iustitia enim dei] creata [Reuelatur in eo]
euangelio per illud dictum CHRISTI, Marci vs-
timo. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.
Et illud ioan. xiiij. Qui habet mandata mea & seruat
illa, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, di-
ligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manife-
stabo ei meipsum. Si quis diligit me sermonem meū
seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum venie-
mus, & mansionem apud eum faciemus. [Ex fide in
fidem] Supradicta dei recta iustitia, reuelatur in
euangelio ex fide veteris testamēti, procedendo in
fidem noui testamēti & etiam ex fide vnus articuli
pcedēdo in fidē alterius articuli. Ideo ex fide veteris te-
stamēti pcedēdo in fidē noui testamēti, quia ipsi vna
fide crediderit qua & nos credimus, quę fuit respectu
eiusdem obiecti, scilicet dei qui trinus est in personis
& vnus in essentia, & christi subsistentis in duabus
naturis, & ipsi suis scripturis prophetis laborauerūt
& vna cum apostolis nos in labores eorum intraui-
mus mercedem cum eis accepturi, christo apostolis di-
cente. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat
fructum in vitam eternam. Vt & qui seminat simul
gaudeat, & qui metit, in hoc enim est verbum verū,
quia alius est qui seminat, & alius qui metit. Ego mis-
si vos metere, quod vos non laborastis. Alij labora-
uerūt & vos in labores eorum introistis, Ideo ex fide
vnus articuli procedendo in fidem alterius articuli,
quia ex fide vnus pcepti decalogi, deuenitur in fi-
dem alterius pcepti. Nam ex ascēsu fidei huius, vnū
crede deum, deuenitur in ascensum fidei huius, nec iu-
res vana per ipsum, & consequēter huius, sabbata san-
ctifices, & ex ascensu huius, diliges proximum tuum
sicut teipsum, deuenitur in ascensum fidei huius, non
sis occisor, & consequenter huius, habeas in honore

ioan. iij.

parentes, & consequenter horum, non sis, fur nec me-
chus nec testis iniquus, non desideres alterius nuptam
nec rem alienam. [Etiam ex fide qua credimus istud
pceptum, diliges dominum deum tum ex toto cor-
de tuo, ex tota mente, et ex omni fortitudine tua, et ex
omnibus viribus tuis esse inter omnia pcepta pri-
mum & eminetius ceteris deuenitur in fidem qua cre-
ditur alia pcepta ei esse inferiora, & alia pcepta
cedere isti, vt (gratia exempli) istud pceptum, inso-
tem & iustum, non occides, cedere pcepto de dile-
ctione dei, ita vt licitū sit alicui pro obseruatione p-
cepti de dilectione dei, occidere insonem & iustum:
sicut licitum fuit abrahę pro adimplectione pcepti
de dilectione dei immolare ysaac filium suum, & ex
inde pceptum minus cedere maiori, in huius dicti
confirmationem adducitur factum tertij regum. xx.
vbi dicitur, quod quidam de filijs prophetarum dixit
socero suo, percutite me, ipso nolente eum percutere, ei
respondit. Quia noluisti audire vocem domini, Ecce
recedes a me: & percutiet te leo. Cumque (vt illic ha-
betur) paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo at-
que percussit. Ratio videtur danda ista, quia sciebat
eum qui ei dixerat, percutite me, esse prophetam do-
mini, cui in omnibus obediendum est, & hinc loquen-
te propheta spiritu domini eum cui loquebatur inobe-
dientem fuisse domino, quia pceptum de non per-
cutiēdo pxio, cedit pcepto de obediēdo deo, & ex fi-
de qua credi deo esse obediendū deuenitur in fidem
qua credendū est oīa alia, pcepta cedere illi pcepto,
[Sicut scriptū ē] Abacuh. ij. [Iustus autē ex fide viuūt]
Secūdum nostrā translationem que est hier. scribitur,
Iustus autē in fide sua viuēt, quia apostolis scribe-
bat romanis qui scripturas hebraicas nesciebant, nec
cura erat ei de verbis cum sensus esset in tuto, & dā-
nūm ex eo presens disputatio non haberet, quia &
hebrei qui gręcas literas didicerant, editionem se-
ptuaginta interpretum legebant eis iuxta translatio-

ciij

55222222

exo. xxxij

Quō vnū

pceptū

alteri ce-

dat.

gene. xxxij

55222222

nē septuaginta interpretū. istud dictū proposuit ipse
 qui sepe translatione septuaginta interptū imitatur ali
 quando eodē spiritu quo pphetie sensū sumit loquitur
 ipse vtēs suis verbis suaque dispositione, vt hic lo
 quitur iuxta translationē septuaginta, ex quo in septua
 gita scribitur. Et iustus ex fide mea uiuet, loco cuius
 hic ponit apostolus, iustus autē ex fide uiuit. Huic suo
 dicto quod ex translatione septuaginta (et si nō in for
 ma tamē in sentētia) nō cōtrariatur translatione Hieron.
 ut iudicare ualeat inspiciens huius dicti apostolici inter
 pretationē hanc [iustus autē] ille scilicet qui deū toto
 corde diligit & pximū propter deū & i pręceptis dei
 ambulat [Ex fide] & in fide quę per dilectionē opera
 tur, quę est christi, ex quo ipse est fūdamentū fidei &
 etiā uiuentis in ea, ex quo mediāte hac fide efficitur
 homo in ea uiuens membrū christi [v uiuit] & uiuet
 in hac uia uita spūali qua deo unitur homo per gra
 tiam, & sic in hac usque in finē uite pmaneat, ex ea
 tanquā per mediū quo puenitur ad gloriā: eternaliter
 uiuet uita spūali in patria, & hac spūalis uita quę ho
 mini confertur in hac uia, de qua scribit apostolus.

Ad gal. ij. Ego enim per legē, legi mortuus sū, vt deo uiuā, chri
 sto cōcrucifixus sum cruci. uiuo autē iam nō ego, ui
 uo in me christus. Quod autē nūc uiuo in carne
 in fide uiuo filiū dei, cōseruatur & augetur cibo spūa
 li uerbi dei christo dicente. Non in solo pane uiuit ho
 mo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore dei, isto

Matth. iij. cibo uerbi dei hac spūalis uita cōseruatur & augetur
 cōformiter ad uite corporalis augmentum & cō
 seruatione qua ex cibo orpali cōseruatur & augetur
 Nam iustus vt uiuat habere debet primo uerbū dei
 in ore ore & corde, dicēte apostolo infra. x. ca. Cor
 de creditur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutem.
 Et uerbū istud antequā proferatur teri debet detētibz
 spūalibus, debita. f. cōsideratiōe qua christifidelis con
 siderare debet an uerbū illud prolatū audiētibus p̄sit
 Ex quo uniuersis datur manifestatio spūs ad utilitatē,
 & an ip̄met qui uerbum p̄ferre intēdit alta sapiat,

i. ad cor.
 xij. capit

Quia (vt habetur infra. xij. capite) nō debet quis plus
 sapere quam oportet, sed ad sobrietatem. Exinde de
 bet eniti in corde spiritali & epate, retinendo illud
 corde bono & optimo, iuxta illud Christi. Hi sunt qui
 corde bono & optimo audiētes uerbū retinēt & fru
 ctū afferūt in patiētia. Et si quis uerbū dei aut scriptu
 re habēs illius uerbi interpretationē uiderit nō conso
 nā ueritati, aut ecclesię determinationi, aut cōciliorū
 determinationibus, a t cōsuetudini ab ecclesia approba
 te eā uelut materiā fecalē emittere debet. Et hoc quia
 Dñs dedit apostolos, & pphetas, & euāgelistas, & pa
 stores, & doctores ad cōsumationē sc̄torū, & ædifica
 tionē corpis xp̄i, ut iā nō simus pauli si i. it. iāte: & cir
 cūferamur oī uēto doctrinę i nequitia hoīm, i astutia
 ad circūuentionē erroris, & etiā quia iuxta dictū aurelij
 p̄tis augu. in lib. suarū ep̄i. cxviii. & cxix. Ecclesię deter
 minatiōi ac cōsuetudini est assentiēdū si quis catholi
 ce uiuere uelit. Debet fidelis uerbū fictitū & i corde
 modo supradicto imitū emittere p̄uenas ecclesię quę
 sunt xp̄i fideles vt adimpleat illud infra. xij. ca. Prouidē
 tes bona nō tm̄ corā deo sed etiā corā hoībuz. Et hoc
 cōformiter ad regulā quā aurelius p̄ augu. ep̄i. cxix.
 in forma sub his uerbis ponit. Quę nō sūt cōtra fidē
 nec cōtra bonos mores & hñt aliquid ad exhortatio
 nē uite meliores: vbiq̄q; institui uideamus, vel institu
 ta cognoscimus, non solum non improbamus, sed etiā
 laudando & imitando sectemur.

Reuelatur em̄ ira dei de celo sup oēm
 impietate & iustitiā hoīm eorū, qui uer
 ritate dei i iustitia detinēt; quia quod
 notū dei, manifestū in illis, deus em̄ il
 lis māifestauit. i uisibilia ei ip̄suis a crea
 tura mūdi p̄ ea quę facta sunt i tellecta
 cōspiciūtur, sempiterna quoq; eius uir
 tus & diuītas. Ita vt sūt i excusabiles.

Luc. viij.

iustitia q

est / est

Notulæ

ira dei.

Psalmo.
lxxvi.

Pietas.

i. ad thi.
impious.Eze. xviii
iustitia
iniustitia.Quid sit
notū dei

Est ira dei, est & alia ira hominis, ira hominis dicitur qualitas animæ inherens qua accenditur sanguis & inflammatur, & sic accēso sanguine, in furorem hominem incitat. Ira dei dicitur virtus quæ ministris peccatorum præbetur, iuxta illud, Misit in eos iram indignationis suæ in indignationem & iram & tribulationem immisiones per angelos malos. Etiam dicitur ira dei cū deliquimus nostri delicti vindex stimulus, iuxta illud: infra capite n. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam deffendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum. Hæc dei ira secundum similitudinem iræ hominis ira nominatur, ex quo sicut iratus homo affligere petit eum, aut eos contra quem aut quos irascitur. Illa dicuntur reuelari quæ de obscuris ac reconditis ad notitiam proferuntur. Pietas aliquando dicitur qualitas qua mediante commouetur quis ad subueniendam necessitatem patienti, & hæc ad omnia utilis est & promissionem habet vitæ etiam futuræ, iuxta illud Pietas autem ad omnia utilis est promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ. Econtrario impietas dicitur negatio seu priuatio præcedentis pietatis, aliquando sumitur pietas pro cultu qui deo tanquam præcipuo parenti exhibetur. Econtrario impietas sumitur pro peccato contra deum & eius diuinum cultum commissio, & de hac scribitur impietas impij super eum erit iustitia. Accipitur iustitia pro virtute mediante qua homines rationabiliter in vnum conueniunt & communicant, ita vt vnus alteri reddat quod suum est. Econtrario iniustitia accipitur pro vitio, mediante quo homines inuicem non conueniunt, & non communicant, ita vt vnus alteri non reddat quod suum est. Dicitur aliquid esse notum dei, et dicitur aliud non esse notum dei. Illud dicitur esse notum dei, quo ex consequentijs vel rationibus agnoscere valet deus quo ex cognitione crea-

aturarum deuenire valet quis in cognitionem dei, quod de deo est ab homine per rationem cognoscibile, vt sunt supremus cultus deo debitus, & supremus honor, & suprema gloria, & quod deus est iustus & sapiens, ap probas bona & reprobanda mala. Illud dicitur non esse notum dei, quod nec ex consequentijs aut rationibus nec ex cognitione creaturarum est per rationem in hac via ab homine cognoscibile, licet deo competat, vt est substantia dei & natura eius, quæ omnem latet hominem, nisi ei a filio reueletur, iuxta illud christi dictum, Nemo nouit filium, nisi pater, nec pater quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Hic accipitur veritas dei pro ipso deo pro his quæ deo veraciter competunt. Hic dicuntur inuisibilia dei ipsa essentia diuina & illa quæ licet in deo & cum eo vnū sint, ipsa tamen secundum rationem distinguuntur, & diuersimode significantur, vt sunt eius iustitia, potestas, prouidentia, immutabilitas, & sapientia. Etiam dicuntur inuisibilia dei persona spiritus sancti, persona filij, & persona patris, quem nullus hominum vidit, dicente apostolo, Solus potens rex regum & dominus dominantium qui solus habet immortalitatem & lucē habitabilem, quam nullus hominum vidit, sed nec videre potest, hic per creaturam mundi intelligitur homo, etiam intelligitur mundi machina continens totius opificis mundanæ fabricam. Reuelatur enim de obscuris ac reconditis ad notitiam profertur [Ira dei] potentia, scilicet qua poenis peccatores affliguntur. [De celo] Et hoc quia teste super hoc passu beato ambrosio ex ipsa celi fabrica iratus deus videtur, non hic apostolus infertur de celo, sed ait reuelatur de celo. Nam regulariter vbi aliquid reuelatur ibi pena non infertur, & ideo reuelatur a deo de celo vt terreat & territis non inferatur pena seu vt eos non percutiat, sed vt noscant homines dei beneficia & a malis retrahantur, sicuti a domino factum est dum israelitis manna de celo misit. Super omnem impietatem

Non notū
dei.Mat. xi.
Veritas

inuisibilia

i. ad thi. vi.

Expō. tc.
ad literā
reuelatio
iræ dei de
celo

tem] qua contra deum & eius diuinum cultum commisum est peccatum [Et iniustitiam] qua homines inuicem discōueniūt, in licitis & his quę deus fieri vult [Hominum eorum qui veritatem dei in iniustitia detinent] Sua peruerfitate deum verū quem cognoscūt & quę veraciter de deo dicuntur iniuste viuendo atque pud se retinent, nō procedentes in actum virtutis, nec alios inducunt ad actus virtutis, sed eis abscondunt quę de deo sciunt, nec sinunt vt ad aliorum notitiam perueniat in malo opere & in voluptatibus suis, malentes iniuste morari quam pie viuere aut alios ad dei cognitionem & virtutum inducere. [Quia quod notum est dei] Ex quo de deo est modo supradicto cognoscibile [Manifestum est illis] Gentilibus ex lumine intrinseco, ex quo in cordibus eorum (quamuis exterius in opere non appareat) habent vnde noscant, scilicet naturalem rationem, in qua signatum est super nos lumine vultus domini [Deus enim illis] Gentilibus [Reuelauit] manifestauit per influentiam luminis naturalis, per quod rationalis anima ex creaturis intelligere valet creatorem, ita vt non solum ratio naturalis gentilibus profuerit, sed deus eos quotidie adiuit ne sola natura sufficere videret. Deus sic eos instruxit vt intelligere valuerint hoc, Non est creator quod est creatura, Vnus homo alteri suum manifestat conceptum per vocem aut scripturam aut signa exteriora, deus autem homini vno modo aliquid manifestat in eo infundendo lumen internum, De quo dicit psalmista. Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Alio modo proponendo suę sapientię signa exteriora scilicet sensibiles creaturas. Sic ergo deus gentilibus manifestauit veritates, quę de eo dicuntur interius eis infundendo lumen internum quo deum cognoscere valuerunt & creatorem nō esse creaturam nec creaturam esse creatorem Et exterius eis proponendo visibiles creaturas in quibus sicut in quodam libro dei cognitio legere

Psal. iij.

dupliciter
deus hōi
aliquid
manifestat
Psal. xlij.
Psal. iij

tur [Inuisibilia enim ipsius] Dei indiuidua scilicet trinitas & ea quę illi conueniunt qui solum patent his quibus deus reuelat [A creatura mundi] Ab homine .i. & a machina mūdū [Per ea quę facta sunt] seu per creaturas [intellecta] intellectualiter contemplata, & quę solo intellectu conspici valent, veluti sunt deus & quę in deo & cum deo vnum sunt [Conspiciuntur] intellectuali puroque mentis oculo. Nam si vigilanter exteriora conspiciamus per ipsa ad interiora reuocamus. Vestigia quippe creatoris sunt mira opera visibiles creature, quoniam per hæc quę ab ipso sunt in sui deuenimus cognitionē. Nam dum ipse facturę suę decus foras proponit & quasi quibusdam nutibus inuit cognitionem sui, & quę intus sequamur ostēdit & ipsis formis exterioribus nos ad interiora perducat, nobis dat viam qua ex suis creaturis eum cognoscere valeamus. Hinc videntes philosophi in rebus ordinem esse & quod vnum ab alio procedit causatur & gubernatur, peruenerunt ad noticiam vnius primi summique entis, quod oportuit esse æternum perfectum & iude pendens, omnipotens summe sapiens & summe bonum, ex vniiformi quoque motu celestium corporū & stabili cōstantia mūdi atque gubernatione inferiorū a superioribus ppendērūt esse in vniuerso vnū quēdam summū prouisorē dñatorem: ac principem summe bonū, oīpotentē, & summe sapientē cōformiter ad illud Salo. A magnitudine em̄ sp̄i & creaturę recognoscibiliter poterit creator horū videri [Sēpiter na quoque virtus eius] scilicet robor p quod potētia prima in opus pcedit: æternus scilicet d. i. filius, per quę potētia priscūcta opata est [Et diuinitas] quę eadē est in p̄e & filio & sp̄i sctō ab hōie cōspici valēt p ea quę facta sūt: & p visibiles creaturas, ita vt gētiles ad quos nō pueniat lex scripta p ea quę facta sūt habere valuerit ex creaturis nō solum vnius dei cognitionem sed et aliquid indiuiduę trita, obscurā quidē & obūbratā cognitionē cognoscēdo ex creaturis & i creaturis vnum creatore & eūdē trinū, nō vt deueniret in cognitionē per

philosophi
Psal. xlij.

sapiē. xlij.

Gentiles
creaturis
deum cognoscere
possunt

sonarum cognoscendo fide vt cognoscimus, aliam esse personam patris, aliam filij & aliam spiritui sancti, & vnā & eandem essentiam esse in tribus personis sed cognoscendo appropriata personis, puta omnipotentiam, quę attribuitur patri & virtutem quę attribuitur filio, & bonitatem quę attribuitur spiritui sancto conuenire vni creatori eterno, infinito, independenti, omnipotenti summę virtutis & summe bono.

Et hoc quia naturali ratione ex mundi creatione concluditur aliquam esse summam potentiam: & immensam, ex qua processerunt omnia quę sunt creata. Etiam concluditur aliquam esse infinitam virtutem per quā infinita potentia oia potest. Etiam concluditur aliquā esse infinitam & summam bonitatem, ex quo non possit infinita potentia per infinitam virtutem omnia agere & administrare, nisi in summa & infinita bonitate. Et cum recte concludatur vnā precise esse essentiam creatoris subinfertur, non aliud esse bonitatem summam & aliud virtutem summam & aliud summam & infinitam potentiam. [Ita] Ergo ex creaturis cognouerunt aut saltem cognoscere valuerunt gentiles deū & trinitatem [Vt sint inexcusabiles] Non quod deus hoc effecerit vt sint inexcusabiles, sed hoc ideo confituitur factum est, vt eorum impietas & iniustitia & malitia & culpa eos reddiderit inexcusabiles, quia nō habuerunt ignorantiam quę homines reddit excusabiles, de qua de seipso dicit apostolus, Misericordiam consequutus sum quia ignorans feci, sed habuerunt ignorantiam quę causatur ex culpa, quę subsequētem culpam excusare nequit, dicente iacobo. Scienti igitur bonum facere & non facienti peccatum est illi.

i. ad thi. i.

Capi. iij.

Textus.

Quia cum cognouissent deum non sic cut deū glorificauerūt aut grās egerūt, sed euauerūt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eorū, dicentes em̄ se esse sapientes, stulti facti

sūt, & mutauerūt gloriā incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & serpentium. Propter quod tradidit illos in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis,

Deum sicut deum glorificare, est ei honorem sibi debitum impendere, est ei supremum cultum scilicet patrię contribuere in cognitionem supremi dominij. Deo gratias agere, est sentire ab eo omnia bona creaturis data esse, & in signum huius ei corde, voce, & opere, sacrificium laudis offerre, cum pia deuotione cognoscendo omnia bona ab eo esse. Differūt itti duo termini euauerunt & frustrati sunt. Nam ille dicitur frustrari aut frustratus esse, qui finem quem diligenter quęsiuit & expectauit diligentia adhibita & debitis adhibitis medijs non est assequutus. Ille dicitur euascerē in cogitationibus suis, qui vanus factus est in eis, seu qui ad finem debitum nō eas ordinat. Ex quo illud dicitur in vanum fieri quod ad finem debitū nō ordinatur. Alicuius dicitur esse cor insipiens, quando nulla aut pauca bona sapit. Alicuius dicitur esse cor obscuratum quando lumine verę sapientię est priuatum & splendore diuinę sapientię est destitutum. Ita vt deueniat suo errore & defectu in ignorantiam dei, aut eorum quę scire tenetur & potuit. Illi sunt dicentes se sapientes esse, qui sibi a seipsis sapientiam ascribunt, qui se de sua sapientia iactant, qui in seipsis & nō in fonte verę sapientię gloriantur. Est gloria dei increata, est & gloria dei creata. Gloria dei increata, est claritas diuinę naturę. Est gloria quā in se deus gloriosus est incomprehensibilis secundū omnia sua predicata a creatura & etiam intellectuitate proportio-

Notulæ.

i. ad Thi.
viti.

tradidit:
p. p. p.

ad eph. v.

contra
p. gna hom
loquit apo
stolus.
2m. p. 26.
3m. p. 28.

to obiecto diuino, & etiā cognitione seu visione per
fectissima qua videri potest ipse deus, qui lucē habi
tat inaccessibile. Gloria dei creata est illa qua deū ho
mo glorificat ei patrie cultum exhibendo & gloriam
& honorem impendendo tanquā immortalis, inenar
rabilis, & immutabilis. Ille dicitur incorruptibilis, qui
omnino immutabilis est. Nā mutatio corruptio est,
aut via ad corruptionem. Et hinc dicitur homo corru
ptibilis, quia mutabilis. Dicitur deus gentiles (de qui
bus hic loquitur apostolus) tradidisse in desideria cor
dis eorum, non quia voluit hęc mala ab eis effici, sed
quia propter eorū demerita gratiā suā ab eis substras
xit & non retinuit taliū delinquentiū arbitriū liberta
tem ad malū promptissimam. Dicuntur hic desideria
cordis hominis inordinati appetitus & concupiscētiæ
carnis. Dicitur hic immunditia (iuxta illud, omnis for
nicator, aut immūdus, aut avarus, quod est idolorum
seruitus, non habet hęreditatem in regno Christi &
dei) peccatū quod infra hominem est, & præcipue eri
ga carnem luxuriā & libidinem. Dicitur hic contume
lia turpis & immūdus actus iniuriōsus, nociuus & cō
trarius naturæ qui alicui ingeritur contra dignitatem
personæ. Et cum ab hoc textu vsque ad finem huius
capituli ter apostolus ponat Tradidit illos deus, cōtra
tria genera loquutus fuisse videtur, contra vnum ge
nus ab hoc passu. Quia cum cognouissent deum, vs
que ad illud exclusiue, quia commutauerunt veritas
tem dei in mendacium. Contra aliud genus ab hoc
passu, quia commutauerunt veritatem dei in menda
cium vsque ad illud exclusiue. Et sicut non probauer
unt deum habere in noticiam. Contra tertium ge
nus ab hoc passu. Et sicut non probauerunt deum ha
bere in noticiam vsque ad finem textus huius capitu
li. Primum genus videtur esse paganorum, quibus
deus dedit medium per cognitionem creaturarum
(etiā si nullas literas aut paucas didicerint) deueni
endi in cognitionem sui. Secundum philosophorum

& paganorū sapientū Tertium hereticorum vel crea
torem deum negantium, vel diuerfas blasphemias in
Christum vel eius ecclesiam loquentium.
Quia cū Paganis qui nullas aut paucas didicere expofitio
literas [Cognouissent deū.] Lumine naturali, mediā textus ad
te quo per cognitionē creaturarū deuenerūt in cogni
tione dei, cognoscētes vnū esse omnibus supereminē
tem & omniū aliorū causam, ex quo iudicare vale
runt, quod quicquid mutatur de vno statu ad aliud, il
lud nō esse deū: & quicquid recipit magis aut minus
mutabile esse. Et hinc elemēta & quæ in eis sunt ex
quo mutabilia sunt de vno statu ad aliud & mouētur
nō esse deū, nec etiā volatilia, nec gressibilia, nec que
in aquis natant, nec quæ super terrā crescunt, ex quo
mutabilia sunt esse deū. Et propter eandem rationem
nullum hominem purum esse deum. [Non sicut deū
glorificauerunt]. Et honorem sibi debitum impen
dendo [Aut gratias egerunt] deuoto corde ore &
opere ei sacrificium laudis offerēdo pro beneficijs ab
eo collatis. [Sed euauerunt] inanes effecti sunt [In
cogitationibus suis.] Et hoc quia ad finem debitū eas
non ordinauerunt. Et cum in vanum dicatur illud fie
ri quod ad finem debitum non ordinatur, etiā si ex
se malum non sit recte dicitur gentiles nō semper fru
stratos fuisse in cogitationibus suis, ex quo saepe finē
suarum cogitationum consequuti sunt, sed in vanum
semper eas applicasse, ex quo ad finem debitum qui
deus est non eas ordinauerunt, [Et obscuratum] seu
claritate diuinæ gratiæ & sapientiæ orbatum. [Est
insipiens cor eorum.] impletum caligine vitiorum
nulla aut pauca bona & præcipue de deo sapiens.
[Dicentes enim] Supradicti pagani se esse sapien
tes sibi a seipsis sapientiam ascribentes hominibus di
cendo. Sectā nostrā tenete si vultis recte viuere, nos
stri imitatores estote. Nā nos vere sapiētes sumus, hi
sua sapiētia se ipsos decipiūt, cui libet taliū dicēte esaya Esa. xlvij.

Esa. v. ca. Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te, Maledictionem incurrunt ipsi, iuxta illud, Veli qui sapientes estis in oculis vestris, [Stulti facti sunt.] Loram deo & eius diuino iudicio, qui stultam fecit sapientiam huius mundi, Qui enim scientiam creaturarum & naturalem sapientiam diuinorum non ad salutarem ac supernaturalem sapientiam & dei honorē ordinat, veraciter stultus est, tanquam contra ordinem rerum faciens, & contra censuram æternæ sapientiæ agens.

I. ad. cor. i. Propter quod scriptum est. Stultus factus est omnis homo a scientia sua [Et mutauerunt] Supradicti gentiles [Gloriā incorruptibilis dei.] Cultū scilicet & honorem, immortalē, inuariabilē, & immutabilē deo debitum & impendendum, [In similitudinem imaginis incorruptibilis dei.] Aliquibus eorum dicentibus figuram hominis corruptibilis, puta iouis, saturni, aut herculis, vel similitudinem eius in ligno, aut in lapide aut in quouis alio ente sculptam, verum esse deū existimando in imagine illa aliquid numinis esse alijs dicentibus hominem corporeum (exempli gratia) iouē, saturnum, aut herculem esse verum deum, & imaginem eius exteriorem quæ corruptibilis est esse similitudinem veri dei quasi similem facientes gloriosum deum homini viuo ipsum vt deum colendo. Huic errori accedit error anthropomorphitarum qui (teste beato Hieronymo super illud psalmi nonagesimi tertij. intelligite insipientes in populo, & stulti aliquā do sapite.) dicunt deum habere membra quæ etiam nos habemus: & teste Origene super hoc passu apostolis dicunt hominis imaginem corpoream dei esse imaginem, ignorantes illud. Creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam de interiori homine intelligendum esse, de quo apostolus scribit. Expolientes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Deponite vos secundum pristinam conuersationē veterē hominem

qui corruptus secundum desideria erroris, renoua mini autem spiritu mentis vestre, & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est [Volucrum & quadrupedum & serpentium] gloriam dei incretam attribuendo volucris & quadrupedibus & serpentibus, imo etiam & eorum imaginibus sculptis dicendo talia esse deos & eis cultum patriæ soli deo debitum exhibendo, & gloriam diuinam & honorem diuinum attribuendo. Primi enim babilonijs deum vocauerunt figmentum belis hominis qui principatū in eos dicitur exercuisse, coluerunt & serpentem draconem quem occidit daniel, Egyptijs autem colebant quadrupedem quam dicebant apē in similitudine vacce quod malum imitatus est hieroboam in samaria vitulos instituens. Etiam pagani volucrum coracina facra habent, teste super hoc passu beato ambrosio. Ab antiquo romāis mos fuit simulachra hominum a dora re, vt romuli, iouis, & aliorum, Maxime aduentu Aeneæ in italiā, & quo alexandria ab augusto victa est, & romanis subigata deos gentium quas superassel colere ceperunt ipsi romani [Propter quod] opus neophandum ydolatriæ, quæ omnis peccati origo efficitur: dicente Salomone. Infandorum enim ydolorum cultura, omnis mali causa est, & initium, & finis. [Tradidit illos deus] Nō effectiue in eis mala efficiendo, quia mala non efficit deus nec vult effici, sed permittit gratiam suam iustissime propter eorum demerita ab eis subtrahendo & non retinendo taliter deliquētium arbitrij libertatem ad malum promptissimam [In desideria cordis eorum] Inordinatos scilicet appetitus & concupiscentias carnis. Et hoc quia deo derelicto anima quæ (vt infra capite. xij. planius dicitur) media est inter spiritum & carnē adhefit demōni & angelis eius & spiritalibus nequitjs, & principibus, & potestatibus mundi huius, & rectoribus terrenarum harum, quæ omnia carni fauent, cum qua

habebant
Gentiliū idolatria
Danielis (egyptij) xiiij
iij. reg. vij
Romani.
sapiē. xiiij
tradidit
167.

astant impietates & oēs luxuriarū ac libidinū formę expectantes animę nutum, quibus supradictis carnī fauentibus, & cum ea astantibus anima adhęsit, & etiā carnī non adherendo spiritui qui animam ad se reuocare conatur, & qui cōcupiscit & decertat ad uersus carnem, cui fauet deus & omnes angeli, omnesque boni spiritus, de quibus scribitur. Nonne omnes sunt administratori spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis, & ex parte ipsius spiritus & cum eo astant pietas omnesque virtutes, quę omnia anima media inter carnem, & spiritum libere dereliquit, ex quo ipsa est in manu cōsiliū sui a domino posita. Et quia libere dereliquit animam christum & spiritum & beatos spiritus angelicos, & ea quę cum spiritu astant & adheret demoni & nequitis spiritualibus precipitibus & potestatibus & mundi huius tenebrarum rectoribus, & desiderat in se introduci mundi carnalis luxuriarū & libidinū formas, quibus introductis, xpm a se repellat & angelicis resistit motibus. Et hinc ab ea omnis sanctitatis & pietatis corona abscedit, merito propter hęc modo supradicto traditur i desideria cordis sui & [In immunditiam] in carnale peccatum quod in se in hominem est [Vt contumeliis] actibus scilicet naturę oppositis eamque fedantibus [Afficiant corpora sua in semetipsis] Videlicet in eodem sexu atque supposito peccata contra naturam committendo & in corpus proprium peccando libere & sponte. Et hoc quodam modo fit consecutiue ad peccatum ydolatrię. Nam sepe vnum peccatum causa est alterius peccati. Inter peccata talis modus reperitur, quod aliquod est peccatum quod non est pena peccati nec causa, ut est peccatum ex infirmitate aut ignorātia productū quod per penitentiam cito deletur. Aliud est peccatum quod est causa peccati ut regulariter est peccatum quod diu cōtinuatur, ita ut in tali vitio habituetur hō, & exinde ex cō-

ad heb. i.

ecclē. xv.

vnū peccatū

est alterius

us pena

aut causa.

tinuatione & habitu aliud generatur peccatū. Aliud est quod peccatum est & pena peccati, ut est peccatum, ex alio peccato ortum. Et hoc quia excrefcens te cęcitāte & ex retributione prioris culpę generatur, ut quasi iam quędam sint in peccatore supplicia ipsa incrementa vitiorum. Aliud est quod peccatum est & pena peccati & cę peccati. Et hoc quia ex ipso peccato ex alio peccato producto, aliud generatur peccatum. Et quia ex alio peccato & ex cęcitāte & retributione prioris culpę generatum est, ista de causa pena peccati dicitur.

Quia cōmutauerūt veritatē dei in mē daciū, & coluerūt & seruiert creature potius quā creatori, qui est bñdictus in secula Amen. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam fœminę eorum immutauerunt naturalem vsū in eum vsū qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relicto naturali vsu fœminę exarserunt in desideris suis in inuicem masculi in masculos turpitudinē operātes & mercedem quam operuit erroris sui in semetipsis recipientes.

Textus

Est veritas dei increata, est veritas dei creata. Notulę Veritas dei increata est persona patris, & persona veritas dei fili, & persona spūsscti: est vna eadē essentia i tribus increata personis existens. Veritas dei creata est vera cōgnitio quam creature rationales acceperunt de deo dei creata

aut creaturis: esse ita esse sicut per oppositione veram significatur. Mendacium est dictum vel factum contra veritatem. Dicens apostolus, qui est benedictus in secula, accipit secula non precise pro aliquo spacio aliquatulum longo, ut puta centum annorum, aut centum & decem, aut centum & viginti, sed etiam pro seculis finem non habentibus que continent durationem rerum incorruptibilium. Amen est dictio affirmatiua certitudinem prece dentium asserens equiualens huic, ita est, est verum; ita fuit, ita erit. Passiones dicuntur affectiones delectantes aut perturbantes. Ignominia dicitur id quod quasi sine nomine est. hic dicens apostolus. Et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes, accipit mercedem pro retributione quam demeruit error & quam demeruerunt errantes, de quo infra capite sexto dicitur. Stipendia enim peccati mors. Et michi primo. Mercedes eius combuerantur igne.

Expō. te. ad literā. Quia commutauerunt Philosophi & gentiliū sapientes [Veritatem dei] Trium scilicet personarum in diuinis, diuinitatem, honorem, & gloriā soli, vero, omnipotentique deo ascribenda & exhibenda mutauerunt & diuinitatis naturam que est ipsa diuinitas attribuerunt ydolo & transtulerunt [in mendacium] Peruersa ratione ad falsa dogmata se conuertendo dicentes ydola esse deos, vel deum dicentes esse ydolum quod quidem ydolum est mendacium in quantum non est deus dicente hier. Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem que eis non profuit. Nūquid faciet homo sibi deos & ipsi non sunt dii: & apostolo. Scimus quia nihil est ydolum in mundo, & quod nullus est deus nisi vnus [Et coluerunt] Cultu latrice [Et seruerunt] Thura & sacrificia offerendo [creatura potius quam creatori] Quia creaturam supra creatorem aut plusquam creatorem aut pretermisso creatore dilexerunt: ei honorem soli deo debitum tribuendo ac si esset deus [Qui est benedictus] Et hoc

quia in eo est omnis benedictio: & quia eius bonitas est sempiterna ab alio non dependens & quia ipse est a quo omnis benedictio dependet & qui benedictos benedicit [In secula] Non precise finem habentia, sed etiam in secula finem non habentia [Amen] ita est, est verum, ita fuit, ita erit [Propterea] scilicet quia supra dicti philosophi ac gentiliū sapientes: qui veram de deo cognitionem habuerunt ex vniuerso motu celestium corporum & stabili consistentia mundi atque gubernatione inferiorum a superioribus perpendentes esse in vniuerso vnum quendam summum prouisorum: dominatorem, ac principem summe bonum ac perfectum & eternum & independentem & omnipotentem & non solum vnus dei cognitionem habuerunt, sed etiam iuxta dictum supra istud in hoc capite Sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Aliquam indiuiduam trinitatis obscuram quidem & obumbratam cognitionem habuerunt. Et cum hac cognoscerent ad falsa dogmata se conuerterunt & honorem soli deo debitum non reddiderunt sed potius ydolo, et ea de causa Tradidit illos deus [Permissiue gratiam suam iustissime propter eorum demerita ab eis substrahendo, & non retinendo taliter delinquentium arbitriū libertatem ad malum promptissimam] in passionibus ignominie in passionibus scilicet que non sunt nomine dignae, eo quod desinat habere dignitatis nomen ille qui in illarum passionum crimine deprehenditur. Passiones ignominie in quas supradicti gentiliū sapientes & philosophi traditi sunt declaratur apostolus dicens [Nam sceminae eorum immutauerunt naturalem usum] Carnalis copule quouir cum scemina miscetur in vase debito, & ad generationem instituto [in eum usum] carnale [qui est contra naturam] quo scemina seipsam polluit, aut ab alio polluitur aut carnaliter cognoscitur extra vas debitum ad generationem institutum [Similiter autem & masculi relicto

et.
in dicitur.
in dicitur

amen.

Passiones.

mercedem:

in dicitur:

Expō. te.
ad literā.

Hieremi.
xvi

i. cor. viij.

in dicitur

in dicitur

in dicitur

Passiones
ignominie

naturaliv su scemine] quo a viro carnaliter cognoscitur & quo cum ea vir carnaliter miscetur in vase de bito & ad generationē instituto [Exarserunt] igne libidinis, mediante spiritu fornicationis [In desiderijs suis] Nequissimis & turpissimis [in inuicem. Extra terminos naturæ arserunt nephando nequissimo & turpissimo actu carnali] [Masculi in masculos turpitudinem operantes] carnalem, nephādā, & ignominiosam [Et mercedē] seu retributionem dignam & congruam [quam oportuit] seu decuit eos recipere secundum dictamen & ordinem diuinę iusticię qua vitia vitij proportionabiliter puniuntur [Erroris sui] suę scilicet ydolatrię qua modo supradictō cōmutauerunt veritatem dei in mendacium & coluerunt & seruiērūt creaturæ potius quam creatori, quę eorum ydolatria propter grauissimam suam deformitatem demeruit vt ab eis deus suam gratiam subtraheret & non retineret taliter delinquentiū arbitrij libertatem ad malum promptissimam. Et exinde vt in nephanda carnis peccata supradicta inciderēt [in semetipsis recipientes] a deo permissiue, a seipsis autem causaliter recipientes inquam & sustinentes in semetipsis seu in propria natura mercedem sui erroris retributionem seu pręmium suę ydolatrię qua authorem naturæ dereliquerunt & exinde in retributionem & pręmium in semetipsis ordinem naturæ seruare non valuerunt. Et quia peruersi effecti omnia peruerterunt in deum iuste rationem perdidērunt naturæ, qua deperdita turpissima supradicta vitia ab eis perpetrata sunt.

Et sicut non probauerūt deum habere in noticia, tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciant ea quę non conueniunt, repletos omni iniquitate

malitia, fornicatione, auaricia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrone, de tractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompósitos, sine affectione absque federe, sine misericordia. **Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus.**

Illi dicuntur deū habere in noticia, qui pia deuotione studēt eum in aīo semper habere, & tanquā presentem eū timēt, ac reuerētur, & propter amorē & honorē eius a peccato abstinere studēt. Econtrario illi dicuntur deum non habere in noticia, qui vt liberius peccent cōsiderare renuunt presentiam eius vbi que esse, nec diligentiam adhibent eum in animo semper habere. Illi probāt deū habere in noticia, qui probū & laudabile esse iudicant cognitionē, quam eis dedit deus de creaturis, & sic applicādā esse vt per eā dei cognitionē deueniatur, & qui altissimū deprecantur, vt eis cognitionē sui cōferre dignetur & qui auxilio dei imitato suas applicāt vires ad dei cognitionē habendam, & qui iudicāt & approbāt deū in noticia habere oīa facta creaturarū. Econtrario illi non probant deum habere in noticia, qui cognitionem quam deus eis de creaturis dedit, non applicant vt

Textus

Notulæ

deū hñe in noticia, Deum nō hñe in noticia Qui probant deū hñe in noticia

Qui non probant deū hñe in noticia,

job, xxi

job, xxij

Psalmo
xcij.

Ezech. ix
Sensus im
probus.
Sensus re
probus

Sapient. vi.

5. AC 16:
iustitia
dei increa
ta

per eam in dei cognitionem deveniant, & qui altissimi non deprecatur ut sui cognitionem eis conferre dignetur, & qui dei auxilium non imitantur, suas applicando vires ad dei cognitionem habendam, sed dicere videntur. Recede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus. Et qui non iudicant nec approbant deum in notitia habere facta creaturarum, & precipue hominum dicentium. Deus excelsior celo est nec nostra considerat, & sic circa cardines cali perambulans, non videbit dominus nec intelliget deus. Dereliquit dominus terram, & dominus nos non videt. Est sensus improbus, est & sensus reprobus. Sensus improbus est sensus hominis in peccato & precipue mortali existentis, qualis fuit petri sensus quando trina negatione christum negavit. Sensus reprobus, est sensus a probitate remotus lumine gratiae ac verae sapientiae privatus, peruersus, iniquus, excecatus, & ita abiectus, ut hominis talem sensum habentis nulla videatur spes salutis; ita ut non videatur ultra homo talis ad salutem resumendus. Hic dicens apostolus. Tradidit illos deus in reprobum sensum, non accipit sensum pro sensu exteriori hominis, quo sensibilia exteriora cognoscuntur, sed pro interiori, secundum quem de agendis iudicat quis, iuxta illud. Cogitare de illa sensus est consummatus. A passu isto, textus repletos omni iniquitate usque ad illud inclusivae, absque coedere sine misericordia ante expositionem textus, nullae diffinitiones hic extrahuntur, ex quo hic ponuntur vitia, & vnum immediate post aliud: sicuti nec in sequentibus fiet ubi simile continget, aut quo ad vitia aut quo ad ea quae cadunt sub praeccepto aut sub consilio, aut sub imperato, aut sub narratione: ut supradictum est super illud. Iustitia enim dei in eo revelatur ex fide in fidem. Est iustitia dei increata, est & iustitia dei creata. De quarum qualibet hic loquitur apostolus. Ultra illic dicta dicitur etiam, iustitiam dei increata esse ipsum

deum bonis premium retribuentem, & malis penam. Et etiam iustitiam dei creatam esse iudicium quo quis proponit quae dei sunt reddere deo, & quae proximi sunt, reddere proximo, siue in obedientia siue in supplicijs & penis siue in retributionibus. Est mors corporalis, est & mors spiritualis. Mors corporalis est sepatio animae a corpore, Mors spiritualis est sepatio a deo ob defectum gratiae eius, ratione cuius separationis demeretur quis penam aeternam. De qua morte scribitur. Anima quae peccauerit, ipsa morietur. Dicuntur aliqui facientibus mala expressisse & formaliter consentire, qui illis ut ea faciant consulunt, aut fauorem praebent conformiter ad illud. Impio praebes auxilium. Alii dicuntur eisdem consentire inter praetium, qui scilicet perpetrantes mala non impediunt aut reprehendunt, & precipue si ad eorum curam pertineat.

Et sicut] haeretici post fidem ab eis susceptam] Non probauerunt deum habere in noticia] Ex quo primam fidem quam christo ac eius ecclesiae promiserunt, & quae se christo & eius corpori mystico quod est ecclesia deuouerunt derelinquant, ex quo seiplos non applicant ut christo ac eius ecclesiae obediant, sed eius obedientia derelicta, alta sapientes, non humilibus consentientes corrupti mente, reprobi circa fidem: & ecclesiae determinationes: sanam doctrinam non sustinentes, sed ad desideria sua coaceruantes sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertentes domos penetrant, & captiuas ducunt mulierculas, onerosos peccatis, quae ducunt varijs desiderijs, sepe discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Haec agunt haeretici cupiditate et elatione ducti seiplos amantes. Propter quos errores] Tradidit illos deus] auxilium suum iustissime propter eorum demerita ab eis subtrahendo, & eos lumine verae sapientiae & gratiae privando & non retinendo taliter delinquentium arbitriam libertatem ad malum promptissimam, sed

iustitia
dei creata

Duplex
mors

Exc. xvij

Facienti

bus mala

consentire

expressisse.

ij. pali. xix

Facienti

bus mala

consentire

interpretati

ue.

Expō. te.

ad literā.

1. 39:

permittendo eorum corda excecari, ita vt eis conueni
 Hier. iiii. at illud propheticum. Sapientes sunt vt faciant mala,
 bene autem facere nescierunt. [In reprobum sensum]
 Non ait apostolus in improbum sensum, nec in repro
 bam mētem, sed in reprobum sensum, & hoc vt ostē
 dat quia seipso & inferiora ac terrena plusquā Chri
 stum & eius corpus mysticum dilexerunt, contra ec
 clesiae censuram cum pertinacia in suis opinionibus
 persistendo, merito venire puniendos in ea parte in
 qua plus errauerunt. Pro hoc notandum rationem ho
 minis duplicem habere portionem, vnam superiorem,
 aliam inferiorem. Superiore portione ad deum diri
 gitur, & ad superiora & ratione synderesis in hac
 portione existentis a malo reuocatur exstimulatur
 que a summa diuinitatis luce inextinguibili, quæ syn
 deresis ad optima deprecatur aduersus malum quera
 la manens. Hinc ratione huius superioris partis, quæ
 proprie mens dicitur non traduntur hæretici in re
 probam mentem. Inferior portio recte dicitur ratio
 nis pars illa quæ inferiora & agenda ac terrena respici
 cit. Et quia propter hæc quodam modo adæquatur
 sensui exteriori, recte sensus iterior dicitur. Et de hac
 rationis portione inferiore loquens apostolus dicit he
 reticos modo suprascripto in sensum reprobum tradi
 tos, & sic traditos vt dicit [Vt faciant ea quæ nō cō
 ueniunt.] legi diuinæ, rationi vel naturæ, sed ea quæ
 contrariantur deo & legi eius, Christo & eius eccle
 siæ. Hæc dicitio vt hic non tenetur causaliter sed con
 comitanter. Non enim tradidit illos deus in reprobū
 sensum, vt directe faciant mala, ex quo ab eis nō sub
 straxit suum speciale auxilium, modo suprascripto in
 tendens malum ab eis fieri eosque ad malum dirigen
 do, sed subtractionem illam gratiæ dei operatio ma
 la subsecuta est, qua perpetraverunt ea quæ lex diui
 na ac naturalis detestantur, & quæ rationi ac eccle
 siæ contrariantur. Ita vt ipsi qui contra dei noticiam

vt, quomo
 do hic cas
 piatur.

peccauerunt, cū cognoscere nolentes, Christo & suo
 corpori mystico ecclesie scilicet adherere respuentes,
 & eorū mandata cōtēnentes, fidem quam Christo &
 ecclesie promiserunt negligendo consequēter ex eo
 rum nequitiā in sensu perueritatem tradentur, iuxta
 illud, peccantium pena perambulatur semper in iusto
 rum preuaricationem. Mala quæ nō hæretici faciunt,
 hic enumerat apostolus ab hoc passu [Repletos omni
 iniquitate, vsq; ad finem capituli, præcipue tamē vsq;
 ad illud, qui cum iustitiam dei cognouissent [Reple
 tos omni iniquitate] Dicitur iniquitas quicquid con
 tra legem dei fit: & si corde concipiatur malum: dicitur
 tur malum illud mentis acerbitas. Vt nonnullis placet
 in hoc differunt iniquitas & peccatum, quia iniquitas
 ad mentis acerbicatem pertinet, seu ad duritiam. Pec
 catum autem ad prolaptionē corporis, seu mali perpe
 trationem [Malitia,] quæ est vitium ad mētem per
 tinens, quo quis machinatur ledere alium quocūque
 modo, seu quo damnum alteri inferre conatur. [For
 nicatione.] Et si fornicatio a fornicibus dicatur, seu
 ab arcuatis, in quibus meretrices prosternebantur, ex
 quo iuxta arcus triumphales se publice prostituēbāt,
 tamen hic sumitur fornicatio p omni illicito cōcubi
 tū carnali, conformiter ad illud Tob. Attende tibi si
 li mi ab omni fornicatione, [Auaritia,] quæ est in
 ordinatus appetitus rerum temporalium, & immode
 ratus appetitus, aut insatiabilis amor habēdi eas [Ne
 quitia] quæ est temeritas vel præsumptio qua quis
 quod nequit efficere audet, & atten' at quæ nequit im
 plere & maxime circa nocumēta proximorum, qui
 bus non potest aliquando pro voto nocere. [Plenos
 inuidia,] quæ est de bono alterius tristitia, aut do
 lor quo quis de aliena felicitate torquetur, aut quia
 quod ipse est, alium esse non vult, aut ea quæ in ipso
 sunt, in alio esse vult; aut quia alium videns esse me
 liorem, aut perfectiorem; aut ditiozem, aut excellen
 tiorē, dolet se non esse ei cōsimilem. [Homicidiū.] homicidiū

Sapi. xiiii.

iniquitas.

peccatu.

Malitia.

fornicatio

Tob. iiii.

auaritia,

nequitia,

inuidia,

homicidiū

dicitur homicidium illatio mortis a non habente auctoritatem, aut intentio inferendi mortem, aut vitium morte confimile. Non sine causa videtur apostolus dixisse homicidij in plurali, quia ex quo homicidium non solum consistit in opere, quo quis auctoritate propria alium occidit, sed etiam in voluntate qua appetit alium occidere, non immerito dicit apostolus homicidij, & etiam cum iuxta illud iohannis, Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Odium & invidia, homicidium dicuntur, & exinde post invidiam non sine causa posuit apostolus homicidium. Et hoc quia prima materia primi homicidij fuit invidia. Ex quo Cayn invidia motus contra Abel occidit eum. Et etiam quia invidia dyaboli mors introiit in orbem terrarum [Contentione.] quae dicitur impugnatione veritatis cum confidentia clamoris, & qua non ratione aliquid sed animi pertinacia defenditur, & qua non veritas queritur, sed animositas fatigatur, de qua scribitur. Si quis autem videtur contentiosus esse nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesiae dei. Honor est homini qui separat se a contentionibus [Dolo] dicitur dolus occulta malitia blandis sermonibus adornata qua aliud sonat quis in ore & aliud in eius latet corde, mediante maligna caliditate qua cum simulatione & intentione decipiendi verbis factis deludit quis & decipit proximum suum, iuxta illud ecclesiastici. Est qui nequit se humiliat & interiora eius plena sunt dolo. Et illud hieremij. Sagitta vulnerans lingua eorum dolum loquuta est: in ore Dolus insi suo pacem cum amico suo loquitur & occulte ponit dig, & fr ei insidias. Inter dolum & insidias & fraudem hoc in aus differt, quia dolus animo fit, insidiae loco & zelo fiunt. Fraus vero circa fractionem mutuae fidei perpetratur [Malignitate] dicitur malignitas mala voluntas qua malo igne accensa neminem vult amare nec operari unde debeat amari. Hanc praecedit malitia quae est cogitatio prava metis, cuius cogitationis votum & opus malignitas operatur, & malitiae votum & opus malignitas appellatur [Sufurrone] dicuntur hi qui in auribus alicuius malum de alio loquuntur. Dicitur etiam discordiae seminatores quoniam in faciem eorum quibus detrahunt, sed in aure alterius de alio malum loquuntur & occulte. Contra quos scribit. Non eris criminator nec susurro in populo, Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes [Detractores deo odibiles] dicuntur detractores qui virtutes ab aliquo suis verbis detrahunt vel minuunt aliorum bene gesta opera in malum vitiose mutando & fallaci fraude diminuendo dicendo mala esse quae bona sunt, aut modica bona esse quae magna sunt. [Detractores] dicuntur etiam detractores, qui aliorum famam denigrant & potissimum in occulto vel eis falsa imponendo, vel de eorum defectibus inordinate loquendo. Detrahere enim est alterius bona deorsum trahere seu inclinare & premere, ut minora quam sunt ostendantur esse contra quem libet talium, dicente scriptura. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit, & ne viderentur susurrone & detractores leui peccato peccare, ex quo talium solo ore committuntur vitia. De eis subiungit apostolus dicens (Deo odibiles) sunt detractores & susurrone, dicente Salomone. Sex sunt quae odit dominus & septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam medacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum proferentes medacia, testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. [Contumeliosos] Contumeliosus dicitur qui veloces sunt in verborum vel factuum iniurijs, verbis contumeliosis & aliquid impropere dicit, & quicquid factis flagellando, iuxta illud de apostolis scriptum. Et illi quidam habent gaudetes a conspectu consilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, id est sine

gatio prava metis, cuius cogitationis votum & opus malignitas operatur, & malitiae votum & opus malignitas appellatur [Sufurrone] dicuntur hi qui in auribus alicuius malum de alio loquuntur. Dicitur etiam discordiae seminatores quoniam in faciem eorum quibus detrahunt, sed in aure alterius de alio malum loquuntur & occulte. Contra quos scribit. Non eris criminator nec susurro in populo, Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes [Detractores deo odibiles] dicuntur detractores qui virtutes ab aliquo suis verbis detrahunt vel minuunt aliorum bene gesta opera in malum vitiose mutando & fallaci fraude diminuendo dicendo mala esse quae bona sunt, aut modica bona esse quae magna sunt. [Detractores] dicuntur etiam detractores, qui aliorum famam denigrant & potissimum in occulto vel eis falsa imponendo, vel de eorum defectibus inordinate loquendo. Detrahere enim est alterius bona deorsum trahere seu inclinare & premere, ut minora quam sunt ostendantur esse contra quem libet talium, dicente scriptura. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit, & ne viderentur susurrone & detractores leui peccato peccare, ex quo talium solo ore committuntur vitia. De eis subiungit apostolus dicens (Deo odibiles) sunt detractores & susurrone, dicente Salomone. Sex sunt quae odit dominus & septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam medacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum proferentes medacia, testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. [Contumeliosos] Contumeliosus dicitur qui veloces sunt in verborum vel factuum iniurijs, verbis contumeliosis & aliquid impropere dicit, & quicquid factis flagellando, iuxta illud de apostolis scriptum. Et illi quidam habent gaudetes a conspectu consilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, id est sine

Sufurro.

leui. xix

De detractore.

De detractore.

Eccle. x.

Prover. vi

Contumeliosus.

actu. v.

i. ad tim. i. gellatione & opprobriū, & illud apostoli de seipso
 Sufurronis Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus, Sufurro intēdit discordiā, detractor infamiā, & si & detra
 cōtumeliosus iniuriā, Nā cōtumelia dicitur dictū vel factū quod incōueniens & indignū est illi cui iniuste ferentia. & contumaciter infertur. [Supbos] Supbia est peruersa celsitudinis appetitus quo quis alios precedere vult sup se eundo per inordinatū excellētię appetitū. Superbia.
 Perueria autē celsitudo dicitur quādo deserto eo principio cui debet animus inherere sibīpsī quodā modo appetit quis fieri pīcipiū seu se pīncipiū fieri. Hoc fit cū sibīpsī quis nimis placet, id est cū ab illo incōmutabili bono deficit quod magis ei placere debuit quā ipse sibi. Hęc pueria celsitudo oīs iniquitatis est initiū iuxta illud. Initiū oīs peccati est superbia, quod verū est quātū ad auersionē a deo, nō quātū ad cōuersionē ad bonū cōmutabile. Ex quo radix oīm malorū est cupiditas. Dicitur em̄ superbi quasi sup se euntes, volūt enim p̄cesse & nō subesse alię regule, & ideo p̄cepta omittūt. [Elatos] Elati dicitur illi qui efferuntur supra mēsurā suā qui maiorū institutis nō acquiescūt, qui nec parē nec superiorē pati volūt. [Inuentores malorum.] Dicitur illi qui noua peccatī genera rep̄riūt, aut noua tormēta quibus alios cruciāt, aut nouas leges iniustas, aut nouos errores, aut culpas, aut alia que libet mala primi inueniūt [Parētibz nō obedientes.] Dicitur illi qui p̄latorū (qui sp̄iales parētes dicuntur) mādati iustis nō acquiescūt, & etiā qui parentū carnaliū mādati iustis nō obtēperāt, & hi sunt feris indomabiliōres, qm̄ ferę suis parētibz sunt subditę & acquiescētēs. [Inspietes] Dicitur illi qui ab ipso sapiētę fonte qui deus est recesserūt, zelo iustitię & charitatis feruore carētes, qui inter bonū & malū nō discernūt, & exinde cōtra diuinā reuerētiā sua exercēt operā. [Incōpositos.] Incōpositi dicitur inordinate & lasciuī qui sua opera inordinate & cū lasciuitate

ecclē. x.
 i. ad tim. i.
 vlti.
 Superbi.
 Elati.
 Inuētores malorum.
 nō obediētes parentibus.
 Inspietes.
 Incōpositi

peragūt, qui inordinati sunt in habitu, in cēssu & motu. Incōpositio enim corporis iudicat qualitātē mētis, iuxta illud. Amictus corporis & risus dētū, & igr̄esus hoīs enūciant de illo [Sine affectione.] Dicitur hi qui viscera dilectionis quibus erga p̄ximū moneantur nō habēt qui durū & insensibile cor (ob feruoris charitatis defectū) erga p̄ximī dilectionē gerunt. [Absq̄ federe] Dicitur hi qui oīm societātē fugiūt, qui cōcordię fedus & societatis cū nullo habere volunt, qui pactū sociale & amicitiaē minime obseruāt, qui cū ceteris socialiter viuere renuūt, de quibus scribitur. Percusserunt eos in ore glad̄i eo quod cū nullo hoīm haberent quicquā societatis ac negocij. Melius est ergo duos esse simul quā vnū. Habēt em̄ emolumentum societatis suę, si vnus ceciderit, ab alio succietur. Vch soli quia cum ceciderit non habet subleuantem se. [Sine misericordia.] Dicitur homines crudeles qui aliorum miseris non compatiuntur, qui dedignantur aliorum miserias subleuare, de quibus scribitur. Viscera autem impiorum crudelia. Iudiciū enim sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam. [Omnia hęc mala sunt, & regulariter inueniuntur in hæreticis. [qui] hæretici. [Cum iustitiam dei cognouissent.] incretam & creatam, [non intellexerunt,] non auerterunt, & intelligere & auertere neglexerunt [quoniam qui talia] supradicta, [agunt] Et p̄cipue nō probando deū habere in noticia [digni sunt morte.] Eterna qua demerētur perpetuo a deo separari penā aternā sustinēdo, [Non solum] digni sunt morte aterna, [qui faciunt] Vitia supradicta & p̄cipue non probando deum habere in noticia, [Sed &] etiam digni sunt morte aterna, [qui consentiunt facientibus] expresse & formaliter, aut interpretatiue, Et p̄cipue si ex officio eis incumbat id facere. Nam tales mortaliter peccant dicente Dauid, Declinātes autem in obligationes addu-

ecclē. xix.
 Qui sunt sine affectione.
 Qui sine federe.
 iud. xvij
 ecclesi. iij.
 Qui sine mīa.
 P̄verb. xij
 iacobi. ij.
 Fo. xxxiij

Eccle. xiiij.

cet dñs cū operātibz iniquitatē. Et scriptura. Qui te tigerit picē inquinabitur ab ea. Et qui cōmunicauerit superbo induet superbiam. Et si hēretici non intellexerint aut non intelligant eos peccare qui consentiūt supradicta vitia perpetrantibus supra scripta a passu illo repletos omni iniquitate, vsq; ad illud sine miseri cordia inclusiue non excusantur tamen a peccato si talia vitia perpetrantibus consentiant quāuis etiam supradicta vitia ipsi nō perpetrant. Et hoc quia nō probauerunt deum habere in noticiā & non probando meruerunt a deo tradi in reprobū sensum modo sit predicto. Et exinde sic excecari vt non intelligant eos peccare qui consentiunt facientibus peccata,

Caput Secundum.

Textus.



Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enī alterū iudicas, teipsum condemnas. Eadē enim agis quē iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea. Quia tu effugies iudiciū dei, an diuitias bonitatis eius & patientiē & longanimitatis contemnis. Ignoras quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit.

Est iudicium peruersum, est aliud iudicium vsurpatū, est aliud iudiciū temerariū, est aliud iudiciū verū & rectū. Iudiciū puerū est iudiciū quo quis aliū iudicat ex odio, timore, fauore, impetu passionis aut quouis alio modo contra regulam iustitię, de quo sapientie sexto scribitur. Cum essetis ministri regni illius qui non recte iudicatis. Iudicium vsurpatum est illud quod fit a non habente auctoritatem. Iudicium temerarium est illud quo quis de sibi occultis iudicat aut quo quis procedit, contra id quod est sibi commissum iudicium, aut quo ex nimium leuibus & insufficientibus apparentijs & signis de proximo iudicat. contra hanc christi sententiā. Nolite iudicare & non iudicabimini, nolite condemnare & non cōdemnabimini. Iudicium verum & rectum est actus virtutis & determinatio iuris quo auctoritatiue median-
te actu rationis seu prudentiē & non ex impetu passionis determinatur quid iusto competat: & quid iniusto & quid iuste cuiquam tribui debeat, de quo sapientie primo. diligite iustitiam qui iudicatis terram, ideo potest dici iudicium secundum veritatem, quia verum est, quia in rei veritate tali iudicio redditur singulis id, quod merentur, & isto modo iudicia hominum quandoque sunt secundum veritatem ideo potest dici (& hoc proprie) iudicium secundum veritatem, quia semper verum est quia tali iudicio singulis redditur id quod merentur quia falsis allegationibus non fallitur iudicans, & hoc quia in suo iudicio infallibilis est & hoc modo iudicia hominum nō sunt secundum veritatem, & hoc quia non semper iusta sunt & vera, ex quo ipsi malitia sepe peruertuntur, & quia falsis allegationibus quandoque decipiuntur, & quia non intuentur quę in corde sunt sed solum quę sensibus patent, ex quo sepe iudicant bona esse quę mala sunt vt cū ab aliquibus pauperibus eleemo-
sina datur nō propter deū sed vt ab hoibus laudetur

Notule
iudicia di
uersa
iudiciū
peruersū.
iudicium
vsurpatū
iudiciū te
merariū

Math. viij

iudicium
verum.

iudicium
secundū ve
ritatem.

Offertur

Et etiā iudicant mala esse que bona sunt. Ex quo que
 am committuntur opere ex se (quo ad iudiciū ho-
 minū) malo aīo aut non malo vt si quis (exēpli gra-
 tia) volēs occidere ferā occidat hoīem aut nolēs cui
 quam malū inferre proficiendo lapidem casu fortui-
 to occidat hominem. Bonitas dei est ipse deus bonus
 nullū hīs nec habere valens vitium cōsideratus vt no-
 bis immittens bona & data optima & dona perfecta
 Sustentatio dei in hoc a patientia differt quia susten-
 tio dei & sustentatio in hoc consistit quod eos qui ex infirmitate ma-
 gis quam ex malitia peccant, tolerat & expectat vt
 ad eum conuertantur. Patientia vero eius in hoc cō-
 sistit q̄ eos qui ex pertinaci mente & ex malitia pec-
 cant, tolerat & expectat vt ad eum conuertantur.
 Longanimitas dei in hoc consistit quod diu homi-
 nes ex infirmitate aut etiam malitia peccantes &
 diu in peccato permanentes diu tolerat & expectat
 vt ad eum conuertantur. Diuitie bonitatis dei in hoc
 consistunt quod hominibus per latam & spaciosam
 perditionis viam ambulantibus, quotidie bona im-
 mittūt ex infirmitate aut malitia peccantes diu expe-
 ctando vt ad eum conuertantur. Dicitur quis has di-
 uitias contempnere qui verbis aut factis cum cōfiden-
 tia clamoris eas impugnat, qui ex p̄a ditatione. vlti-
 onis diuinæ peioratur peccando securus & in acti-
 bus prauis eius misericordiam expendendo, iuxta il-
 lud iob. dedit ei deus locum penitentię, & ille abus-
 titur eo in superbia. Est ignorantia inuincibilis, est &
 alia ignorantia vincibilis crassa & supina, est &
 alia ignorantia vincibilis affectata. Ignorantia in-
 vincibilis est illa qua quis quæ debet media appone-
 re apponit, vt sciat quid agendū aut omittendum, &
 illis apposis illud non scit. Ignorantia vincibilis cras-
 sa & supina est illa qua quis adhibet diligentiam sed
 non eam quam debet vt sciat quid agendū sit aut nō
 agendū, & hinc illud ignorat, aut est ignorantia ex

negligentiā proueniens, qua quis negligentia ductus
 non adhibet eam diligentiam quam debet, vt sciat
 quid agendum sit aut non agendum. Ignorantia affe-
 ctata, est illa qua quis ignorare vult ea quæ tenetur
 scire aut nult adhibere media quæ tenetur, & debet
 adhibere vt sciat quid ab eo agendum sit aut omittē-
 tendum. [Dicitur benignitas dei misericors eius cle-
 mentia qua ei proprium est nostram subleuare ino-
 piam, deus dicitur sua benignitate nos ad peniten-
 tiam adducere, eo quod ipso dūce erga nos benigno
 ad eum corde contrito & humiliato redimus.

Propter quod, quia mala facientes digni
 sunt morte & nō solum ipsi sed & etiam hi qui con-
 sentiunt facientibus, propter hoc seu propterea,
 ea de causa [inexcusabilis es] a peccato [o ho-
 mo omnis qui iudicas] damnas seu reprobas iu-
 dicio peruerso, aut vsurpato, aut iudicio vero, &
 recto [in quo enim iudicio] alterum iudicas di-
 gnū culpa aut pena, hoc modo iudicando [Tei-
 psūm condemnas] dignum culpa aut pena, ex
 quo tua damnatione aut reprobatione digne ostens-
 dis, ac profiteris te demeruisse eam p̄nam, qua
 alium dignum esse iudicas [eadem enim agis que
 iudicas] consimilia in genere aut specie operan-
 do, quæ in alio redarguis atque condemnas.

Quando
 Ex hac apostoli sententiā, concluditur prælaturū iudex in si-
 aut iudicem laicum reum in publico iudicaturum mili vitio
 si in publico consimile vitium perpetraverit, vi-
 cū eo exis-
 tio commissio, a reo ab eo iudicando peccare ius-
 tē eum
 dicando iuridice reum, nisi prius de reato suo sa-
 iudicādo
 tiffecerit vti debet. Nam aut est ei necesse tunc peccet.
 ratione iniūcti officij iudicare reum aut non, si nō est
 ei necesse peccat, si est ei necesse etiam peccat iudi-
 cando; nisi prius intra se peniteat ingemiscendo pro
 suo peccato; & etiā (ex quo peccādo publice videtur

inducit

Expō text.
ad literā.

Quando
si est
publ
cum

scandalizasse eos corā quibus peccauit, nisi prius scā
dalū tollatur ab eis corā quibus peccauit, mediāte hūi
litate, qua corā eis suum reprehēdet pētm̄, rephen
dēdo pētm̄ alterius, aut alio mōsi- vero iudex in oc
culto cōsimile vitiū perpetraverit; vitio quo est iudi
caturus reū & vitiū eius sit occultū nō peccat in pu
blico iuridice iudicando reum dū intra ingemiscat de
peccato cū proposito confitendi [scimus em̄] per nar
aturalē rationem vel supernaturale illuminationem &
pro certo tenemus nos sic instructi etiā ab apostolica
doctrina [quoniā iudiciū dei est secundū veritatem.]
quia eius iudiciū semper verū est & infallibile, quo
vnicuiq; quod meruit aut demeruit reddi [in eos] ad
uersus eos [qui talia agūt] seu qui se inuicē temera
rio iudicio iudicāt aut puerſo aut vsurpato aut iuridi
co iudicio, & dum alios iudicāt sunt mō supradictō
in simili vitio in quo sunt ab eis iudicati [existimas
aut hoc, o hō qui iudicas] seu iudicio tuo damnas &
reprobas [qui talia] vitia supradicta aut aliqua alia
[agūt & facis ea] que i alijs iudicas [quia tu effugies
iudiciū dei] quo ipse sentētia sua iusta & infallibili iu
dicat errātes dignos penis / hic loquit̄ apostolus ac si
diceret, noli hoc existimare. Nā si illud existimes de
impugnitate tibi blandiris, quia deus in presentī via
non tibi reddit que meruisti [an diuitias bonitatis
eius] quibus pētores vt pēnitentiā agant longanī
ter expectat oriri faciēdo solem suum super eos plu
uias & alia bona conferendo [et patientiē] qua con
tumaciter & ex malitia peccantes vt propter eum re
sispiscant expectat [et longaminitatis.] qua dominus
deus peccatores in peccato ex infirmitate aut malitia
procedente perseverantes lōgo temporis spatio expe
ctat vt ad eum ipsi redeant [contemnis] supradictas
bonitatis dei diuitias & patientiē & longaminitatis
eas cum clamore firmo impugnando & dei miseri
cordia abutendo [ignoras] tu peccator, nō ignorātia

inuicibili, sed ignorantia vincibili crassa & supina,
aut affectata [qm̄ benignitas dei] seu pia eius mise
ricordia, qua sua proprietate miserorum peccatorum
in hac via existentium vult subleuare miseriam sua
substantatione patientia & longaminitate [ad pēni
tentiam te] peccatorem in hac via existentem] ad
ducit] dominus deus, & hoc quia sua benignitate nos
pētores in hac via existentes, ad pēnitentiā inuitat
& prouocat & ducit & trahit, prouocat in dilatio
ne pēnarum & exhibitione honorum. Trahit per
conscientiē remorsum, etiam trahit & ducit & inui
tat per speciale eius auxilium, ipso dicēte, ego sto ad
ostiu & pulso, si quis audierit vocē meam, & aperu
erit mihi ianuam, introibo ad illum, & cenabo cum
illo, & ipse mecum.

Secundū aut duritiā tuā, & impoenia
tes cor thesaurizas tibi irā ī die ire &
reuelationis iusti iudicii dei, q̄ reddet
vnicuiq; secundū opera eius. His quidē
qui secundū patientiā boni opis gloriā
& honorē & incorruptionē q̄rentibus
vitā eternā, his aut qui sunt ex cōten
tiōe & qui nō acquiescūt veritati cre
dūt aut iniquitati, irā & indignatio, tri
bulatio & angustia, ī oēm animā hoīs
operātis malū, iudei primū & grēci.
Gloria autem & honor & pax operā
ti bonum, iudeo primum & græco.

Est cor durum, est & cor crassū, est cor impoeni
tens, est cor molle. Cor durū est cor hoīs cuius mens
velut cęra frigore iniquitatis obstricta est ita vt si
gnaculū imaginis diuine nō recipiat sed potius obstri

apoca. iij.

Textus

Notula
Cor durū
Quadrū
plex cor.

si occulsi

pub. co. uol
occult.

Eccle. ij

natione & pertinacia inspirationi diuina resistat, nec dei verbo mentē aperiat. De hoc corde scribitur Cor durum habebit male in nouissimo. Cor crassū est cor hominis, cuius mēs scripturę spiritalē non accipit sensum. Cor impenitēs est cor hominis in sp̄ritum sanctum peccantis, recusando remissionē peccatorum accipere. Cor molle est cor hominis, cuius mens recipit motus seu signaculum imaginis diuine & dei verbo mentē aperit & scripturę spiritalē recipit sensum. Ira dei (vt supra dictū est) super illud capitis primi. Reuelatur enim ira dei de celo) est virtus que preest poenarum ministris qua peccatoribus poena inferunt. Etiam dicitur delinquentiū vindex stimulus. Etiam dicitur vindicta & ultio dei, quam ipse sine vlla animi turbatione, siue aliqua mutabilitate exercet super malos & iniquos, iuxta illud, Tu autem dñator virtutis cū tranquillitate iudicas. Thesaurus dñi collectio atq; cōseruatio aliquarū rerū que p̄culatim sūt adiectione partis ad partē in repositionē tutam atq; diligentē recōditionē vt custodiātur ille res in futurū. Est thesaurus terrenus, est alius thesaurus cœlestis, est alius thesaurus irę. Thesaurus terrenus est quo diuersi generis opes & diuitię cōgregantur, & quo hæc cōgregas de terra sapit & de terra loquitur, De quo a christo dicitur. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demollitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurus cœlestis est collectio & cōseruatio, qua dum homo in terris ambulat cōsiderationem habet in cœlis, particulatim adiciendo virtuti virtutem & bono bonum, ita vt hæc cōseruans actus interiores & exteriores in deum reponat, & sic thesaurizare admonet christus dicens. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo vbi nec erugo nec tinea demollitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur.

crassū.
impenitēs
molle.

Eccl. o. iræ dei.

Sap. xij.

Thesaurus
dñi

Math. vi.

cœlestis.

Math. vi.

irę.

Thesaurus irę dicitur collectio, qua quis in hac vltima

diuersa sibi colligit peccata, & qua in his vsque ad finem perseverans colligit sibi virtutem, que preest ministris poenarum vt ipsa in futurum poenam sibi inferat. Etiam sibi colligit ex suis delictis vindicem stimulum qui in damnatis poenaver mis dicitur. Dicitur dies irę dies extremi iudicij, in qua reprobus ad poenam perpetuam adiudicabit dominus ministris poenarum dando auctoritatem eis inferendi poenam. De hac die scribitur. Ecce dies domini venit crudelis & indignationis plenus & irę furorisque.

Dicitur patientia boni operis tolerantia aduersorum cum æquanimitate cordis, ita vt sic patiens & in lucta spiritali luctans propter mala que patitur a bono non desistat opere sed in ipso perseveret. Quia hic vsque ad finem textus precedentis, ab isto passu his quidē qui secūdū patientiā boni operis narrat apostolus que conueniunt his qui sunt secundum patientiam boni operis & his qui sunt ex contentione. & etiam illi qui operatur bonum, & hoc vnum immediate post aliud nullē hic de his ante expositionē extrahuntur diffinitiones.

Dies irę
Esaye. xliij
Patientia
boni opis

Secundum autem duritiam tuam] qua corde durus es & in malitiam pertinax ita vt dei verbum respicias & de pristinis malis non doleas. Et impenitens cor] quod de pristinis malis non dolet, nec futura vitare mollitur, sed nimis induratū est. Thesaurizas] multiplicas & accumulas & colligis & reponis & recondis] tibi] in futurū] iram] quia in hac via diuersa tibi colligis peccata. Et quia in his vsque ad finem perseveras colligis tibi virtutē, que preest ministris poenarū vt ipsa in futurū poenā tibi inferat. Etiam eadē de cā colligis ex tuis delictis vindicē stimulum qui poenam vermis dicitur] in die irę] in die scilicet extremi iudicij, in qua deus maxime iratus videbitur, & hoc quia vindictam & ultionem exercebit super malos & iniquos, sine tñ vlla animi perturbatione sine aliqua

Expō. te.
ad litterā

mutabilitate [& reuelationis iusti iudicij dei] & hoc quia in die illa reuelabitur quod nunc occultum est. Nam tunc illuminabit dominus abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordium, apōstolo infra in hoc capite dicente. Tunc cogitationum in inuicem accusantium, aut etiā defendentium de occultis tunc iudicāte domino, ita vt verisimile sit quod vnus vidēs aliū cognoscat p̄cā alterius, pro quibus dānatus est, legēdo in cōsiliā eius mediātibus quibusdā notulis, veluti si in libro legeret, vt perāplius infra in hoc capite super passu allegato declarabitur [qui dominus deus] reddet vnicuiq; secūdam opera eius] siue interna siue externa beatis gloriā eternā aliis quibus maiorem, alijs minorem conformiter ad opera bona quæ in hac via habuerunt, iuxta illud apōst. Stella enim a stella differt in claritate, sic resurrectio mortuorum. Et christi verbum istud. In domo patris mei māsiones multę sunt [& reprobis etiā reddet p̄enam eternā secundum opera interua aut externa, ita vt secūdu quod vnus plus peccauit quā alius carētia v̄sionis diuinę erit ei maior p̄cna, & etiā maiori stimulo seu pena verm̄is punietur, & etiā maiori p̄cna sensus punietur, ita quod ab igne infernali magis affligetur] Et exinde quia paruuli decedentes ante baptis̄mi susceptionem cum solo originali decedunt absque v̄llo actuali peccato, punientur sola pena dāni, quę est carētia v̄sionis diuinę, & non p̄cna sensus quę est inflictiō p̄cne interioris puta p̄cne verm̄is & etiā exterioris scilicet ignis infernalis [his quidem qui secundum patientiam boni operis] sunt, vt hi sunt qui cum opus bonum facere cupiunt eis aduersantur, principes, & potestates, & mundi huius rectores, & spiritalis nequitia. Etiam mundus & caro his tamen eis aduersantibus cum æquanimitate cordis tolerant aduersa, ita vt propter mala quæ patiuntur a bono opere, non

i. ad cor. iij

143:

beati.

i. ad cor. xv.

ioan. xiiij.

reprobi.

paruuli.

boni

desistant, sed supradictis aduersarijs fortiter resistendo in bono opere perseverant in domino spem suam ponentes, & exinde his dominus reddet [gloriā Gloria. am] quæ cōsistit in clara dei v̄sione & fruitione & scientia, qua certitudinaliter sciunt beati, se in hoc statu æternaliter permāuros [& honorem] his qui secundum patientiam boni operis sunt tribuit deus quod facti sunt reges & sacerdotes. Reges, quia se ipsos mediante dei gratia conformiter ad dei voluntatem & spiritum regere valent. Sacerdotes, quia se ipsos mediante dei gratia spiritalia hostias deo offerunt. Hoc modo a deo effecti reges & sacerdotes conformiter ad illud. Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. [Etiā eisdem tribuit dominus honorem, quo ipsi inter filios dei computati sunt, & inter sanctos fors illorum est. Inter sanctos fors illorum est, vt postquam in hac via perseverauerunt in meditatione legis dei, & in obseruantia eius vsq; in finem eis tribuatur dōs claritatis, quæ fulgebunt vt sol, & plusquam sol, iuxta illud sapientia. Fulgebunt iusti & tanquā scintilla in arundinetis discurrent. Et verbum illud Christi, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum [& incorruptionem] tribuet dominus his qui secundum patientiam boni operis sunt, eis conferendo immortalitatem & impassibilitatem, vna cum dote agilitatis, & dote subtilitatis, ita vt tunc erunt tales homines immortales, impassibiles, nullum locum occupantes, valentes subito & in instanti de loco ad locum transire, etiā maxima interposita distantia [querentibus vitam æternam.] per exercitium boni operis, patientiā sumendo in aduersis, & propter mala quæ patiuntur non desistentibus a bono opere, sed in eo vsq; in finem perseverantibus dabitur vita æterna, iuxta dictum illud Christi Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et his ideo dabitur vita æterna, quia ipsi eam in

Qui sunt reges & sacerdotes.

1. 38

apoca. v.

sapient. v.

sapient. iij.

math. xiiij.

mat. xiiij

Math. vi. collo. iij. hac via querunt conformiter ad dictum Christi istud. *Querite ergo primum regnum dei, & iustitiam eius. Et illud apostoli. quæ sursum sunt querite, ubi christus est in dextera dei sedens. quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Nam in hac via hoc modo petentibus vitam æternam dabitur vita æterna, dicente Christo: *Petite & dabitur vobis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur [his autem qui sunt ex contentione] & hoc quia veritatem impugnant cum confidentia clamoris & non ratione aliquid deffendunt, sed animi pertinacia, qua non veritas queritur, sed animositas fatigatur: & quia inuicem litigant & pacis iura violant, & deo aut eius internis motibus resistere satagunt, & exinde in omne prauum opus tendunt, dicente iacobo, ubi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum [& qui non acquiescunt veritati] & hoc quia deo, qui summa veritas est, non acquiescunt, nec eius iustitiæ, nec eius doctrinæ ab eo traditæ, aut a suis apostolis, aut a corpore suo mystico, quod est ecclesia, [credunt autem iniquitati] & hoc quia persuadentibus iniquitatem, consentiunt in oppositum veritatis iudicando, quæ falsa sunt vera esse, & quæ vera sunt falsa esse & peruerse viuendo, & contra sanam doctrinam dogmatizando. *Contra quos scribitur, malus obedit linguæ iniquæ. Et ad hebreos: Doctrinis varijs & peregrinis, nolite abduci [ira] his qui sunt ex contentione, & non acquiescunt veritati, & credunt, iniquitati adueniet, ex quo virtus quæ præest ministris pœnarum eis in futurum pœnam inferet, & stimulus qui pœna vermis est, eos affiget. [& indignatio] eisdem adueniet, qua iudex æternus eos detestabitur & contemnet, & etiam qua ipsi impij, sibi ipsis indignabuntur.**

Math. viij.

iacobi. iij.

Crederet iniquitati.

Puer. xvij.

hebre. xij.

indignatio.

tur, de seipsis dicentes *Errauimus a via veritatis & iustitiæ, lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus, in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus [tribulatio] eisdem adueniet, quæ a tribulo qui pungit dicitur dolor pungens corpus, quantum ad exteriorem cruciatum ipsum affligens, qui de conscientia reatu & peccati consideratione, procedit: & qui etiam consistit in afflictione ignis infernalis, sophoniam dicente, vox diei domini amara tribulabitur ibi fortis [& angustia] impijs accidet, quæ consistit in dolore, quo intrinsecus animæ damnata torquentur, & quo damnati, animus dolore anxius est, quia remedium inuenire nequit contra mala, quæ timet sibi euenire, & quæ iam patitur. *Hæc supra dicta teste apostolo venient, [in omnem animam hominis operantis malum] nisi in hac via pœniteat. Nam si vsque in finem vitæ malum operetur quis, siue iudæus, siue græcus, mala supra dicta ei euenient. Ideo apostolus dicit, in omnem animam quia reproborum pœna primo & principaliter in anima erit. Secundo in corpore, quod propter defectum & animæ culpam passibile resurget [iudæi] qui legem diuinam ei traditam suscepit [primum] principaliter & præcipue eius anima deum offendendo, grauius peccauit, & fortius punietur quam gentilis anima, quæ in eodem genere peccauit, in quo peccauit iudæi legis susce anima [& græci] id est gentilis anima, contra cognitam sibi legem peccando punietur, iuxtagressio culpam ab eo perpetrata. *Quia iudæi in eodem genere peccati quo peccauerunt gentiles peccantes, iuxta dictum istud apostoli, veniunt grauius puniendi quæ gentiles. Et hoc quia ultra legem naturam iæ quæ gentiles habebant, habuerunt iudæi legem moysi***

tribulatio.

sopho. i. Angustia.

ptg trans-

gressio

auget.

scriptam, propter cuius transgressionem, grauius peccabant quam gentiles, & exinde fortius veniunt puniendi etiam christiani adulterio aut furto, ab eis commissio propter legem diuinam positiuam ab eis susceptam grauius peccant quam infideles idem furtum committentes. Et exinde grauiori poena puniendi veniunt ultra dictum apostoli conformiter ad Christi dictum istud. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis [gloria autem] que consistit in clara dei visione & fruitione & scientia, qua certitudinaliter sciunt beati se in hoc statu eternaliter permanuros [& honor] quo hi qui sunt Christi puram & perfectam obedientiam modo paulo ante haec supradicta facti sunt reges & sacerdotes, & etiam computati sunt inter filios dei, ita ut inter sanctos sors illorum sit [& pax] quae est perfecta animi tranquillitas, & cum deo reconciliatio, & ab impugnatione hostili securitas, & quae in beatis talis est, ut nulla possint perturbatione commoueri [Omni] homini [operanti bonum] & usque ad finem perseveranti tribuatur gloria, quo ad animam & corpus, & honor supradictus, & pax supradicta [iudeo] qui legem diuinam suscepit [primum] precipue & principaliter gloria, honor, & pax, tribuatur. [& graeco] deinde haec tribuantur hic iudaeum in gloria & honore & pace suscipienda praepositus apostolus, graeco seu gentili, non ut supradictum est super illud capitis primi. Virtus enim dei est iudeo primum & graeco, ut velit ponere apostolus distinctionem inter iudaeum & graecum, quantum ad finem consequendae salutis, nec etiam quantum ad beatitudinem essentialem, nec etiam quantum ad dotes corporis. Sed quia uoluit ponere distinctionem quantum ad ordinem salutis, quia hoc ordine iudaei sunt primi, & hoc quia illis promissiones factae sunt, ut illic declaratum est, & etiam quia ipsi susceperunt



Luce. xii.

gloria.

honor.

37.

pax.

17.

legem mosaicam, gentiles non: & etiam, quia ipsi in apostolis & aliquibus alijs iudeis primi susceperunt legem euangelicam, & eam gentilibus annuauerunt.

Non enim est acceptio personarum apud deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.

Textus.

¶ Ideo dicitur in aliquo personarum acceptio, quia in iudicando aut retribuendo respicit personam, aut ob eius dignitatem, aut prelaturam, aut officium, aut dominium, aut diuitias, aut ob eius consanguinitatem, & non respicit ea quae habent rationem meriti vel demeriti virtutis aut vitij. Ideo dicitur non esse apud deum personarum acceptio, quia in iudicando, aut retribuendo, solum respicit ea quae habent rationem meriti, aut demeriti, virtutis aut vitij, boni aut mali: dicente Petro, in veritate comperi, quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet deum & operatur iustitiam acceptus est illi, & Ezechielem in persona domini. Vnumquodque iuxta vias suas iudicabo. Hinc scribitur. Nec iniuste iudicabis non confideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Est lex humana, est lex diuina, quae diuiditur in naturalem & diuinam pure positiuam. Lex humana est lex data a legislatore humano, siue ecclesiastico, siue laico. Ecclesiastico tanquam episcopato legis diuinae iuridice leges condente, ad amplectendas virtutes, & reprimenda vitia. Laico leges condente ad boni communitatem pacis ac vniuersionis communitatis & ad vtilitatem eius. Lex diuina naturalis est lex omni-

Notulae. Quid personarum acceptio.

actu. x.

ezechie. xviij. leuiti. xix.

bus ratione capacibus inherēs, qua omnis rationis ca-
pax, mediante suo naturali instinctu, iudicare va-
let de inclusis in lege naturali quicquid agendum, aut
omittendum sit. Lex diuina pure positua est lex a
deo data in sacris scripturis declarata, aut per chris-
ti corpus mysticum quod est ecclesia, aut eius pra-
latos, mediante qua prohibetur, aut praecipitur id
quod naturali instinctu cognosci nequit. Peccatum
est praeruaricatio legis siue diuinae naturalis, siue di-
uinae posituae, siue humanae. Duobus modis dicitur
aliqui peccare sine lege. Vno modo, quia pec-
cant sine lege diuina pure positua & sine lege huma-
na: & hoc quia nullam illarum legum susceperunt,
sed nolentes recipere eas nullas esse arbitrati sunt.

Alio modo, quia sic peccant, & sic malitia inuolu-
ti sunt peccatis, vt etiam naturalis lex per duritiam
cordis obliterata & abolita in eis videatur, ita vt
quia non probauerunt deum habere in notitia, &
renuerunt adimplere ea quae sunt legis naturalis, tra-
diti sunt in reprobum sensum, a probitate remoti
excecati & ita abiecti, vt nulla de eis spes salutis
habeatur. Illi dicuntur in lege peccare, qui legem
diuinam pure posituam, & etiam legem huma-
nam, susceperunt, & illis susceptis, eas transgre-
diuntur: licet eas iustas aequas & bonas esse fate-
antur, & quod ab eis praecipitur, rectissime pra-

Qui dicitur
res legis.

Qui dicitur
res legis.

iacobi. i.

Aliqui iustulo

cipi non dubitant. Dicuntur hic auditores legis il-
li qui legem eis promulgatam audiunt, & eam ad-
implendam sentiunt, & iudicant, in sensu literali,
aut carnali: & non in sensu spiritali. & etiam il-
li qui legem eis promulgatam audiunt, & licet eam
in sensu spiritali implendam iudicent, eam tamen
non implent: de quolibet talium dicente iacobo. Si
quis auditor est verbi, & non factor, comparabi-
tur viro consideranti vultum natiuitatis suae in spe-
culo. Dicuntur aliqui iusti esse apud deum, aut

quia iam beati sunt deum clare videntes, aut quia
si viatores sint & paruuli: quia renati sunt ex aqua
& spiritu sancto. Si adulti sint, & renati ex aqua
& spiritu sancto, quia ex fide, quae per dilectionem
operatur, iustificati sunt. Dicuntur aliqui factores
legis, quia opera in lege praecipita adimplent, vt
conuenit & expedit. Dicitur aliquis iustificari, qui
de malo & impio efficitur bonus, & pius. Ali-
quibus modis dicitur quis iustificari. Vno modo
effectiue, alio modo meritorie merito non depen-
dente, a merito alterius. Alio modo meritorie, par-
tim merito alterius, & partim actu suo meritorio.
Alio modo exequutiue & dispositiue. Alio modo
reputatiue. Effectiue dicitur quis iustificari a solo
deo, et hoc, quia ipse est qui solus efficit iustifi-
cationem nostram. Meritorie dicitur quis iustifica-
ri merito non dependente a merito alterius qui iu-
stificatur in merito passionis Christi exhibitae et san-
guinis eius effusi: ex quo meritum Christi non de-
pendet a merito alterius, & Christus sua passione
exhibita, & suo sanguine effuso christifidelibus,
meruit iustificationem, dicente apostolo, infra ca-
pite quinto. Cum adhuc peccatores essemus secun-
dum tempus Christus pro nobis mortuus est.
Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ip-
sius, salui erimus ab ira per ipsum. Meritorie di-
citur iustificari, partim merito alterius, & partim
actu suo meritorio: quilibet viator qui in hac via
mediante actu suo meritorio iustificatur: & hoc
quia dum iustificatur non solum actu suo merito-
rio iustificatur, sed etiam in merito passionis Chri-
sti exhibitae, & sanguinis eius effusi: dicente apo-
stolo infra capite quinto. Iustificati ergo ex fide pa-
cem habeamus ad deum per dominum nostrum Ie-
sum Christum, per quem habemus accessum per
fidem in gratiam istam. Exequutiue & dispositiue

sti apud
deum.
Factores
legis.
Quis di-
citur iusti-
ficari.
Diuersi iu-
stificatio-
nu modi.

dicatur quis iustificari, qui opera iustitiæ deo placētia ad salutem requisita executioni mandat: dicēte Iacob. ij. Videtis quā ex operibus iustificatur homo & non ex fide tantum. Opera enim ad gratiam disponūt: iuxta illud Ionæ de ninivitis. Et vidit deus opera eorū quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malitia quam loquutus fuerat, vt faceret eis quod nō fecit. Et illud ad cornelium angeli verbum. Orationes tuæ & eleemosinæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei, & nunc mitte viros in ioppam & accersi Symonem. Id fecit Cornelius, & a Petro baptizatus est. Reputatiue dicitur quis iustificari qui quo ad hominum reputationem iustus reputatur, licet quādoq; iniustus sit: iuxta illud Ezechielis. Ergo & tu porta confusionē tuam quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis sceleratius agēs ab eis iustificate sunt em̄ a te, ergo & tu confundere & porta ignominiam tuā quæ iustificasti sorores tuas.

Expō tex. ad literā. **¶** Non enim est acceptio personarum apud deum. Et hoc, quia deus in iudicando, aut retribuendo nō respicit personam acceptando eam, aut ob eius dignitatem, aut prælaturam, aut officium, aut dominium, aut diuitias, sed solum respicit ea quæ habent rationē meriti aut demeriti, boni aut mali, [quicunq; enim sine lege] diuina pure positiuā, aut humanā [peccauerūt] & hoc quia nullam illarum legum susceperunt [sine lege] diuina pure positiuā aut humanā [peribūt] seu dānabuntur, non propter transgressionem legis diuinæ pure positiuæ, aut legis humanæ: Ex quo nullus transgreditur legem, nisi eam susceperit: sed quia nō seruauerunt legem naturalem, cuius præcepta instin-
ctu naturali cognouerunt, ac etiam prohibitiones, vt sunt, non facias quod tibi fieri non vis, nō occides [et quicunque in lege] diuina pure positiuā aut humanā [peccauerunt] eas transgrediendo malitia aut ignorātia crassa & supina & affectata, eas non implendo,

[per legem] seu legis transgressionem [iudicabuntur] iudicio reprobationis, dicente christo iudæis, Iohannis, v. Est qui accusat vos moyses in quovos speratis. Quare accusat moyses iudæos dicitur propter legis transgressionem. Et Ezechiele in persona domini inquit se. Vos autem greges mei hæc dicit dominus deus, ecce ego iudico inter pecus & pecus arietum & hircorum [non enim auditores legis] ea de causa hic auditores legis vocati, quia in lege contenta & ab eis per promulgationem cognita spiritualiter non capiunt, aut si capiant non adimplent. Iusti sunt apud deum] ex quo non sunt ab eo iustificati, nec in numero iustorum collocati: licet quandoque quantum ad hominum reputationem iudicentur iusti [sed factores legis] qui ideo factores legis dicuntur, quia legis m̄a dat a corde verbo, & opere adimplent vt vult deus [iustificabuntur] a domino deo effectiue, & in merito passionis christi exhibite, & sanguinis eius effusi si meritorie, merito non dependente, a merito alterius & mediante fide quæ per delectationē opatur meritorie, partim merito alterius, & partim merito habentis talem fidem tanquam per medium ad iustificandum ad idulum necessarium, quia fides actus dicitur meritorius partim ex merito passionis christi exhibite & sanguinis eius effusi. Ex quo meritum suū sumit ex merito christi & partim ex eliciente, gratia sibi concessa, & hoc quia est ascensus certus & verus mere licere causatus mediante gratia gratum faciente, & a deo acceptatus ad præmium æternum, & ab operibus ex fide & charitate procedentibus dispositiue. Et hoc quia hæc opera, vt supra dictum est, ad iustificationem habendam hominem disponunt. Nec istud cōtrauenit sententiæ Aurelij patris Augustini, qua in libro de spiritu & litera, capite xxvi. super hac sententiā apostoli. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis ius-
f

Iustificabuntur ipse dicit, intelligendum est factores legis iustificabuntur, vt sciamus aliter eos non esse factores legis nisi iustificetur vt nō iustificatio factoribus accedat, sed factores legis iustificatio præcedat, intelligatur in susceptione sacramenti baptismi, & præcipue ante vsum rationis. Huius duplex datur ratio. Prima qui a illic loquitur de factoribus & operibus qui & quæ fide præcedūt, & nō de eis qui vel quæ fide sequuntur. Ego ipse in libro octuaginta triū quæstionū quæstione. lxxvi. dicit eos qui putāt hanc apostoli ad ro. in sententiā. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis contrauenire beati iacobi. capite. ij. sententiæ huic. Vis autē scire o hō inanis, quoniā fides sine operibus mortua est: A brahā pater noster nōne ex operibus iustificatus est, offerēs ysaac filiū suū super altare. Vides quoniā fides operatur operibus illius, & ex operibus fides cōsummata est & impleta scriptura dicēs. Credidit abrahā deo, & reputatū est illi ad iustitiā, & amicus dei appellatus est. Vides quoniā ex operibus iustificatur hō, & nō ex fide tantū. Arbitrari possēt etiā ipsum apostolū Paulū sibi ipsi contrauenire & contrarium esse: ex quo ipse qui loco supradicto dicit: arbitramur eū iustificari hominem per fidem sine operibus legis, ad galath. v. ait. In christo Iesu neque circūcisio aliquid valet neque præputiū sed fides quæ per charitatē operatur: & ad romanos capite. viij. Si enim secundū carnē vixeritis, moriemini: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis: & ad romanos. ij. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur: sed (vt ait Aurelius pater Augusti.) apostolus Paulus non contrariatur sibi ipsi: eadem ratione non contrahit nec contrariatur iaco. Ratio eius hæc est, quia apostolus dicens, arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis, loquitur de operibus fidem præcedentibus contra iudæos, qui se genti-

bus in christum credētibus præferre cupiebant: dicētes se meritis honorū operum (quæ in lege sunt) fide christi præcedentium peruenisse ad donum iustificationis, quæ est in fide, & ad euangelicā grām multis ex eis iudæis cōuersis scādalizatis, eo quod incircuncis gentibus ad christum conuersis christi gratia trade retur. Propter quod cōtra eos dicit apo. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis & (vt in supradicto loco ait Aurelius pater Augusti nus) hō iacobus capite. ij. dicens. Vis autem scire o homo inanis, quoniā fides sine operibus mortua est, & quæ sequuntur: loquitur de operibus fide subsequētibz & ex cōsequēti etiā apostolus in tribus auctoritatibus supra allegatis in quibus de operibus ad salutem necessarijs fit mentio loquitur de operibus fide subsequētibz quæ iustificānt modo supradicto: & exinde super istud apostoli ad romanos. ij. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur, sententiā aurelij patris Augustini sic accipiendam esse, intelligendum est. Factores legis iustificabuntur, vt sciamus aliter eos non esse factores legis, nisi iustificentur: & hoc quia qui opus legis faciunt, per opera fidem præcedentiā non iustificantur, nec proprie factores legis dicuntur ipsi, sed illi qui mediante fide faciunt opera, & istud vt non iustificatio factoribus accedat, intelligatur factoribus per opera fidem præcedentiā. Nam talibus iustificatio non accedit: ex quo ipsi non iustificantur, & istud: sed factores legis iustificatio præcedat, intelligatur in susceptione sacramenti baptismi, & etiam post: ita vt iustificatio præcedat opera: & hoc quia actus interiores meritorij a quibus procedunt ipsa opera, præcedunt ad minus naturæ vel instanti: & exinde patet, etiam ex dictis supra allegatis Aurelij patris Augustini in hac sua auctoritate, quo ad duas primas particulas loquutum fuisse

de factoribus & operibus qui & quæ fidem præcedunt, & non de eis qui vel quæ fidem sequuntur. Secunda ratio propter quam dictum quo affirmatum est opera ex fide procedentia iustificare dispositiue, ex quo ad iustificationem habendam aut maiorem promerendam disponunt, non contrauenit dicto Aurelij patris augustini, quo in loco supra allegato, super illud, factores legis iustificabuntur ait. Sciarnus aliter eos non esse factores legis, nisi iustificentur, vt non iustificatio factoribus accedat, sed iustificatio factores legis præcedat est ista: ex quo intelligit iustificationem non immediate accedere operibus, sed eam præcedere opera natura instanti & quandoque tempore. Nam iustificatio immediate accedit fidei & charitati quæ natura instanti, & tempore præcedunt opera: & dilectio si efficax sit (vt esse debet ad meritorie iustificandum hominem) naturaliter producit opera, & exinde operibus attribuenda venit iustificatio competens fidei & dilectioni, ex quibus naturaliter sequuntur opera. Nam ipsa non habent iustificationem distinctam a iustificatione quæ est ex fide & dilectione charitatiua, sicuti nec ipsa opera habent bonitatem aut malitiam distinctam a bonitate aut malitia actus interioris: ex quo appetitus voluntatis hominum est mensura omnium factorum seu operum, dicente aurelio patre augustino, in libro de sex questionibus contra paganos, questione quarta, super illud Mat. vñ. i qua mensura mensi fueritis remetietur vobis: in voluntate quippe propria metietur bonus homo bona facta & in ea ei metietur beatitudo, itemque in voluntate propria metietur malus homo mala opera: & in ea metietur ei miseria, quoniam vbi quisque bonus est cum bene vult ibi etiam malus est cum male vult ac per hoc ibi etiam fit vel beatus vel miser, hoc est in ipso sue voluntatis affectu quæ omnium factorum meritorumque mensura est: & in libro de libero arbitrio

euoniano respondens capite. iij. ait, intelligas libidinem in adulterio malum esse si cui etiam non contingat facultas concubandi cum muliere aliena, planum tamen aliquo modo sit id eum cupere: & si potestas detur facturum esse non minus reus est quam si in ipso deprehenderetur facto: & si iustificatio operum non distingatur a iustificatione quæ est ex fide & dilectione, sicuti nec bonitas aut malitia, actus exterioris distinguitur a bonitate aut malitia actus interioris: Non tamen sequitur quoniam ipsa opera sint executiue & dispositiue modo supradicto meritoria, Ex quo ipsa sunt media per quæ finaliter & terminatiue adimpletur lex & consummatur fides, & quæ etiam hominem disponunt ad iustificationem habendam: iuxta dictum supra de ninuitis, ionæ, iij, & de cornelio, actuum. x.

Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit deus occulta hominum, secundum euangelium meum per Iesum christum.

¶ Dicuntur gentes homines lege scripta carentes in sola lege naturali viuentes. Dicuntur aliqui naturaliter ea quæ legis sunt facere, quia ex naturali eorum instinctu executioni demandantur legis naturalis mandata. Opus legis naturalis dicitur illud ad quod naturaliter mouetur vt est seipm inesse conseruare

Textus.

Notula

Quo accipit cor.

ideo dicuntur gentiles sibi ipsis esse legem, quia officio legis ad seipos funguntur, seipos instruendo & ad bonum inducendo: ibi accipitur cor pro rationali parte animae, videlicet pro portione superiori, quae ad deum & ad superiora dirigit, & etiam

Quo accipitur conscientia

pro portione inferiori quae est pars rationis quae agenda & inferiora respicit. Accipitur conscientia pro iudicio practico quo iudicatur aliquid esse faciendum aut non faciendum, & si tale iudicium sit verum, conscientia recta dicitur: si vero sit falsum, conscientia erronea vocatur. Dies in qua occulta hominum iudicabit deus, est dies generalis iudicii, de qua psalmo ix. scribitur, iudicabit orbem terrae in aequitate, scripta apostoli Pauli quae in manus habemus, dicuntur eius euangelium, quia his scripturis euangelizauit & annunciauit christum.

Expō text. ad litteram

¶ C V M enim gentes] Gentiles scilicet lege scripta carentes [quae legem] scriptam [non habent] ex quo eam non susceperunt [Naturaliter ea quae legis sunt faciunt] quia ex naturali rationis dictamine, faciunt & adimplent ea quae sunt legis naturalis, & etiam legis scriptae, quantum ad praecipua moralia decalogi, quae sunt de dictamine rationis naturalis. Et si per ea quae facta sunt in cognitionem dei deuenerint, & quae faciunt speciali dei auxilio adiuti in vltimum finem referant, actu vel habitu bene moraliter agere dicuntur & iusti ac recti. Sicut de Iob dicitur. Vir erat in terra huius nomine Iob, & erat vir ille simplex & rectus ac timens deum, & recedens a malo. Vnde ipse qui absque lege scripta vixit, de seipso dixit.

Iob. i.

Iob. xxiij.

Vestigia eius (intelligatur dei) sequutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ex ea: a mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo non abscondi verba oris eius [eiusmodi] gentiles [legem] scriptam [Non habentes ipsi

sibi sunt lex] ea quae naturalis legis sunt adimplendo mediante recta ratione quae eis est pro lege [qui] gentiles [ostendunt] bene viuendo [opus legis] id ad quod naturalis inclinatio hominem inclinatur, & quod a lege scripta quantum ad praecipua moralia decalogi, praecipitur fieri aut vitari, vt est non occidere, non adulterari, non mechari, non furari, non falsum testimonium dare [scriptum] non attramento, sed spiritu dei viuui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis seu [in cordibus suis] Scilicet in superiori parte rationis in qua synderesis includitur, quae aduersus malum quaerula manet, & etiam in inferiori quae rerum inferiorum agenda respicit. [Testimonium] boni vel mali [Reddente illis conscientia ipsorum] quae ex naturali iudicio rationis, reprobatur malum, et approbat bonum: recalcitratur enim ipsa quodam modo operi vitioso, consentitque actui virtuoso. Vnde & de his quae fecerunt homines in hac via ipsi sibi testes erunt honorum & malorum quae gesserunt, testimonium reddente conscientia ipsorum, dicente apostolo. Nam gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae [& inter se lumen] seu vicissim [cogitationum] notulae quae erunt in corde, & conscientia, tam bonarum quam malarum cogitationum, quae ex cogitationibus, sicut malis quas in hac via habuit homo relictae sunt. Nam vt verisimile est iuxta dictum hic apostoli: cum in via bona aut mala cogitamus in animabus & conscientijs nostris tam bonarum quam malarum cogitationum notae quidem & signacula relinquuntur, quae nunc in occulto pectoris posita in die generalis iudicii reuelabuntur, declarabuntur, & manifestabuntur, ab eo qui solus potest occulta hominum scire, virtute quorum signaculorum & quarum notularum, deo id faciente, vnus poterit in conscientia alte

¶ ad cor. i.

¶ ad cor. i.

ad cor. iij

rius legere bona aut mala quę in hac via gessit : & in quibus vsque ad finem vitę permanfit, iuxta illud apostoli : Nolite ante tempus iudicare, quoad vsq; veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium : & erunt hæ notulę & signacula cogitationum in anima & conscientia per modum [accusantium aut etiam deffendentium] in conscientijs reproborum relicta accusantium ipsos reprobos tanquam testes suarum iniquitatum, & in conscientijs iustorum relicta deffendentium ipsos iustos tanquam testes virtutum & bonorum operum quę in hac via egerunt, & hoc fiet [in die] generalis iudicij [cum] christus constitutus a deo iudex viuorum & mortuorum, cui omne iudicium dedit pater [iudicabit] ipse [deus] & homo orbem terrę in æquitate, & non solum sic iudicando hoim opera exteriora iudicabit sed et iudicabit [occulta hoim] quę nunc latent: iuxta illud christi verbū.

Matth. xij

Dico autem vobis, quoniam omne verbum ociosum quod loquuti fuerunt homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Nam in die generalis iudicij, quando orbem terrę in æquitate iudicabit christus, aperientur libri conscientiarum: dicente Daniele, capite viij. Aspiciebam dō ecchroni positi sunt, & antiquos dierum sedit vestimentum eius candidum quasi nix & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flamme ignis, rotę eius ignis accensus, fluius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei iudicium sedit, & libri aperti sunt. Super quo passu dicit beatus Hieronymus: & libri aperti sunt conscientię & opera singulorum in vtrāque partem, vel bona vel mala omnibus reuelantur. Super eodem passu idem dicit glosa ordina. Et super eadem parte eiusdem capituli Danielis Nicolaus de Iyra: & libri aperti sunt, id est libri conscientiarum, quia conscientia

tia cuiuslibet patebit omnibus, vt sententia iudicis appareat omnibus recta: Idem in sententia dicit glosa super caput decimumquartum vigesimi libri de ciuitate dei Aurelij patris augustini, petens si cuiuslibet actus sibi ipsi notus quo in die generalis iudicij seipsum iudicabit, quilibet seipsum accusando vel excusando omnibus alijs eodem modo notus erit respondeat in forma dicendo: dicitur autem quod sic secundum apostolum, quia dies domini omnia declarabit ad manifestandum iudicis equitatem: illud enim est iudicium publicum non secretum. Hęc quę supra dixit apostolus confirmat esse vera & in testimonio adducit euangelium suum dicens [secundum euangelium meum] Euangelium apostoli est eius prædicatio, est euangelij eius scriptura qua ipse annunciauit christum & eius ecclesiam, & mores quos obseruare debent christicolę, & quomodo obediendum est christo & eius ecclesię, & quę christo competunt & eius membris. Eundem euangelium istud est christi tanquam auctoris, Pauli tanquam scriptoris & prædicatoris [Per iesum christum] istud per iesum christum referrri potest ad illud supradictum, in die cum iudicabit deus occulta hominum, quia per christum hominem exercebitur illud iudicium: iuxta illud christi dictum. Neque pater enim iudicat quęquam, sed omne iudicium dedit filio, etiā referrri potest ad illud secundum euangelium meum ita vt velit dicere euangelium ab eo prædicatum & scriptum factum esse suum per iesum christum: iuxta dictum illud supra capite. i. per quem accepimus gratiam & apostolatū: Etiam referrri potest ad illud supradictum, testimonium reddente illis conscientia ipsorum & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam deffendentium: & hoc conformiter ad ea quę super his passibus dicta sunt.

Euangelij

Pauli

Iohannis.

Textus

Si autem tu iudæus cognominaris & requiescis in lege & gloriaris in deo & nostri voluntatē eius & probas vtiliora instructus per legē confidis te ipsum esse ducem cæcorum lumē eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mechardum, mecharis: qui abominaris ydola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis deū in honoras. Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est,

Notula

Quia in hoc textu fere nihil aliud includitur, nisi declaratio terminorum ante expositionē textus patet declarabuntur termini, hi in quibus includitur æquiuocatio. Et pro intelligentia scripturæ vna dabitur regula. Est iudæus verus, est & iudæus cognominatus. Iudæus verus dicitur ille qui in occulto circumciscus est circumcissione cordis, relictis vitijs, & amplexis virtutibus, qui in spiritu legem custodit, cuius laus nō ex hominibus sed ex deo est. De quo in fine huius capituli dicitur, Non enim qui in manifesto iudæus, neque in manifesto, in carne est circumciscus, sed qui in abscondito iudæus est, & circumcissio cordis in spiritu non littera cuius laus non ex hominibus sed ex

deo est. Iudæus cognominatus (cum cognomina trahantur a cognatione aut a dominio: aut a victoria contra aduersarios) dicitur ille qui e iudæis carnaliter descendit: qui solo nomine iudæus est, qui in manifesto in carne circumciscus est legem ad hoc obseruans vt ab hominibus videatur: de quo & compluribus eius apocalypsis. h. scribitur. Qui dicunt se iudeos esse & non sunt, sed sunt synagoga sathane. Est quis cæcus corporaliter, est & quis cæcus spiritualiter. Cæcus corporaliter dicitur ille, qui caret visu corporali, cæcus spiritualiter dicitur ille qui in tenebris positus est, qui lumine rationis priuatus est, si quid sciat, tamen in tenebris est, quia mente excecatus est & in tenebris ignorantie constitutus. Pro huius textus & sequentium & scripturæ tam noui quam veteris testamenti intelligentia est notandum quandoque etiam in eodem textu subito & latenter personam loquentis aut eorum ad quos aut de quibus fit sermo commutari & variari, hoc modo vtitur apostolus nonnullis in locis in hac epistola. Ex quo aliquando loquitur vt spiritualis homo quandoque vt carnalis vt cum infra. viij. capite ait, Ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato. Aliquando in persona propria vt cum ad corinthios dicit, Gratia dei sum id quod sum: quandoque in persona generis humani vt cum infra viij. capi. inquit, Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę. quandoque ad oēm romano. scribit ecclesiā vti fecit supra cap. i. dicens, Grās ago deo meo p vobis quia fides vestra annunciat in vniuerso mūdo: & postea non ad omnem ecclesiā sed ad eum qui alium iudicat & ea facit que in alijs condemnat: & consequenter ad iudæum cognominatum vti in hoc capitulo egit.

Si autem quia tu iudæus cognominaris. Iacobus prioracha filio iacob, hoc nomē qd est iudæus trahēs nō hñs nominis significatum, ex quo nō veraciter es deum

i. ad co. xv

Expō text.
ad litterā

confitens, nec es spiritualiter circumcisis circumfione cordis, relictis vitijs & amplexis virtutibus, & exin de non rei veritate iudæus es, sed solo nomine quod tibi propter dignitatem vendicas a iuda qui dignior fuit iter filios iacob, qui ab abrahā descēderūt, vt nō nullis placet ab heber, a quo descendit abraham hebrei dicti sunt, vt alijs placet ab abrahā hebræi dicti sunt. Post modū a iacob filio ysaac, qui israel dictus est: & exinde qui ab eo descenderunt israelitæ, vocati sunt. Post modum postquam decem tribus recesserunt a roboam & adhæserunt hieroboam effeciæ ydolatræ, dicti sunt illę decem tribus israel, & duæ tribus, scilicet iudæ & beniamin iudæi vocati sunt, vt videri potest deinceps in libris regum & paralipomenon in descriptione regum, israel & iuda: & quia tribus iudę maior erat tota gens illa sub cultu vnus dei manens ab ea denominabatur, & non solum illi qui erant de tribu beniamin, qui vna cum his qui erant de tribu iuda remanserunt sub cultu vnus dei, sed et & hi qui de alijs tribubus reuertebātur ad deū se adiungentes illis [& requiescis] persitis & delectaris [in lege] mosaica nō euagādo per diuersos errores more gentilium, sed illic manes absque dubio quasi per legem certificatus in credendis & in agendis: & exinde quiescis & delectaris in lege dubitās enim intellectu non quiescit sed vtrinque sollicitatur qui autem sapientię certitudinem accipit mente quiescit [& gloriaris in deo] seu in cultu & noticia vnus dei velut qui solus merueris legem eius accipere [Et nostri voluntatem eius] ex doctrina legis & prophetarum sciens quid ipse velit ab hominibus fieri aut nolle fieri [& probas] approbas & commendas [vtiliora] perfectiora & viciniora salutis de vtilibus vtiliora sciens eligere non solū mala ab eis separando, sed etiam a minus bonis meliora distinguendo & eligendo [instructus per legem] in qua diuersi gratia

perfectiorum gradus docetur. Per naturam enim multa vtilia probantur & approbantur ea, quæ sunt legis naturalis; per legem vero vtiliora ea quæ sunt perfectiora & viciniora salutis, & per gratiam perfectiora ea quæ sunt legis euangelicæ [Confidit] presumis & existimas [Te ipsum esse ducem cæcorum] ex quo iudicas te tantæ perfectionis esse vt per viam iustitiæ ducere possis eos qui non intelligunt quid agere debeant, & etiam vt valeas spiritualiter execatis viam virtutis ostendere, & etiam quid cognoscere debeant & rationis iter rectum [lumen] confidit esse [eorum qui in tenebris ignorantia sunt] constituti: & hoc quia tantam gratiam & scientiam te habere existimas, vt eos qui in tenebris ignorantia sunt valeas illustrare [eruditorem insipientium] Te ipsum existimas esse ex quo presumis te in doctrina sufficientem esse: ita vt insipientes seu imperitos qui absque diuinorum cognitione sunt, instruere valeas [Magister] te confidit esse [infantium] eorum qui paruuli sunt, & qui ob defectum ætatis imperfecti sūt aut si sufficientis sint ætatis qui cibum maxime spiritualem capere nequeunt, qui sermonis iustitię inexperites sunt quibus tanquam in christo paruulis lacte rudimentis scilicet fidei opus est [Habentem formam] perfectionis ita vt alijs sis exemplar [scientię] in agendis [& veritatis in lege] in credendis ac speculatiuis. Illi dicuntur habere formam scientiæ & veritatis in lege qui scientiam legis & veritatis in ea existentis habent aut habere videntur qui legis verum sensum sciūt aut scire videtur & quid in lege contineatur & quomodo & qua ratione auctor libri aliquē scripserit. Textus subsequens interrogatiua increpatiuæque est loquutio ac si diceret apostolus tu iudæus cognominatus [qui ergo] ita gloriaris de lege vt ad alios docendum sufficientem te esse existimes & si meditante legis cognitione quam habes tu alium te im

Qui dicitur
habet formam
scientiæ &
veritatis

perfectiorem doces, cur teipsum non doces. Certe it
hoc male agis & te ducem esse cæcorum ostendis, cū
per rectam viam a te cognitā non ambules, aut te cō-
fidis esse ducem cæcorum, ex quo non vides rectam
viam per quam cæci ducendi sunt, si tu vt confidis lu-
men eorū qui in tenebris sunt es, quomodo non abh-
cis opera tenebrarū. Si eruditor es insipientum vt cō-
fidis cur etiā timorem domini qui est initiū sapientię
reliquisti. Si magister es infantium cur puer es sensu,
qui habes formam scientiæ & veritatis in lege, cur
nec ipse veritatem sequeris, nec alios sequi malo tuo
exemplo permittis, quare non conuenit vita tua, do-
ctrinæ tuæ, & opus tuum destruit fidem tuam. Simi-
li modo legenda sunt quæ sequuntur. [Qui prædicas
non furandum] non accipiendum alienum, aut non
detinendum inuito domino furaris alienum accipis aut
detines, inuito domino dicente Esaya iudæis. Princi-
pes tui infideles socij furum [qui dicis] tum occulte, tū
publice, tum scripturis, tum verbis, [non mechandū]
seu non adulterandum concubitu carnali cum vxore
alterius. [mecharis,] de te scribete Hieremia, vnus
quisq; ad vxorem proximi sui inhiebat, ita vt etiā
teste Osæ. Omnes sint adulterantes quasi clibanus,
[qui abominaris idola,] ea ex legis præcepto cogno-
scendo non esse colendā, & dum hæc respicis [sacris
legum facis] corporale & spirituale, abutendo his
quæ ad diuinum cultum pertinent. Corporale sacrum
de sacro auferendo gratia exempli, reliquias de ec-
clesia, vel sacrum de non sacro, vt puta crucem ec-
clesiæ dedicatam de domo laici, vel non sacrum de
sacro, vt puta pecuniam de ecclesia / spirituale / ve-
rum dei templum quod est Christus violando, aut dī
vina præcepta o iudej tuis superstitionis traditio-
bus irrita faciendo / sacrum legis spirituale sensum
tua præuaricatione & falsa doctrina, vti vales aus-

Esaye. i.

Hier. v

Osæ. vii.

Duplex sa-
crale legium

ferendo. Ita vt sacrilegus sis dum Christum quem
ppheticus sermo significat negas dū sensum de chri-
sto furaris ex lege [qui in lege] seu de lege quam
solus ante passionem christi exhibitam ex omnibus
qui sub cælo sunt accepisti. Moyse legislatore iussu exo. xxiiii
domini tibi eam tradente, & quia sic accepisti & xxxiiii
[gloriaris] cum iactantia dicendo illud dauid.
Quanta audiuimus & cognominus ea, & patres Psalmo
nostri narrauerunt nobis, non sunt occultanda a sis lxxvii.
Ihs eorum in generatione altera. Non fecit taliter Psalmo
omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis: & cxlvii
dum sic gloriaris [Per præuaricationem legis de-
um inhonoras] Non exhibendo ei debitam reue-
rentiam, non obediendo mandatis ipsius ex quo
ea quæ legis eius suscepisti relinquas & iussio illius
a te calcatur, & pro nihilo dicitur, dum furta &
adulteria & sacrilegia committis, & dum hæc a-
gis, o iudej cognominate magna tibi emi net pu-
nitio, ex quo propter tui præuaricationem, & hæc
tua vitia per te & tuos perpetrata [Nomen, dei]
seu gloria & fama nominis dei [per vos] per malā
vestram conuersationem [blasphematur] seu vi-
peratur, vitio quo attribuitur creaturæ quod con-
uenit creatori: aut creatori, quod conuenit creatu-
ræ [inter gentes] & præcipue inter quas vos ma-
ligni iudæi habitatis, ex quo ipsi perfidi gentiles
vestras videntes nequitas, deum non glorificant
sed blasphemant, existimantes eum iniustum esse
qui tales asseritur sibi elegisse seruos & reputant
malam conuersationem vestram provenire ex ma-
la instructione legis a deo tradite, sicut enim ho-
na fidelium vita, causa est, vt deus glorificetur a
videntibus & occasio, vt honorent deū ex bonis que
videt fieri a seruis dei. iuxta illud petri, ex bonis ope-
ribus vos considerates glorificet deū i die visitatiōis
i. pe. ff.

Ita e contrario mala & iniqua fidelium cōuersatio ab infidelibus cognita occasio est & causa vt ipsi deum non honorent sed potius modo supradicto blasphemant [sicut scriptum est] scilicet nomen dei per vos blasphematur inter gentes: petenti vbi dictum istud apostoli scriptum est, respondetur in esaya. lxij. capite. Iuxta translationem septuaginta & si non in forma saltem in sententia, ex quo illic in forma scribitur propter vos semper nomē meum blasphematur in gentibus, loco cuius in supradicto passu Esaye cū septuaginta in sententia conueniens beatus Hieronymus istud ponit, dominatores eius inique agunt dicit dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur.

Textus

Circuncisio quidem prodest si legem obserues si autem preuaricator legis sis circūcisio tua preputium facta est si igitur preputium iustitias legis custodiat nonne preputium illius in circuncisionem reputabitur & iudicabit id quod natura est preputium legem consummās te qui per litteram & circuncisionem preuaricator legis es nō enim qui in manifesto iudeus est neque qui in manifesto in carne est circuncisio sed qui in abscondito iudeus est & circuncisio cordis in spiritu non littera cuius laus non ex hominibus sed ex deo est.

Notula

Est circuncisio corporalis est & circuncisio spiri-

tualis. Circuncisio corporalis est ablatio pelliculæ a membro virili, quæ cum cultro lapideo octauo die natiuitatis paruuli fiebatque a dño primo data est abrahe pro omni masculino sui generis, & etiam pro vernaculo & emptio, qui non erant sui generis: & hoc in signum federis inter deum & eos qui circuncidebatur: ex quo ipsa denotabat abiectionem vitiorum: iuxta illud. Circuncidimini domino, & auferete præputia cordium vestrorum. Circuncisio spiritalis est abiectio vitiorum, qua quis propter deum reliquit vitia & omittit ea perpetrare. Obseruare legem est adimplere corde, ore, & opere, ea quæ legis sunt. Aliud est non custodire legem, & aliud preuaricatore esse legis. Ille dicitur nō custodire legem, qui eam non adimplet siue eam susceperit siue non. Ille dicitur preuaricator esse legis qui post legem ab eo susceptam, eam non adimplet, aut eius spiritualem sensum non tenet. Maius est nō custodire legem quā preuaricatore esse legis. Nam aliquis est qui nō custodit legem qui nunquam preuaricator fuit legis. Apostolus Paulus ante conuersionem suam in iudaismo supra modum persequatur ecclesiam dei, & expugnabat illā per domos intrās & trahens viros ac mulieres christum imitantes & tradens in custodiam accedendo ad principem sacerdotum, petendo ab eo epistolas i damascum ad synagogas, vt si quos inuenisset christi viros ac mulieres viactos perduceret in hierusalēm. Hæc faciendo non custodiebat legem christi, ex quo eam nō adimplebat, sed eam expugnabat, & eos qui eam obseruabant persequeretur. Attamen id faciendo non erat preuaricator legis, nec vnquam fuit preuaricator legis. Ex quo post legem christi ab eo susceptam, nunquam eam reliquit, sed semper eam adimpleuit: de eo dicente petro Satagite immaculati & immolati ei inueniri in pace & domini nostri Iesu christi longanimitatem salu-

Duplex circuncisio
Gene. xvij.

hic. iij.

Obseruare legem
differt nō custodire legem & preuaricatore esse legis.

Ad galat. i

Actuū. viij
Actuum. ix

ij. pe. iij.

Quid sit præputiū. **Iustitiæ legis** tem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiā. Accipitur hic præputium pro gentili incircumciso, hic accipit apostolus iustitias legis pro moralibus præceptis, quæ sunt de dictamine rationis naturalis, vti sunt ista: non occides, non furtum facies, aut pro cognitione dei in quam peruenit quis præcipue gentilis per ea quæ facta sunt: Dicitur aliquid natura esse præputium, quod naturaliter descendit ex gentilibus, vti descendit gentilis naturali origine ex gentilibus ortus, & in gentilitate natus. Dicitur quis legem (siue naturalem siue mosaicam siue euangelicam) consummare, qui conformiter ad talem legem non solum a malo abstinet: sed etiam ea quæ talis lex præcipit corde, ore, & opere adimplet. Dicitur in manifesto quis iudæus esse, qui ex genere Abrahæ ysaac, & iacob, descendit, & legem in solo sensu literaliter uat, & ab hominibus laudem petens descendisse ex genere abrahæ se iactitat vti carnales iudæi faciunt: iuxta illud ad christum iudæorum verbum. Semen abrahæ sumus & nemini seruiuimus vniquam. In manifesto dicitur habere in carne circuncisionem, qui carnaliter circuncisus est, cuius a membro virili caro præputii cum cultro lapideo ablata est in loco publico, scilicet in templo vel synagogis: ita vt publice illud ostendere valeat, & qui in hoc & alijs suis factis ab hominibus laudari petit in sola litera suam ponens gloriam. Iudæus verus dicitur ille qui in occulto circuncisus est, circuncisione cordis, relictis vitijs & amplexis virtutibus. Dicitur in abscondito iudæus esse ille qui in abscondito cordis vera fide & non ficta confiteatur christum: qui ex aqua & spiritu sancto renatus est veri iudæi (in cuius natiuitate ablatum est scepstrū de iuda & dux de femore eius) christi cuius regnum non est de hoc mundo est filius effectus

a christo christianus vocatus & abrahæ verus filius effectus: iuxta illud. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Dicitur circuncisio cordis in spiritu voluntas pura, qua quis reliquit vitia amplexis virtutibus, & legem christi seruat, non in solo sensu literali, sed & in spirituali, non petens ab hominibus laudem, sed omnem laudem in deum reponens.

CIRCUNCISIO [corporalis] [quidem prodest] tibi iudæo ad gratiam promerendam si eam susceperis tempore veteris testamenti ante promulgationem euangelij: prodest quidem ad remissionem peccati originalis & ad collationem gratiæ ex opere operato. Prodest suo tempore circuncisio, quia iudæum facit viuere & non exterminari, quia facit in lege esse ante saluatoris aduentum. Nam post euangelicæ legis promulgationem nulli profuit circuncisio: dicente apostolo, Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidamini christus vobis nihil proderit [si legem] mosaicam tu iudæi [obserues] ante passionem christi exhibitam, & hoc non in solo sensu literali, sed & in spirituali: ita vt & moribus sis circuncisus spirituali circuncisione propter deum, abiectis & relictis vitijs & amplexis virtutibus, tibi tunc prodest circuncisio. Hic satis constat apostolum loqui de præfenti pro futuro, ex quo nunc non prodest carnalis circuncisio: iuxta sententiam eius supra ad galath. v. allegatā sed profuit ante passionem christi exhibitā, ex quo tunc cadebat sub peccato [si autē] tu iudæi adulte qui ad annos discretionis peruenisti [preuaricator legis sis] ex quo legem mosaicā a te susceptā non adimplet aut eius spirituale sensum non tenes [circuncisio tua] carnalis [preputiū facta est] & hoc quia preputio filis facta est, ex quo non plus tunc valet quā preputiū seu gentilitas preputatio seu gentilitas christiano dici potest, baptisimus tibi prodest si euangelij

Gala. iij.

Expō text. ad literā

Gala. v.

galath. v.

obserues: si autem preuaricator legis euangelicæ sis, baptismus tuus nihil tibi valebit: sic & religioso cuculato dici potest cucula tibi prodest: si regulam obserues: si autem preuaricator regulæ sis, cucula tua inutilis tibi facta est. [si igitur præputium] gentilis incircuncisus [iustitia legis] moralia præcepta quæ sunt de dictamine rationis naturalis [custodiat] ita ut per ea quæ facta sunt in cognitionem dei perueniat: & in fide & cultu vnus dei permaneat [Non ne, præputium illius] gentilitas [in circuncisionem] spiritualem [reputabitur] Siue tantum sibi proficiet ad salutem uti tibi o iudææ circuncisio tua quasi dicat ita: ex quo custodiendo iustitias legis spiritualiter circunciditur, relictis vitijs & amplexis virtutibus & filius abrahæ reputatur obseruando ea quæ sunt legis naturalis, & per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciendo, & in cognitionem vnus dei perueniendo, & in cultu eius permanendo. Et si præputium seu gentilis ad fidem christi conuertatur, non amplius gentili liter viuendo, sed secũdum legem christi & eius madorum. Hæc obseruantia merito in circuncisionem spiritualem ei reputabitur, ex quo relictis vitijs cum cultro lapideo qui est petra christus, & verbo eius qui est gladius aneeps (interiora cordis penetrans) auferet pelliculam libidinis, & omnis motus sensualitatis ac male actionis siue internæ siue externæ accepta fide, quæ per dilectionem operatur [& iudicabit] Non proferendo sententiam, sed comparatione facti melioris [id quod natura præputium] gentilis origine præputiũ naturaliter habens [legem cõsummas] ex omnibus viribus per eius adimpletionem [te] iudicabit, non contra te proferendo sententiam, sed in comparatione facti melioris iudicio damnationis dignum te esse ostendendo, iuxta christi verbum ad scribas & phariseos istud. Vt in niniuite surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam

Matth. xii

Quomodo

niniuite &

quia penitentiam egerunt in prædicatione ionæ. Regina austris surget in iudicio cum generatione ista, & stri iudæos condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam salomonis, Niniuite & regina austris condemnabunt generationem iudaicam, non proferendo contra eam sententiam, sed comparatione melioris vitæ, aut saltem non tam inique, quia in comparatione eorum iudicio damnationis dignos ostendet esse iudæos, ita etiam ex gentilibus naturaliter ortus ea quæ sunt legis naturalis adimplens, & per ea que facta sunt intellecta conspiciens in cognitionem dei deueniendo & in cultu eius permanendo in comparatione melioris vitæ iudicio damnationis dignum ostendet esse iudæum carnaliter circuncisum, qui legem ab eo susceptam in solo sèsu litterali accepit, & illius præuaricator est effectus. De tali iudæo sub iugente apostolo [qui] iudæe carnaliter circuncise [per litteram] seu legis scripturam, legem mosaicam habes quam suscepisti [& circuncisionem] carnis in legis litera scriptam habes genesis, xvij. & etiã quid ipsa denotet scilicet vitiorum abiectionem: iuxta illud, Circuncidimini domino & auferete præputia cordium vestrorum, & licet ea habeas [preuaricator legis es] ex quo legem a te susceptam negligis & incircuncisus es corde in persona domini de te dicente Hieremia. Omnes gentes habent præputium. Omnis autem domus israel incircuncisus sunt corde, & legis flatore moysi. Circuncidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius, [non enim] est verus iudæus ille [qui] in manifesto iudæus est] ex quo a iacob originem traxit & legis sensu spirituali relicto hominum, laudem exoptat. Neque est vera circuncisio illa [quæ in manifesto] corporeis oculis videri potest [in carne circuncisio] in cutis ablatione si circuncisus in sola litera & non in domino deo gloriam suam ponat & ab hominibus

Quo gentilis iudicabit iudicium.

Hierem. iij

Hierem. ix

Deutero. x.

bus laudari. Nam qui talis est non est verus iudæus
 [sed] ille est verus iudæus qui in abscondito] cor-
 dis [iudæus est] & hoc quia in abscondito cordis fi-
 de spe & charitate; spiritualiter domino cōfessione
 laudis diuine confitetur [& circumcisio cordis] qua
 propter deum abiectis vitis & virtutibus adeptis
 quæ sunt legis christi obseruat homo [in spiritu] in
 virtute spiritus sancti, & secundum spiritualem in-
 tellectum scripturæ veteris testamenti & [non] in li-
 tera: ipsius veteris testamenti seu non secundum sen-
 sum literalem ipsius, nec in literalibus cultis legis
 [cuius] circumcisionis spiritualis supradictæ vel iu-
 dæi veri & non cognominati [laus non ex homini-
 bus] est qui interiora intueri nō valent, neque de ei
 certum quippiam iudicare [sed ex deo est] qui inspe-
 ctor est cordis & spiritualem circumcisionem quæ
 tiam præscinduntur commendat potius quam carna-
 lem, qui ab exordio seculi multos saluauit, sine cor-
 porali circumcisio, meminim vero sine circumci-
 sione spirituali, qui intima veritate per suam grām
 hōi præstitit vnde laudari possit & veraciter dicere
 cum psalmista. In domino laudabitur anima mea.
 Et hæc veraciter dicendo. In deo omnem gloriam &
 laudem reponit mādāta eius obseruādo, & hinc lau-
 dē habet apud deum. laudem enim habere apud de-
 um est ab eo esse iustificatum & laudatū & appro-
 batum tanquam eius filium & verum seruum, ita vt
 ei a domino dicatur. Euge serue bone & fidelis quia
 super pauca fuisti fidelis, supra multa te constitu-
 am], intra in gaudium domini tui.

Quid sit
 hęc laudē
 apud deū.
 Mat. xxv.

CAPVT III.



QUID ergo amplius est iu-
 deo aut que vtilitas circū-
 cisionis. Multum per om-
 nem modū. Primū quidē
 quia credita sūt illis eloquia dei. Qui-
 dam illorū nō circūdiderūt, Nūquid
 incredulitas illorū fidē dei euacuauit.
 absit. Est autē deus verax, oīs autē ho-
 mo mendax sicut scriptū est. Vt iusti-
 ficeris in sermonibus tuis & vincas
 cum iudicaris.

Differūt cōmittere alicui aliquā rē & credere ali-
 cui aliquā. cōmittere alicui aliquā rē est ei rē aliquā
 iniungere, vt exercitio illius rei exploretur & pro-
 betur probitas eius ac fides. Et quēadmodū se habe-
 bit in exercendo sibi iniunctum vt in eius exercitio
 tentetur & examinetur. Credere alicui aliquam rē
 est ei rem illam iniungere aut conferre, quasi ad
 honorē tanquam illi in quo confidit ille qui rem il-
 lam ei commisit, & cuius fidem iam habuit probatā.
 Sunt eloquia dei: sunt & oracula dei. Oracula dei di-
 cuntur sermones quibus deus respondet sibi consu-
 lentibus; gratia exempli, vt dauid cōsultante domi-
 num & ab eo sciscitāte an ab eo persequendū essent
 amalachita latrunculi: sermo quo ei respondit dñs,
 persequere, absque dubio enim cōprehēdes & excu-
 ties prædā, oraculū dei fuit. Et dum cōsultauit dauid
 dñm dicens. Si ascēdā ad philisti: & si dabis eos i ma-
 nus meas. sermo, quo ei rñdit dñs, ascēde quia tradēs

Textus

Notula.
 Cōmittere
 alicui ali-
 qua rem.

Credere a
 licui ali-
 qua rem

Oracula
 dei

i. re. xxx.
 .ij. regū. v

eloqui ad i dabo philistin in manu tua oraculū dei fuit. Eloquia
 dei dicuntur sermones quos ab ore dei populus audi
 uit, aut sermones prophetarum, aut legis quos domi
 nus in ore seruatorum suorum siue per os seruorū suo
 rum eloquutus est. Duobus modis cōsideratur homo
 vno modo vt non adiutus a deo aut nō imitans eius
 speciale auxilium: & vt descendēs ex massa adē cot
 rupta: & hoc mō consideratus est ipse mendax i hoc
 seculo non exis sine peccati mendacio, non solum in ver
 bis, sed etiam & in factis: iuxta illud dauid, Ego dixi
 in excessu meo, omnis homo mendax. Et illud nu
 mero. xxij. Non est deus vt homo vt metiatur nec
 vt filius hominis vt mutetur. Secundo consideratur
 homo vt adiutus a deo specialiter & imitans eius spe
 ciale auxilium, & ea ratione qua ad eum sermo dei
 factus: est quem suscipit: & hoc modo consideratus
 verax est hō nō a seipso, sed a deo: ita vt etiam deus
 dicatur non natura sed adoptione, & per participa
 tionem deitatis: iuxta illud dauid. ego dixi dñs e
 stis & filij excelsi omnes: & illud christi verbum
 ad iudeos. Nonne scriptum est in lege vestra: quia
 ego dixi dñs estis. Si ergo illos dixit deos, ad quos
 sermo dei factus est. Ly, vt, in hac sententia aposto
 li, vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iu
 dicaris, non dicit causam efficiētem nec finalē, sed
 consecutiua: ex quo peccatum dauidis non est cau
 sa effectiua iustificationis dei, aut qua deus iustifica
 tar sed consecutiua. Et hoc quia peccato a dauide per
 petrato per adulterium & homicidium consequen
 ter actum est & ostensum deum esse veracem in
 suis sermonibus & promissis & iustus est agnitus:
 ex quo propter dauidis peccata non infregit de christo
 e semine suo venturo promissum sibi factum.
 In hac epistola apostolus velut arbiter inter iu
 dæos residens & græcos, id est eos qui ex gentibus
 credunt utrosque ad fidem christi ita quocet & inui

Dupliciter
 cōsidera
 tur homo

Psal. cxv.

quā hō di
 catur deus
 psal. lxxxix

Ioannis. x

Vt accipit
 cōsecutiua

uitat vt ne que iudæos offendat pœnitens destrucendo
 iudaicos ritus neque gentibus iniiciat desperationem
 confirmando obseruantiam legis & literæ & siue de
 repromissionibus memoret siue de pœnis ad vtrū
 que populum diuidit verbum: verbi gratia, cum su
 pra capite, h. de pœnis dixit: his autem qui sunt ex cō
 tentione & qui non acquiescunt veritati credunt au
 tem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angu
 stia in omnem animam hominis operātis malum, iu
 dæi primum & græci: & de promissionibus cum
 in eodem capitulo subiungit. Gloria autem & honor
 & pax omni operanti bonum iudeo primum & græ
 co, cum in fine capit. præcedentis dixerit apostolus
 circuncisionem legem seruanti vtilem esse iudeove
 ro legem præuaricanti in præputium verti, & econ
 tra, si præputium legem impleat præputium eius in
 circuncisionem reputari, & id quod natura est præ
 putium iudicaturū eum qui per literā in circuncisionē
 legis præuaricator est. Verū quā in his oibus quodā
 mō causam gentiū superiorē fecerat rursus velut
 querelis eorū qui ex circuncisione sunt occurrēs ppo
 nens ipse sibi que in presenti capit. continentur dicit. Expō tex.
 Quid ergo amplius est iudæo, aut quæ utilitas ad literam
 circuncisionis multum per omnem modum] ac si vel
 let dicere. Si ergo præputium legem implendo in cir
 cuncisionem reputatur, & is qui natura præputium
 est iudicaturus, & eum qui per literam & circunci
 sionem legis præuaricator est, & is qui in manifesto
 iudeus est, & quæ manifeste in carne est, circuncisio
 non reputatur apud deum, sed qui in occulto iudæus
 est & circuncisio cordis, quæ fit in spiritu apud deū
 reputatur vera circuncisio [quid ergo] vltra hæc
 supradicta [amplius] seu maius aut dignius, exi
 mium aut excellentius: [iudæo] qui populus peculia
 ris dei est dictus. [Est] datum aut concessum quam
 gentili incircuncisio [aut quæ utilitas] fuit [Circunci

sonis] corporalis, seu quam sequitur utilitatem iudæus ex sua circumcissione quæ fuit signū fœderis inter Deum & iudæum. Omnia ista referenda veniunt ad tempus legis mosaicæ, & non euangelicæ. Huic questionī respondet apostolus dicens [multum] melius est iudæo secundum statum priorem quam gentili solam naturalem legem habenti: & hoc [per omnem modum] corporalem & spiritualem. Per corporalem, quia deus pluit manna iudæis in deserto, & eos introduxit in terram promissionis magnis opibus eos ditando. Per spiritualem, quia per scripturas eis dedit dominus deus noticiam sui & aperuit voluntatem suam, & iustificavit eos per fidem venturi redemptoris, [primum quidam] primum & præcipuum quod habuerunt iudæi supra gentiles, quo melius eis fuit quam gentilibus, in hoc fuit [quia credita] administrata & data commissa ac iniuncta quasi ad eorum honorem [sunt illis] iudæis tanquam his in quibus cōfidebat deus, & quorum fidem iam probatam habebat [eloquia dei] sermones quos ab ore dei populus audiuit, aut a suis prophetis. Aliud excelens & eximium (in quo superauerunt iudæi alias nationes) eis concessum ostendere volens apostolus dicit [quid enim] obfuit prerogatiue iudæorū & promissioni a deo eis factæ de vero messia secundā carnem ex ipsis venturo [si quidam illorum non crediderunt] in Christum venturum & sermonibus, per quos dominus in ore suorum prophetarum, eos alloquutus est [nunquid incredulitas illorum] qua non crediderunt in Christum venturum nec sermonibus prophetarum domini [fidem dei] qua cæteri iudæi crediderunt in Christum venturum & sermonibus prophetarum, & etiam fidem dei, seu fidelitatem dei de adimplendo quod Abraham promiserat de Christo filiorum, iuxta scripta [euacuauit] seu vacuam & in-

Genē. xv.
& xxij.

expletam fecit. Huic questionī respōdet apostolus dicens. Absit, hoc ab humanis cordibus vt credant idcirco minus fieri credentibus ex hoc quod alij credere noluerunt. Nā vnus cuiusque malitia in eū redundat qui eam perpetrat, & nō in aliū fidelē credentē, ex quo propter alterius malitiā nō punitur quis æternaliter aut spiritualiter, dicente Ezechiele. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, filius nō portabit iniquitatem patris, & pater nō portabit iniquitatem filij, iustitia iusti super eū erit, & impietas impij erit super eū. Etiam absit hoc ab humanis cordibus, vt credant propter aliquorum iudæorum incredulitatem dei promissionem Abraham factam de vero messia secundum carnem ex semine suo venturo inanem esse & vacuam & inexpletam, aut etiam vt credant promissionem dei dauidi factā de Christo secundum humanitatem venturo ex semine suo inanem esse & vacuam & inexpletam & impeditam, propter adulterium ab eo commissum cum Barabæ uxore Uriæ, & homicidium in vriam ab eo perpetratum, quia [est autem deus verax] & hoc quia in suis natura veritas est inuariabile & immutabile habens esse, & omnia iuste dispensans & disponens, & in omni opere & sermone veraciter implens, quicquid simpliciter promittit, quia inuariabilis est tam in essentia quam in promissis [Omnis autem homo] consideratus vt non adiutus a deo, aut vt non imitans eius speciale auxilium, aut vt descendens ex massa adæ corrupta, est [mendax] & hoc quia vt sic consideratus nō est in hoc seculo sine mendacio peccati [sic scriptū est] in forma iuxta translationē lxx. interpretū, & etiā eā quā imitatur que est Hieronymi, [vt iustificeris] vt iustus & verax agnoscaris [in sermonibus tuis] quibus mihi pollicitus es ac promissisti de fructu venteris mei descendurū Christum secundū humanitatem. Hęc ait propheta Dauid ac si diceret. Dñe deus me? adulteriū commissi, homicidiū perpetravi,

ezech. xvij

ij. reg. vij.

ij. reg. xi.

& xij. ca.

Quare dicitur

de? verax.

Ois homo

mendax.

psalm. i.

hæc faciendo tibi soli peccaui. Nam in te peccaui ma-
lo corde te offendendo, & si hæc committendo offen-
derim Barsabeę & Vriam tamen tibi soli peccaui.
Ex quo hæc a me perpetrata nõ essent peccata, si per
ea tu non esses offensus, sed quia per ea tu es offensus
ideo peccaui & dum offendi Barsabeę & Vriã, ideo
offendi, quia non eos sicuti debui propter te dilexi,
& ex consequenti offensione mea tibi soli peccaui.
Et hoc vt consequatiue iustificeris in sermonibus tu-
is: ex quo propter mea peccata non infringis de Chri-
sto ex semine meo vterõ promissum mihi factum.
[Et vincas] seu præualeas reprehensores tuos, menda-
ces eos ostendendo dũ non infringis nec omittis pro-
pter mea facinora adimplere tuam promissionẽ, qua
mihi pollicitus es quod ex semine meo humanam na-
turam assumeret filius tuus æternus, & hæc faciendo
vincis & superas supradictos reprehensores [cum iu-
dicaris] ab eis iniustus esse dum mihi parcis & di-
gnum me tua promissione facis contra eorum repre-
hensionem qua dicunt in me tuam promissionem nõ
debere impleri propter peccata mea.

Textus.

Si autem iniquitas nostra iustitiã dei
commendat, quid dicemus, nunquid
iniquus est deus qui infert irã secun-
dum hominẽ dico absit, alioquin quo
modo iudicabit deus hunc mundum.
Si enim veritas dei in meo mendaciõ
habũdauit in gloriã ipsius, quid ad-
huc & ego tanquam peccator iudicor.
Et non sicut blasphemamur, & sicut
quidã aiunt nos dicere, faciamus ma-
la vt veniant bona, quorum damna-
tio iusta est.

Hic accipitur iniquitas pro vitio, quo homines ali
qui iniusti & mali denominantur. Hic accipitur iusti
tia dei p ipso deo (ex quo omnia que sunt in deo sunt
ipse deus) cõsiderato vt reddente vnicuique quod suũ
est, & implente omnia quæ simpliciter promittit.
Hic accipitur ira pro virtute quę preest ministris pœ
narum pœnam inferentibus his qui demeruerunt.
Cum hic dicit apostolus, secundum hominem dico,
accipit hominem pro homine, sic in lege nature viuẽ
te, vt inuisibilia dei a creatura mundi per ea quæ fa-
cta sunt intellecta conspiciat, sempiternãque eius vir-
tutem & diuinitatem. Hic accipitur mundus pro ho-
minibus in mundo habitantibus. Hic accipitur veri-
tas dei pro ipso deo qui in suis ipsius natura verus est
honus & iustus, inuariabilis & immutabilis, omnia
iuste dispensans & disponens in opera & sermone vt
raciter implens quicquid simpliciter promittit. Men-
dacium dicitur dictum vel factum cõtra veritatem.
Cum blasphemia sit aliquid attribuere creatori quod Blasphe-
conuenit creaturæ, aut creaturæ quod conuenit crea-
tori. Ideo dicebatur apostoli ab aliquibus blasphema-
ria, quia ex dicto quo dixerant deum esse veracem, &
omnem hominem mendacem vt iustificetur deus &
vindictæ cum iudicatur, false eis imponebatur ipsos
dixisse deum delectari in nostro mendacio, & homi-
nis mendacium, & eius iniustitiam, iniquitatem, ma-
litiam, ac peccatum directe ordinari ad commendan-
dum dei iustitiam, putantes ibi, omnis homo mēdax,
sicut scriptum est, vt iustificeris in sermonibus tuis, ly
vt, accipi causaliter & effectiue, & non solum conse-
quentiue. Etiam quia apostolus Paulus & ceteri apos-
toli dixerunt id quod infra capite quinto scribitur,
istud. Lex autem subintravit vt habundaret deli-
ctum, vbi autem habundauit delictum, superhabun-
dauit & gratia. Dicebant quidam maleuoli eos dixisse
se facienda esse mala, vt inde eueniãt bona, contra ta-

Notula.
Iniquitas.
iustitia dei

Homo.

Mundus.
veritas dei

Mendaciũ

Blasphe-
mia.

Expō tex.
ad literā.

les supradictos in presenti textu loquitur apud dicēs.
 Si autem] vt vobis iniquis videtur [iniquitas no-
 stra] vitium quo homines iniusti dicuntur. [iustitia dei]
 quæ est ipse deus vt ante dictum est cōsideratus [cō-
 mendat] directe & per se, ita vt aliqui asserunt homi-
 num iniquitas cōmendabilem seu laudabilem directe
 & de per se faciat dei iustitiā, ita vt nostra iniquitas
 causa effectiua sit iustitię dei quod fallum est, licet cō-
 secutiue hominū iniquitas cōmendabilem reddat dei
 iustitiam, ex quo non deficiit propter iniquitates no-
 stras adimplere quę simpliciter promisit, sicut in pre-
 cedenti textu de promissione a deo Dauidi facta de-
 claratum est, in quo dei facto magis relucet eius iusti-
 tia & eius iustitię effectus, qui est iusti rectiq; operis
 effectus, sicut & iniustitię effectus est iniusti prauiq;
 operis effectus. [Quid dicemus] quid respōdere po-
 terimus (si iniquitas hominū directe & de per se cō-
 mendat dei iustitiam) ad inconuenientia quæ sequū-
 tur ex hoc. Nam sequeretur deum esse iniustum qui
 peccata viciscitur, ideo subdit apostolus [nunquid ini-
 quus est deus.] nunquid vitium habet deus quo ipse
 malus, iniustus, prauus, & iniquus denominetur, &
 hoc quia ipse est [qui infert iram] p̄hendo virtute-
 tem ministris p̄narum, vt malis p̄nam pro culpa
 inferant. Huic questioni respondet apostolus dicens,
 [secundum hominem] non solum sacro baptisinate
 renatum, aut a deo vocatum apostolum & segregatū
 in euangelium dei, sed etiam secundum hominem, sic
 in lege naturæ viuentem vt in ea iuxta dei voluntatē
 viuendum est [dico, absit.] vt putetur deus iniquus
 dum peccatores punit. Non ergo iniquitas nostra di-
 recte, & de per se iustitiam eius commēdat, nec eum
 peccata directe & de per se aut effectiue, sed honorū
 operum gesta glorificant, & ideo peccata iuste vicis-
 citur, qui sanctis operibus pie delectatur, vere nō est
 iniquus feriendo peccatores. Nam [Alioquin] si alio

modo est, si hoc non est quod non sit iniquus, etiam
 modo supradicto inferendo iram [quomodo iudi-
 cabit deus] vt vniuersalis & omnium supremus iudex
 [hunc mundum] homines in hac terra peregrinantes.
 Et hoc cum oporteat id quod est primum & su-
 premum in quolibet genere esse infallibile, sicut pri-
 mum mouens est immutabile, & hinc oporteat su-
 premum iudicem maxime esse iustum & equum, &
 in ipsa sua essentia esse bonitatis mensuram, & totius
 equitatis causam: ideo culpa ei placere nequit, nec
 aliquem condemnat frustra. De hoc supremo iudice
 dicente Iob. Vere enim deus non condemnat frustra. Iob. 34.
 nec omnipotens subuertet iudicium quem con-
 stituit alium super terram. Et Dauid, Iudicabit orbem
 terræ in æquitate. Vnde Iosaphat dicebat. Non est
 enim apud dominum deum nostrum iniquitas, nec per-
 sonarum acceptio, nec cupido munerum, adhuc autem
 respondet apostolus prædictę obiectioni volens ostē-
 dere hominum iniquitatem non esse causam effecti-
 uam iustitię dei, nec eius veritatis, nec etiam directe
 ordinari ad commendandā dei iustitiam & veritatem,
 ita vt directe pertineat ad augmentū veritatis aut glo-
 rię dei, dicendo [si enim veritas dei] quę est ipsemet
 deus [in meo mēdacio] cum hic loquatur apostolus in
 persona gñis humani, intelligatur in mēdacio & pec-
 cato eorū qui legē præuaricantur & cōtra æquitatē er-
 rant aliquid dicēdo aut faciēdo cōtra veritatē [habun-
 dauit] intelligatur quantū ad sui manifestationē dire-
 ctē creuit clariusq; innotuit, & hoc [in gloriā ipsius]
 dei ita q̄ ex peccato hominū ipse deus gloriosior perfec-
 tioreq; apparet, ita vt gloria eius per hoc magis dila-
 tetur, ita vt hoīs mēdaciū & p̄ctū ad augmentū glo-
 rię dei directe pertineat [quid adhuc] huc vsque, si-
 ue cur, nunc hucusque [Et ego] cum hic loquatur
 apostolus in persona generis humani, & præcipue
 hominis peccatoris intelligatur, & ego homo

Iob. 34.

Psal. ix.

I. Paral. xix.

mēdax & peccator in meo mēdācio & peccato [tāz
quā peccator iudicor] a deo iniquus, velut ab eo re-
pulsus & ei displicens si ita sit vt dicis (licet false &
erronee) vt hominum mēdācium & peccatum dire-
cte ordinetur ad commendandū dei iustitiā & ve-
ritatem & gloriam faciendo crescere veritatem iustij
tjā suā, & eius gloriam habūdare. Deinde detestatur
apostolus prāmēmoratum errorem ducendo ad ali-
ud inconueniens [Et] si ego & ceteri apostoli dixi-
mus, Est autem deus verax, omnis autem homo mē-
dax, sicut scriptum est. Vt iustificeris in sermonibus
tuis & vincas cum iudicaris, Et si etiam diximus, Lex
autem subintravit vt habundaret delictum, vbi autē
habundauit delictū, superhabundauit & gratia [nō]
tamen errauimus, nec ad inēconueniens hominē du-
ximus quo dicere debeant hominīs mēdācium &
peccatū directe ordinari ad commendandū dei ius-
titiā [sicut quidam] malitia ducti dicta nostrā fal-
se interpretantes nos hęc dixisse asserunt, a quibus
[blasphemamur,] Jex quo ab eis nobis imponitur nos
dixisse deum delectari in nostro mēdācio, & homi-
nis mēdācium, & eius iniustitiā, iniquitatem, ma-
litiā, ac peccatum directe ordinari ad commendan-
dum dei iustitiā. Et etiam nos dixisse mala facien-
da esse vt inde eueniāt bona, quā quidam dicta blas-
phemia plena sunt ex quo conuenire nequeunt, nisi
creaturā intellectuāli peruerse & inique, Iniquorum
hominum hęc dicta improbens & reprobans aposto-
lus dicit [& sicut quidam] iniqui & peruersi malitia
ducti [aiunt] male false & erronee interpretantes su-
pra dicta nostrā [nos dicere] instruxisse ac predicasse
[faciamus mala vt veniant bona, Quorum] pseudo-
apostolorum peruersorum hominum affirmantium
me alioq; veros apostolos illud predicasse, dixisse,
scripsisse, aut instruxisse, [damnatio iusta est] quia
iuste damnandi veniunt, & hoc quia in hoc eorum

dicto mortaliter peccant, & ex quo malum nūquam
ab hominibus eligendum aut faciendum est, etiam si
mors instaret & immineret, & inde cū asserent ma-
la iuste eligenda sibi in suis peccatis inimica securi-
tate blanduntur, vt autoritate prædicationis apo-
stolicæ peccata sua fouerent & defenderent ex ver-
bis apostolorum erronee interpretātes, in malis suis
confirmantur de numero eorum existentes, de qui-
bus beatus Petrus in secunda sua canonica scribit.
Sicut, & charissimus frater noster Paulus secundum
datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in om-
nibus epistolis loquēs in eis de his in quibus sunt
quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles des-
prouant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum
perditionem: & exinde merito plagis affligentur, di-
cente scriptura. Si quis apposuerit ad hęc, apponet
deus super illum plagas scriptas in libro isto.

Quid ergo præcellimus eos, nequas-
quam. Causati enim sumus iudæos
& græcos omnes sub peccato esse, si-
cut scriptum est. Quia non est iustus
quisquam non intelligens non est re-
quirens deum. Omnes declinauerunt
simul inutiles facti sunt, non est qui
faciat bonum, nō est vsque ad vnum.
Sepulchrum patensest guttur eorum
linguis suis dolose agebāt, venenum
aspidium sub labijs eorum. Quorum
os maledictione & amaritudine ple-
num est, veloces pedes eorum ad ef-
fundendum sanguinem, Contritio &

i. petriij

apoc. vlt.

Textus:

infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum.

Notulaz. Peccatum est vitium & offensa, qua quis deum offendit, non eum diligendo, aut non eum uti debet diligendo, aut qua quis proximi non diligit, aut eum uti debet propter deum diligere non diligit.

Qui dicuntur Illi dicuntur sub peccato esse qui postquam legem suscepunt, aut naturalem cum ad id ætatis peruenerunt, quo discretionem boni malique habent, aut diuinam pure positiuam, aut humanam aliquam illarum legum transgrediuntur, contra eam aliquid agendo, aut omittendo: dicens apostolus. Causati enim sumus iudæos & græcos omnes sub peccato esse, accipit ly causati, pro ut tantum valet, reddidimus causas & ostendimus, & iudæos pro his qui descendunt ex emine Abrahæ, & græcos pro gentilibus: quia a passu isto textus, quia non est iustus quisquam vsque ad finem textus præcedentis, pro maiori parte, quo ad expositionem includitur declaratio terminorum, ut euitetur prolixitas, ante expositionem textus, pauci declarabuntur termini, hi videlicet qui equiuocationem includere videntur. Sepulchrum dicitur locus paratus ad recipiendum mortuum: & hinc

pctã dicuntur quia homo paratus est in corde suo recipere peccata, quæ ideo dicuntur mortua, quia ad vitam æternam non profunt, sed eam auferunt & dei gratiam: & mortifera, quia hominem spiritualiter mortificant. Dicitur ipse sepulchrum spirituale, & tale duplex est. Vnum clausum, aliud patens. Ideo dicitur quis sepulchrum clausum, quia eum pudor aliquantulum cohibet palam delinquere, & in publicum sua proferre crimina. Ideo dicitur sepulchrum patens, qui impuritates & immunditias suas in propatulo habet, quibus assiduitas & usus scelerum (quod est in malis

vitium) etiam commissorum pudorem abstulit. Ita ut iam non aperiat os suum ad proferendum dei verbum viuum, sed ad proferendum impudenter verbum mortuum, verbum fetoris, verbum sulphuris, iuxta illud. De ore eorum procedit ignis & fumus & sulphur. Cum verbum dolosum sit verbum quo quis aliquid ore profert, & aliud in corde meditatur, ut deceptione, sophistication, & adulatione proximum decipiat. Ideo dicuntur aliqui verbis suis dolose agere, quia vnum proferunt: & aliud in corde meditantur, ut sophistication & adulatione proximum decipiant. De quolibet talium dicente Hieremia, Sagitta vulnerans lingua eorum / dolum loquuta est: dicens apostolus. Contritio & infelicitas in vjs eorum. Non accipit contritionem pro dolore, quo homini simpliciter & propter deum displicet commississe peccatum corde contrito & humiliato: de quo scribitur. Cor contritum & humilitatum non despicias, sed accipit contritionem pro malitia, qua peccatores iugum domini contererentur, & a ceruicibus suis proscindere: & pro malitia quam proximos conterunt eos opprimendo / eos suis bonis priuando, & quandoque ad miseriam deducendo: de talibus dicente Iob, Nudos dimittunt homines indumenta tollentes. Dicens apostolus in vjs eorum, accipit vias pro operibus, siue internis, siue externis, quibus incedunt in hoc mundo. Est timor dei seruilis, est ille quo quis apprehensione pœnarum, & ne in eas incidat a peccatis abstinat. Timor dei filialis est ille qui procedit ex amore dei, quo quis deum amat plusquam seipsum, volendo ei in omnibus obedire: ita ut ex hoc amore timeat eum offendere, & exinde a peccatis abstinat de tali timore dicente scriptura. Timor domini expellit peccatum, ille dicitur pre oculis & ante oculos habere timorem dei qui dominum deum

apoca. ix.

Hiere. ix.

Contritio

accipitur

psalm. l.

Iob. xxxij

ecclesia. i.

vbicq; præsentem esse considerat, & dum præsentia eius recordatur eum toto affectu amat & quid ei placeat quidve displiceat requirit timens illum offendere ob amorem eius a peccato abstinendo. Ille dicitur timorem dei præ oculis seu ante oculos non habere qui nec deum nec homines reueretur: sicuti, nec iudex ille de quo Luce. xviii. scribitur. Iudex quidam erat in quadam ciuitate qui deum non timebat, & hominẽ non reuerbatur, & qui deum vbicq; præsentem esse non considerat, aut si illud consideret eum toto affectu non amat, nec quid ei placeat quidve displiceat requirit, nec ob amorem eius se a peccato abtinet, nec eum timet offendere istud, non est iustus quisquam, sumpsit apostolus ex psalmo apud septuaginta interpretes, & Hieronymum, xii. Qui iuxta hebraicam veritatem numeratur decimiquartus, non eisdem sermonibus vtens, sed iuxta apostolicam suam authoritatem sententiã scripturæ septuaginta interpretum accipiens, in qua habetur, corrupti sunt & abominabiles, facti sunt in studijs, non est qui faciat bonum, ex quo corruptorum vitio & abominabiliũ, & non facientium bonum, non est iustus quisquam istud non est intelligens non est requirens deum, ex eodem psalmo sumpsit in quo septuaginta interpretes habent, dominus de celo prospexit super filios hoim, vt videat si est intelligens aut requirens deum, idem in forma habet Hieronymus, istud omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonum, nõ est vsq; ad vnum, ex eodem psalmo sumptum est in forma iuxta translationem septuaginta interpretũ, in forma idem habet Hieronymus, quo ad alios octo versus, quos hic ponit apostolus a passu isto, Sepulchrũ patens est guttur eorũ, vsq; ad illud inclusiue, nõ est timor dei ante oculos eorum qui ex psal. xii. teste Hieronymo in plogo. xvi. libri super Esayã leguntur iuxta editionẽ vulgatam quæ est græce, & quinae.

dem psalmo, nec iuxta translationẽ septuaginta, nec iuxta hebraicam veritatem habentur. Aduertendum est cũ beatus Hieronymus (vt ipsemet testatur in plogo. xv. libri super Esayã) dixisset apostolos & euãgelistas vbicunq; de veteri testamento ponunt testimonia, si inter hebraicũ & septuaginta nulla sit diuersitas ipsos vtj solitos vel suis, vel septuaginta interpretũ verbis, Si autem aliter in hebraico, aliter in veteri editione sensus est ipsos magis sequi hebraicum quã septuaginta interpretes Christi virginẽ eulochiũ feminã religiosam atq; doctissimã cũ dictũ istud Hieronymi legisset obieciße Hieronymo vt ipsemet testatur in plogo. xvi. libri super Esayã q; hic apostolus octo versus supradictos, qui leguntur in ecclesijs ex psalmo. xii. & in hebraico nõ habentur vsurpauerit: & ex hac obiectione stupefactũ fuisse Hieronymũ (vt ipsemet in supradicto loco testatur) ac si a fortissimo pugili percussus fuisset, & vnus diei spacio postulato, & perlustrata scriptura respondit q; tota pene epistola ad Romanos de veteri testamento struata est dicens hoc testimoniũ octo versũ de psalmis & Esaya esse cõtextum, & duos primos versus. I. Sepulchrũ patens est guttur eorũ linguis suis dolose agebãt, esse ex quinto psalmo vtj sunt iuxta translationem septuaginta. Illud autẽ quod sequitur, venenũ aspidũ sub labijs eorũ, ex psalmo. cxxxix. esse vtj in forma est iuxta translationẽ septuaginta. Et istud quod sequitur, quorũ os maledictione & amaritudine plentũ est ex ix. psalmo vtj est iuxta translationẽ septuaginta, loco cuius in singulari ponũt septuaginta, cuius maledictione os eius plentũ est & amaritudine, & tres istos versiculos qui sequuntur, veloces pedes eorum ad effundendũ sanguinem, cõtritiõ & infelicitas in vjs eorũ & viam pacis nõ cognouerunt, dicit se in Esaya reperisse. Et reuera iuxta translationem septuaginta in lix. capite Esayẽ sic scribunt, pedes eorũ ad malitiã

Nota dictum Hieronymi.

currunt veloces ad effundendum sanguinem. Con-
 tritio & miseria in vñs eorum & viam pacis nõ cogno-
 uerunt octauum versum istum scilicet Non est timor
 dei ante oculos eorum , in principio. xxxv. psalmi di-
 cit esse, sicuti est vbi septuaginta habent. Dicit iniustus
 vt delinquat in semetipso, non est timor dei ante ocu-
 los eius, nec in hoc vt ipse dicit cuiquam diuersum ef-
 se debet quod si id suis locis numero dicitur singulari
 ab apostolo pluraliter dicatur, ex quo ipse scribebat
 ad plurimos & in vnum sensum multa ponebat exem-
 pla. Quia multum per omnem modum iudeo amplius
 fuisse quam græco prædixerat apostolus iudei genti-
 bus se præferre volebāt quasi esset hi qui per præcedē-
 tia iusticie opera ad gratiam dei vocari meruissent.
 Et hinc apostolus eorum arrogantiam deprimens eos
 vna cum gentibus sub peccato fuisse ostendit in per-
 sona eorum dicens,

Expōtex.
 ad literā

Quid ergo nos iudei de nobis ipsis iudicare vale-
 mus, an quia credita sunt nobis eloquia dei, & ampli-
 us multum per omnem modum nobis est quam gen-
 tilibus, [precellimus] nos iudei [eos] gentiles ad fi-
 dem conuersos, ita vt iudicare valeamus quod gen-
 tilibus præferendi sumus, velut hi qui per præcedentia
 iusticie opera ad legē euangelicā & dei gratiā voca-
 ri meruerūt. Huic questio, respon. apo. [nequaquā] ac-
 si diceret, nõ est tale a iudeis aut pro iudeis dandū iu-
 diciū. Nā ipsi in hoc nõ præcedunt gentiles, sed pecca-
 uerūt sicut & gentiles, & et in eodē genere pcti plus-
 quā gētiles, quia trāgressi sunt vltra natu. legē. diuī,
 [Lauati. n. sumus] multis causis & rōnibus iā mon-
 strauimus, seu causas reddidimus & rōnabiliter decla-
 rauimus. quare iudei gentiles nõ præcellant dū osten-
 dimus [iudeos & græcos] gentiles [oēs] ante gratiā
 istam [sub pctō esse] & hoc quia gentiles postquam
 ad id etatis peruenērūt, quo discretione boni malig-

habuerunt, suscepta ab eis lege naturali, eā transgressi
 sunt. Et quia iudei post legē mosaicā ab eis susceptā
 eā transgressi sunt cōtra eā aliquid agendo aut omit-
 tendo, & ideo nullus præcedit alium, Supra capi-
 te primo ostendit apostolus gentiles sub peccato esse
 de eis dicens. Quia cum cognouissent deum, non si-
 cut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed es-
 uauerunt in cogitationibus suis, & mutauerunt glo-
 riam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis
 corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum,
 & serpentum, Supra capite secundo ostendit aposto-
 lus iudeos sub peccato esse, dum dicit, transgredien-
 do legis mosaicę leges eos predicare, non furandum
 & furari, non mechandum & mechari, & in lege
 gloriari, & per preuaricationem legis, deum inho-
 norare [sicut scriptum est] intelligatur secundū trans-
 lationem quam habemus in psalmo decimo tertio &
 in eis locis in quibus a passu isto: quia non est iustus
 quisquam, vsque ad illud inclusiue: Non est timor
 dei ante oculos eorum. Apostolus hæc extraxit iuxta
 translationem septuaginta interpretum, & veritatem
 hebraicā: & in hoc suo facto docto, & prælatiis exem-
 plum præbuit, vt ea quę ad populū loquantur, nõ pro-
 prijs desumpta sint sententijs, sed diuinis munita sint
 sententijs. [Quia non est iustus quisquam] viatorum
 ex seipso, tanquam ex seipso sine gratia dei, siue in
 lege sit nature, siue mosaicę, siue gratię, Dicens apo-
 stolus. Non est iustus quisquam: non intellexit in le-
 ge nature nullum fuisse iustum, aut in lege mosaica,
 quia in lege nature viuens fuit abel deo placens & iu-
 stus: iuxta illud genesis. Respexit dominus ad abel &
 ad munera eius. Etiam iusti fuerunt in lege nature, vi-
 uentes abraham, isaac, iacob, & iob. Et etiam quia in
 lege mosaica viuens fuit ipse moyses iustus coram do-
 mino, quem / vt in deuterō, habetur / nouit dominus
 facie ad faciem, & postquam non surrexit propheta

Gene. iij.

Deut. vlti.

in Israel ei similis in eadem lege viuens, fuit Helias
 iustus coram domino, qui vna cum Moysse apparuit
 math. xvij in transfiguratione domini. Multi in lege nature gloriose
 vixerunt & iuste: de quibus scribitur Ecclesiasticus
 ci. xliiij. & ad hebreos. xi. Propterea apostolus dicens,
 non est iustus quisquam illud intellexit modo supra-
 dicto, & etiam intellexit neminem in conspectu dei
 comparatum, & ad comparationem dei iustificatum esse
 & hoc quia ille in conspectu dei, & ad comparationem
 dei dicitur iustificari, qui sic se habet quod deus est & ho-
 mo, & in cuius merito & passionis exhibitae caeteri
 oes iustificatur. Nullus homo alius a Christo sic se ha-
 bet, dicente Iob. Naniquam iustificari potest homo com-
 paratus deo, aut apparere mundus natus de muliere:
 ecce luna etiam non splendet, & stellae non sunt munda-
 dae in conspectu eius, quantum magis homo putredo &
 filius hominis vermis. Etiam intelligit apostolus ne-
 minem in hac via iustum esse consummatum, quia
 quoad viuere in corpore, non potest iustus pronunciar
 sed cum exierit de corpore, iuxta illud David, psal. cxliij.
 Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
 Et illud eccl. Laudauit magis mortuos quam viuentes, &
 illud Ecclesiastici. xi. Ante mortem ne laudaueris ho-
 minem, & illud Christi dictum. Amen dico vobis, non
 surrexit inter natos mulierum, maior Iohanne baptista.
 Qui autem minor est in regno celorum, maior est il-
 lo. [Non est] in hac via quis ex se, tanquam ex se &
 sine lumine gratiae [intelligens] deum & ea quae dei
 sunt per fidem charitate formatam, qua quis ad Chri-
 stum venit dicente Christo. Nemo potest venire ad
 me, nisi pater qui misit me traxerit eum. [Non est] ho-
 mo in hac via, secluso dei auxilio, ex propria potesta-
 te, [requirens deum] nam si quis deum requirat est
 requisitus ab eo. Et si requirat, quo modo volun-
 tatem dei implere debeat, aut seipsum dirigere,
 istud facit edoctus a domino, dicente Osee. Tem-

pus autem requirendi dominum cum venerit qui doce-
 bit vos iustitiam. & apostolo. Non quod sumus
 sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis
 sed sufficientia nostra ex deo est [Osee] siue iudaei si-
 ue gentiles concepti ex semine viri & mulieris non
 sanctificati in prima conceptione aut in primo instā-
 ti conceptionis [declinauerunt] seu a regula diuina
 deorsum retracti sunt per vitium, & praecipue mor-
 tale aut originale quo ipsi in adam peccauerunt: iux-
 ta dictum apostoli infra capite. v. [simul] omnes in
 vnum congregati aut considerati [inutiles facti sunt]
 & hoc quia non valent ex se ipsis sub huiusmodi vtilitate
 afferre, nec etiam vllam possunt vtilitatem domino
 deo afferre. Hinc christus dixit. Sic & vos cum se-
 certis omnia quae praecpta sunt vobis, Dicite serui
 inutiles sumus quod debuimus facere fecimus [non
 est qui faciat] ex se tanquam ex se sine dei speciali
 auxilio [bonum] opus deo gratum [non est vsque ad
 vnum] ita vt inter omnes ex semine viri & mulie-
 ris conceptos, non sit qui faciat bonum perfectum
 ex se tanquam ex se & sine merito alterius. Nam quis
 quis est eorum si quid boni faciat, id facit in merito
 passionis christi, qua pro omnibus sufficienter pas-
 sus est, & pro iustus efficaciter. Solus inter homines
 est homo lesus christus, qui non in merito alterius
 fecit bonum, nec potest quisquam alius hominum
 facere bonitatem, nisi ipse monstrauerit [sepulchrum]
 spirituale in quo reponuntur peccata & a quo exe-
 unt peccata [patens] & non clausum aut absconditum
 [est guttur eorum] iniquorum hominum: & hoc quia
 sicut ex patenti sepulchro exit nimius fetor putrefa-
 cti cadaueris sic ex aperto guttore eorum exiit per
 mala colloquia fetor immundae ac infectae conscien-
 tiae inficiens & corrumpens mores audientium: ita
 vt quod in malis vltimum est ipsi habeant verecun-
 diam deperitam, ita vt publice crimina sua loqui non

erubescant, sed guttur suum in propatulo impudenter aperiant suas & aliorum impuritates ac immunditias proferendo [linguis suis] suauia & blandia verba humiliter depromentes [dolose agebant] alia proferendo in ore & alia meditando in corde vt sophi-
 sticatione & adulatione proximum decipiant: iuxta
 psal. xxvii illud dauid. Loquuntur pacem cum proximo suo ma-
 la autem in cordibus eorum, similes effecti sepul-
 chris dealbatis, quæ vt dicit christus: alloquens scri-
 bas & phariseos. A foris parent hominibus speciosa
 intus plena sunt ossibus mortuorū & omni spurcitia
 matt. xxiii [venenum aspidum] inter cætera venena perniciosius o-
 diū scilicet insatiabilis & detractionis tegitur [sub la-
 bīs eorum] ex quo dum blanda loquuntur se fingun-
 do amicos parati sunt fraudulenter eos quos alloquan-
 tur circumuenire, & decipere, mediante detractione,
 & odio. Hostes enim sunt ipsi animarum, licet se
 fingant amicos, & idcirco per malitiam fraudis,
 eas veneno suo inficiunt, vt interficiant [quorum] ho-
 minum iniquorum, detrahente nitentium [os male-
 dictione] qua alijs maledicunt, verbis blasphemis,
 quia non solum fictis verbis blandiuntur, sed etiam
 alijs pleno ore maledicunt, non solum subditis, sed
 æqualibus & superioribus, non solum malis, sed
 etiam & bonis de ipsis detrahendo eorum vitia si-
 ue publica siue occulta propalando, & quandoque ea
 quæ non sunt addendo. [& amaritudine] qua ser-
 monibus pungitiuis in faciem proximi iniuriosa ver-
 ba non verentur dicere, quibus ad amaritudinem
 Eplic. iiii. prouocatur ex iracundiæ, felle sermones pungentes
 per iracundiam ac furorem depromentes, contra il-
 lud dictum apostoli. Omnis amaritudo tollatur a vo-
 bis [plenum est] os eorum maledictione & amari-
 tudine: ita vt habundantia maledictionis & amari-
 tudinis in ore iustorum, & etiam apostolorum mon-
 straretur esse arte pessimum hominum qua alijs adu-

lantur, alijs maledicunt, alijs blandiuntur, & alijs
 amara loquentur [Veloces] prompti, & cito cur-
 rentes sunt [pedes] spirituales, puta affectus, &
 etiam corporales [eorum] iniquorum hominum,
 famæ proximorum detrahentium [ad effundendū
 sanguinem] quia suis pedibus externis, cito &
 prompte currunt, ad homicidium perpetrandum,
 aut percussorem ex qua sanguinis effusio sequitur
 aut etiam quia suis pedibus, internis affectibus sci-
 licet parati & festini, & prompti sunt ad pepe-
 tranda ex deliberatione peccata, quibus spiritua-
 liter necatur anima, & homicida efficitur, is qui
 hæc perpetrat, christo dicente iudæis. Vos ex patre
 diabolo estis, & desyderia patris vestri vultis fa-
 cere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate
 non stetit, quia non est veritas in eo [contritio] ma-
 liti, a qua peccatores dominum & eius præcepta re-
 pellunt eaque conterunt ac suos proximos [& infe-
 licitas] miseria qua suo peccato miser efficitur ho-
 mo; ita vt comparetur iumentis insipientibus & si-
 milis efficiatur illis, quia sua malitia cum in ho-
 sare non intellexit, sed inanis ac quasi in ni-
 hilum a deo reputatus est, & tam miser a seipso
 & a suo peccato est effectus, vt æterna damnatio
 ne sit dignus [in vñ] in volutiōibus operibus & actio-
 nibus quibus progrediuntur in hoc mundo [eorum]
 iniquorum hominum ad deum redire renuentium
 est contritio & infelicitas, modo supradicto, ra-
 tione quarum si in eis vsque in finem vitæ perman-
 serit conterantur, gehennalibusque supplicijs, &
 supernæ beatitudinis felicitate carebunt. Et hoc quia
 [viam pacis] quæ est via iustæ actionis, qua ad-
 implentur mandata dei, qua in hac via per fidem,
 spem, & charitatem, & bona opera: in hoc mun-
 do sic incedit homo vt venire mereatur ad ciuita-
 tem sanctā hierusalē, quæ visio pacis interpretatur [non

gnouerunt homines iniqui per approbationem ac imitationem supradictam viam pacis quæ perducit ad plenam pacem patriæ [non est timor dei] filialis & quandoque etiam nec seruilis [ante oculos eorū] iniquorum hominum. Et hoc quia ipsi nec deum nec homines propter deum reuerentur nec eos vti debēt diligunt, sed potius peccatis peccata accumulānt.

Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruat & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.

Notulæ.
Triplex
lex.

Triplex dicitur esse lex, prima est diuina naturalis, secunda est diuina pure positia, tertia est humana. Lex diuina naturalis est lex ex instinctu nature hominibus incerta, qua cum primum ad annos discretionis perueniunt, ex naturali inclinatione & sine exteriori docente quid in his quæ legis naturalis sunt agere, quid ve omittere debeant cognoscunt, vt puta non esse faciendum alijs quod nolent sibi fieri, & non furandum, non mechandum, & non esse occidendum proximum, autoritate propria. Lex diuina pure positia est lex nō naturali instinctu hominibus incerta, sed a domino deo condita certo tempore postquā non fuerat condita aut ab apostolis nutu diuino reuelata, & in sacris paginis contenta, vt est lex de baptismo suscipiendo, aut ex consuetudine & traditione apostolorum, aut ab ecclesia acceptata, vt sunt observatio festiuitatum, cuius initium non reperitur, vt puta paschæ, penthecostes, ascensionis, & natiuitatis, & obseruantia, ieiunij quadrage-

gesimalis, & obseruantia imaginum in ecclesijs. De his secunde ad thessalonicen. n. dicente apostolo. ita que fratres stete & tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Aut a communi consensu ecclesiæ seu generali concilio condita præsi de spiritu sancto: iuxta illud. **Vi sum est enim spiritus sancto & nobis. Et illud christi verbum. Ego vobiscum sum oibus diebus. vsq; ad consummationem seculi. Lex humana est lex ab homine super communitate. autoritatem habente, siue ecclesiastico siue laico condita. Ecclesiastico ad sensualem refrenandam, vt est lex de ieiunio in vigilijs apostolorum: aut vt deueniat homo in cognitionem & amorem dei & sujs & proximi, vt est lex de confessione auriculari semel in anno, aut vt oratione & deuotione hominis, mens in deū eleuetur, vt est lex de missa & sermonibus audiendis, & de celebrandis festiuitatibus sanctorum, & in his hæc eorum lex obseruanda est de eorū autoritate dicente christo. **Quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. & apostolo ad Hebræos. Mementote præpositorum vestrorum qui vobis loquuti sunt verbum dei. Obedite præpositis vestris & subiaccete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Et actu. xv. vbi præcepit christi uiculis custodire præcepta apostolorum & seniorum. A laico super communitate autoritatem habente condita lege ad communem alie cuius communitatis pacificum conuictum conseruandum inter ciues & illius communitatis habitatores, cui obtemperandum est & obediendum, iuxta illud infra. xiij. Non enim sine causa gladium portat, dei enim minister est vindex in iram ei qui male agit, ideoque necessitate subditi estote, non solum propter irā, sed etiam propter conscientiam. Et illud prime petri. n.****

actu. xv
Mat. vltimo.
Lex huana
mat. xviij
Hebr. xij

IN E PISTOAD RÔMA.

Subiecti igitur estote omni humane creature, propter deum: siue regi, tanquã præcellentis: siue ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictã malorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas dei. Hic apo. de duabus primis legibus. s. diuina naturali et diuina pure positua, præcipue sibi de lege naturali loquitur. Possit etiã dici ipsum loqui de lege humana, illi dicuntur esse in lege, & illos dicitur alloqui lex qui legem susceperunt & ad quos legis perueniunt mandata, & qui legi subditi sunt. Hic accipit apo. mundum pro hominibus in hac via habitantibus.

Expo. tex. ad literam. **SCIMVS** autem] nos apo. ac etiam alij quibus dominus dedit legis cognitionem ac sue autoritatis, [quoniam] ipsa a deo autoritatem habet, ita vt [quæcunque lex] siue diuina naturalis, siue diuina pure positua, aut mosaica, aut euangelica [loquitur] eis declarando præcepta aut prohibitiones illius legis, aut per instinctum naturalem, vt declarat lex diuina naturalis, aut per scripturam, aut ecclesiæ consuetudinem, & traditionem; cuius consuetudinis & traditionis initium non reperitur aut communem ecclesiæ determinationem vt declarat lex diuina pure positua, [his qui in lege sunt] positi siue diuine naturalis, siue diuine pure positue [loquitur] quia legem illam susceperunt, siue naturalem, siue diuinam pure posituam, tanquã illi legi quam susceperunt subditi. Lex naturalis eos alloquitur qui discretionem boni, malique acceperunt, mediã ante instinctu naturali, quo iudicant non esse alijs faciendum, quod ipsi sibi nolent fieri, puta non occidendum, non furandum. Lex mosaica loquitur seu loquuta est his qui subditi erant legi illi, & hoc per sua legalia, & cerimonialia, & iudicialia, ac etiam moralia. Et hoc quia hæc in eis continebantur. Lex euangelica christicolæ alloquitur, per ea quæ in nouo testamento continentur, & per ea quæ dominus præcepit, aut

CAPVT TERTIVM. Fo. lxxij.

in ecclesiæ cõsensum determinata sunt. Et hoc ideo supradictos sic alloquitur, [vt omne os] siue hominis in sola lege diuina naturali viuentis, siue iudæi, siue christicolæ, qui legem diuinam pure posituam suscepit, [obstruatur obtumescat & claudatur, dum inasriter se excusare præsumit & gloriatur se suis meritis, & sine gratia dei saluandum. Et ideo supradictos sic lex vt supradictum est alloquitur, vt [subditus] in omnibus obediendo [fiat omnis mundus] seu omnis in hac via habitans, siue christicola, siue iudæus, siue in sola lege naturali viuens [deo] ad eum tanquam ad supremum confugiendo, tanquam ad diuinam pietatem & gratiam sine qua nullus saluari valet, & propter eum vilitatem & propriam culpam cognoscendo. [Quia ex operibus legis] fidem præcedentibus, aut in sensu carnali obseruatis: vt carnaliter obseruabantur a iudæis cerimonialia & sacrificia, [non iustificabitur] non dicam effectiue, quia vt supra super illud capitis secundi. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur dictum est opera legis non iustificant effectiue, sed dispositiue. Sed dicam dispositiue, & hoc quia omne tale opus est peccatum. Ex quo teste apostolo infra capite decimo quarto. Omne autem quod non est ex fide peccatum est, ad minus morale. Et peccatum non disponit ad gratiam aut iustificationem. Nolo dicere quin pro de genere bonorum operibus fidem præcedentibus, aut in sensu carnali obseruatis quæ ob defectum fidei aut relationis in vltimum finem mala denominentur, temporaliter remunerentur aliqui, & si pulsationi qua spiritus sanctus ad corda eorum pulsat, non resistent, sed acquiescant quin illuminentur, ita vt si etiam per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciant, & dominum deum, tunc de deo aequali fidem habebunt, modo supra declarato, su-

per illud capitis primi, inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, semper tamen quoque eius virtus & diuinitas, & tunc opera hanc fidem subsequuntur, non erunt peccata. Et hinc fiat ea disponere ad gratiam sed si purificationi diuinae resistant & nullam per ea quae facta sunt de deo cognitionem habeant, tunc suis operibus nec effectiue nec dispositiue iustificabuntur: ex quo haec opera peccata erunt ad minus moralia, et hoc quia nullo modo erunt ex fide ut infra declarabitur, super illud capitis, xiii, omne autem quod non est ex fide peccatum est [omnis caro] seu omnis homo in hac via cum corpore carnali viuens, de quo scribitur. Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem [coram illo] deo: ita ut acceptus sit ei per sua praedicta opera ad vitam aeternam, & hoc quia sanguis hyrcorum aut vitulorum non abstulit peccata, nec ex operibus legis iustificatus est homo, nec etiam ex operibus fidem praecedentibus iustificatur homo effectiue aut dispositiue, & hoc quia peccata sunt ex quo non sunt ex fide quae est prima dispositio ad gratiam: licet opera facta in peccato, etiam mortali, valeant ad praemium temporale & dispositionem gratiae, dum modo praecedant ex fide uti (ut videtur) processerunt opera cornelii & ninivitarum, & opera episcopi ephesiani, & opera iehu, opera raab meretricis & opera obstericum hebraeorum [per legem enim] siue diuinam naturalem, siue diuinam pure positivam siue etiam humanam fuit & est in cordibus hominum [cognitio peccati] Ex quo lex diuina, pure positiva ab homine illi legi subdito, dat cognoscere quid ipsa praecipiat aut prohibeat. Et etiam lex humana suis subditis dat cognitionem suorum praceptorum ac suarum prohibitionum ac etiam lex diuina pure naturalis dat cognis-

Sapientia.

Actuū. iij.
Ioseph. iij.
Apoco. ij.
Iij. reg. x.
Iosue. ij.
Exodi. i.
Lex cognitionē peccati confert.

tionem his qui ad id aetatis peruenierunt quo discretionem boni malique capiunt ac cognoscunt, nemini esse faciendum quod nolent sibi fieri, & eorum quae in lege naturali continentur. Nam (ut extrahitur ex scripturis) qui in lege naturali & ante legem mosaicam vixerunt cognouerunt per legem naturalem ab eis perpetrata peccata. Cognouit cayn fratricidium suum, licet non uti debuit, quando dixit. Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Etiam fratres ioseph in lege naturali viuentes peccatum in deum & fratrem eorum ioseph ab eis perpetratum cognouerunt: quando dixerunt, Merito haec patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videtes angustiam animam illius dum deprecaretur nos & non audiuimus, sed circo venit super nos ista tribulatio. **Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Iustitia autem per fidem iesu christi in oēs & super omnes qui credunt in eum, non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quae est in christo iesu, quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae propter remissionem praecedentium delictorum, in sustentatione dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore ut sit ipse iustus & iustificans eum qui ex**

gene. iij.

gene. xlij

text:

fide est iesu christi.

In præcedenti textu dictum est apostolum illic lo-
 quutum fuisse de duabus legibus, scilicet diuina na-
 turali & diuina pure positua præcipue tamen de le-
 ge naturali. Hic loquitur apostolus in vna parte tex-
 tus de lege naturali, cū dicit. Nunc autem sine lege iu-
 stitia dei manifestata est in altera parte de lege mo-
 saica videlicet cum dicit testificata a lege & prophe-
 tis, & ita esse ostenditur. Nam lex illa sine qua iusti-
 tia dei manifestata est, est lex non declarans ex se dei
 iustitiam, qua ipse iustus est, & qua induit hominem
 cum iustificat impium, & qua adimplet promissa de
 hominum iustificatione, ab eis peccata tollendo, &
 eis gratiam infundendo: nec etiam iudicia quæ a dei
 iustitia descendunt, nec etiam iustitia qua a deo xp̄us
 factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio,
 & redemptio, talis est lex naturalis. Et de dei iusti-
 tia quo ad particulas supradictas, dat testimonium
 lex mosaica: ideo concluditur apostolū in hac prima
 parte textus: nunc autem sine lege iustitia dei manife-
 stata est, de lege naturali loquutum fuisse. Et in hac se-
 cunda parte textus: testificata a lege & prophetis lo-
 quutum fuisse de lege mosaica accipiendo legem mo-
 saicam pro pentatheico, seu pro quinque libris moy-
 si, sicuti iuxta xpi verbum istud. Necesse est impleri
 omnia quæ scripta sunt in lege moysi, & prophetis,
 & psalmis, de me accipitur. Nec ex hoc quis mirari
 debet, quod vnum vocabulum in eodem textu, primo
 loco pro vno accipiat, & immediate post, pro alio.
 Nam sacra scriptura hanc consuetudinem habet in
 alijs locis: etiam iuxta christi verbum, vt videri po-
 test iohannis quarto mulieri samaritanæ dixit chri-
 stus, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui
 autem hiberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet
 in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo

lu. xxiij.

fontis aquę salientis in vitam æternam: in qua senten-
 tia accipitur in primo loco bibere pro potatione cor-
 porali, & aqua pro aqua corporali, & in secundo lo-
 co bibere p potatione spiritali, & aqua p spiritali
 aqua. Et, vt in eodem capitulo scribitur, christus suis
 discipulis dixit, Nōne vos dicitis quia adhuc quattuor
 menses sunt & messis venit. Ecce dico vobis, leuate
 oculos vestros & videte regiones, quia albe sunt iam
 ad messem, in qua christi sententia messis in pri-
 mo loco ad corporalem refertur messem, in secundo
 ad spiritualem, iohannis ix. xp̄us cæco ab eo illumina-
 to dixit in iudicium: ego in hunc mundum veni, vt
 qui non vident videant, & qui vident cœ: i fiant: in
 qua christi sententia videre et non videre: nunc cor-
 paliter, nūc spūaliter accipiūt. hic accipiūt iustitia dei p
 iustitia qua ipse iustus est, & etiam qua induit homi-
 nem cum iustificat impium, & qua adimplet promissa
 sa, & præcipue de hominum iustificatione ab eis pec-
 cata tollendo, & eis gratiam infundendo, & etiam
 pro iudicij: quæ a dei iustitia descendunt, de quibus
 scribitur psalmo xxxv. quod sunt ab yssus multa. Et
 etiam pro iustitia qua a deo christus factus est nobis
 sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio:
 & etiam pro iustitia qua iustis præmium tribuit, &
 reprobis pœnam. Hic accipiūt gloria dei, p'o dono
 spiritus sancti per quod in nobis glorificatur deus ab
 eo remissis peccatis, & gratia nobis collata, per quam
 in nobis gloriosus apparet. Videntur differre emere
 & redimere: ex quo aliquid emere est pretio si differunt
 bi comparare illud quod non erat suam: & redimere
 re est aliquid hostibus dare pro his qui sui erant, aut redimere
 sunt, quos in captiuitate detinebant, aut detinent ho-
 stes vt ipsi pristinæ restituantur libertati. Hinc red-
 demtio dicitur, id quod hostibus datur ab aliquo
 pro his qui sui erant, aut sunt quos in captiuitate de-
 tinent hostes, vt eos pristinæ restituant libertati.

iustitia
dei

gloria dei

Christus
propiciato-
rium dicitur

christus
dicitur pro-
piciator.

.i. ioh. ij.
.i. ioh. iij.
Sustentatio
dei

Expo. tex.
ad literam

Est christus dicitur propiciatorium, & propiciatio, & propiciator: ideo propiciatorium dicitur xps, quia in eo totius diuinitatis plenitudo inhabitat ad prestandū misericordiam omnibus illud propiciatorium in uos cantibus in fidei ueritate. Per propiciatorium (de quo exodi xxv. scribitur deum moysi dixisse, ut faceret propiciatorium de auro purissimo ei dicendo se alloquaturum super illud propiciatorium) figuratum, ex quo fuit christus. aurum purissimum, nullam habens maculam secundum humanitatem a spiritus sancto, productum, super cuius passione exhibita, & sanguine effuso, nostra fundatur salus: ita ut uirtute eius, nos alloquatur deus pater nostras orationes uti fieri debent factas in merito passionis xpi exhibite, ad uitam eternam acceptando: ideo dicitur christus propiciatio quia per ipsum facta est ira dei mitigatio, & pro peccatis nostris satisfactio, quoniam ipse pro peccatis nostris hostia effectus est, seu uictima deo oblata, qua de hostibus nostris est collata uictoria, iuxta illud primæ iohannis secundo. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum sed etiam pro totius mundi. Ideo dicitur christus propiciator, quia ipse ut deus patrem habet cuius uult miserandi, & quia ut homo peccatorum nostrorum expiatio factus est sua passione exhibita deum patrem nobis propitium reddendo, quandiu in hac uia sumus noster apud patrem aduocatus factus, dicente iohanne sed & si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem iesum christum iustum, misit (scilicet deus) filium suum propiciatorem pro peccatis nostris. Hic accipitur sustentatio dei pro pia ac longanimi dei patientia, qua ipse non statim uisciscet, sed diu & clementer expectat peccatorem eum ad penitentiam ad ducendo, aut adducere uolendo. [Nunc aut.] Tempore legis euangelicæ & gratiæ [sine lege] naturali intelligatur ex se declarante aut manifestante dei ius-

titiam. Quæ [iustitia dei] est christus nobis factus iustificatio a deo iusto nos iustificante & promissa adimplente [manifestata est] declarata est, gētibus ad fidem conuersis, non per legem naturalem, ex quo hæc lex ex se supradictam dei iustitiam non manifestat, aut declarat, nec dat intelligere, sed solum ea quæ ex instinctu naturali cognoscuntur: sed per promulgationem legis euangelicæ & miracula legem confirman- tia, tanquam legis sigilla supradicta dei iustitia manifestata est & declarata: & est [testificata] testimonio comprobata ac pnuuciata [a lege] mosaica, accipiendo legem mosaicam pro pentatheuco seu pro quinque libris moysi [Et] a [prophetis] Qui præcesserūt xpi aduentum, & de dei iustitia multa uaticinati sunt: de dei iustitia qua ipse iustus est & hominem induit cū impium iustificat, & qua promissa adimplet de hominum iustificatione testimonium ac pnuuciatio habetur in genesi, xxxij. capite, ubi scribitur cum habraham ad præceptū domini immolare uellet, ysaac filium suum, ei dictū fuisse. Per me ipsum iurauit (dixit dominus) quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicā tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & uelut arenam quæ est in lictore maris, & possidebit semen tuū portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti uocī meæ. Hæc dei promissio adimpleta est quando, at ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suū factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erāt redimeret, & quando pro omnium hominum redemptione in cruce passus est. Etiam de eadem dei iustitia testimonium ac pnuuciatio habetur in prophetis dicente esaya. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelus nostra, disciplina pacis nostræ super eū, & liuore

esai. liij.

eius sanati sumus. Oblatus est: quia ipse voluit, & nō
 aperuit os suu. n. Generationem eius quis enarrabit:
 in scientia sua iustificabit ipse iustus se: uos meos mul-
 tos, & iniquitatem eorum ipse portabit. Et in perso-
 na christi hieremia. Ego quasi agnus mansuetus qui
 i. iere. xi. portatur ad victimam: etiam iustitia dei qua xpus
 factus est nobis a deo sapientia & iustitia & sanctifi-
 catio & redemptio in lege testificata est seu declara-
 ta, quando agnus immaculatus occisus est, ad libera-
 tionem & expeditionem filiorum israel de egypto &
 exodi. xij. assus & comestus est, cuius sang. is per postes & limi-
 numero: naria positus est. Et etiam quando suspensus est fer-
 rum. xxi. pens æneus in heremo, ad cuius aspectum mors a ser-
 pentibus sanabantur. Ex quo illud passionem xpi si-
 ioan. iij. gurauit christo nicodemus dicente. Sicut moyses exal-
 tauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium
 hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed
 habeat vitam eternam. Etiam eadem dei iustitia per
 isaie. xxxij. prophetam testificata est ac declarata, iuxta illud isaie
 claudet, & non erit qui aperiat, & illud eiusdem. Corpus meum de-
 di percipientibus, & genas meas dedi vellentibus: fas-
 ciem meam non auerti ab increpantibus & conspuen-
 tibus in me. Et illud hieremæ. Tu autem in nobis es
 domine & nomen tuum inuocatum est super nos [iu-
 stitia autem dei]. Supradicta est nobis a deo collata
 [per fidem] Catholicam: & hoc, quia quicquid de
 supradicta dei iustitia cognoscit christicola, mediante
 se cognoscit. Quæ est [iesu christi,] quo ad obie-
 ctam & causam, quia ipse est fidei obiectum, & quia
 eius largitate donatur: & ipsa est [in omnes] & hoc
 quia ipsa fides iesu christi est intra cor omnium cre-
 dentium, & etiam in ore eorum, dicente apostolo in
 fr. capit. x. corde enim creditur ad iustitiam, ore
 autem confessio fit ad salutem. Et etiam ipsa est [super

omnes qui credunt in eum] christum, & hoc quia
 omnium credentium siue iudeorum siue gentilium,
 humanam facultatem a deo non adiutam excedit: ex
 quo ipsa sic considerata nihil boni habet quod nō ac-
 ceperit a deo, nec potest aliquid boni cogitare ex se
 tanquam ex se: dicente apostolo, non quod simus suffi-
 cientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed
 i. ad co- sufficientes cogitare aliquid a nobis, quali ex nobis, sed
 rinth. iij. sufficientia nostra ex deo est quid ante habes quod
 non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi
 i. ad co- non accepisti [non enim est] in accipienda iustitia aut
 rinth. iij. quantum ad acceptionem fidei aut quo ad modum
 iustificationis [distinctio] inter iudæum & gentilem:
 ex quo eorum quilibet per fidem iesu christi et eius
 gratiam iustificatur: et teste petro. non est personarū
 acceptor deus, sed in omni gente quæ timet deum &
 operatur iustitiā acceptus est illi: et et ex quo [omnes
 Ab hac se enim] tam iudæi quā gentiles [peccauerunt] in adam
 ge excepto per originalis peccati contractum, quando concipium
 ta ē maria tur dicente dauid. Ecce in iniquitatibus cōceptus sum
 & in peccatis cōcepit me mater mea. Et apostolo. om-
 nes natura eē filios ire, & et si adulti sint oēs peccau-
 erunt actualiter, si non fuerint iustificati, aut omittens
 ad eph. ij. do ea quæ tenentur facere, aut actualiter committen-
 do peccatum veniale aut mortale, & hoc quia lex in
 paradiso data aut naturaliter insita aut in litteris pro-
 mulgata ab eis præuaricata est. Et hinc [egent gloria
 dei] dono spiritus sancti per quod in hōibus glorificatur
 gloriosus apparet deus [iustificati gratis] & hoc, quia
 gratuita dei gratia per passionem xpi exhibita pri-
 ma iustificatione iustificantur infantes in susceptione
 baptismatis gratia ex opere operato eis collata, qua
 iusti efficiuntur absque vllō eorum actu. Et etiā quia
 adulti prima eorum iustificatione gratuita dei gra-
 tia, per passionem xpi & sanguinem eius effusum
 exhibita iustificantur non eos tunc iustificantibus eorū
 actibus, siue internis, siue externis.

Quid iu-
 stificari
 gratis

Et hoc quia actus precedentes primam iustificationē & si quandoque boni sint moraliter, non tamen sunt mei itonj, ex quo non producuntur a dei gratia gratum faciente. Et hoc quia primam iustificationem non precedit talis gratia tempore aut instanti, licet eam cōcomitetur. Et etiam quia in secunda iustificatione qua adulti iustiores & deo magis grati redduntur, licet concurrat actus voluntatis meritorius, partim ex merito passionis christi & partim ex se. Et hoc quia libere productus est mediāte dei spirituali auxilio & eius gratia gratum faciente & adeo acceptatus est ad vitam æternam, attamen quia talis actus mediante dei speciali auxilio producuntur quod gratis a deo datur, ideo dicuntur etiam adulti in eorum secunda iustificatione gratis a deo iustificari: & hoc [per gratiam ipsius] dei sine qua nullus iustificari valet, & quæ est causa formalis nostræ iustificationis, sicut albedo est causa formalis albefactionis parietis: & etiam [per redemptionem quæ est in christo iesu] ex quo in manus hostrium ex primi parentis vitio detinebatur genus humanum, & ipse christus pro genere humano (quod suum per naturam erat) vt pristinæ restituere-
tur libertati proprium sanguinem in ara crucis dedit, quo genus humanum redemit, dicente petro. non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, de vana vel tra conuersatione paternę traditionis, sed precio suo sanguine, quasi agni immaculati christi & incontaminati. Et hinc quia christus non solum proprium dedit sanguinem, sed etiam seipsum dedit in ara crucis per passionem ab eo exhibitam dicitur est ipse redemptio nostra, qua ab hostibus redempti sumus qua pristinæ sumus restituti libertati, accipientes gratiam in vitam æternā: iuxta illud apostoli infra capite quinto. Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum multo magis habundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnū iesum

pri. pet. i.

christum [Quem] christum [proposuit deus] pater, & tota trinitas [propiciatorem] & hoc quia declaratus est ipse xp̄s vt deus habere ptātem miserandi cuius voluerit & vt homo factus fuisse apud patrē nosr̄ aduocatus, & pro delictis nostris expiatio, & hæc nobis est effectus teste apo.] per fidē.] Mediante qua cōsequimur fructū dñicæ passionis & gratiā dei [in san-
guine ipsius.] in merito effusionis sang. xp̄i. Et hoc fecit deus teste apost. ad ostensionem iustitię suæ] quatinus se iustum manifestaret implendo sua promissa, nec deserendo peccata impugnata imo in xp̄o quodā modo vindicando ea: iuxta illud esaya. propter scelus
populi mei, percussi eum, Et illud dauid i persona xp̄i pl. lxviii
dictum. Quæ non rapui tunc exsoluebam. Hęc deus fecit (teste a postolo) ex parte nostr̄i propter remissionem precedentium delictorum.] præcedētia enim delicta apostolus determinauit ne quis intelligeret illa esse remissa quæ post acceptam gratiam committit. Nam deus remittit præcedentes culpas, quando aliis quibus suam cōfert gratiam, & iustificat eos, vt deinde iuste viuunt, in virtute passionis christi exhibite, remissa sunt peccata, quæ christi aduentum præcesserunt: & propositus est a deo patre xp̄s propiciator propter remissionem delictorū precedentium, id est, hominum qui ante christi incarnationem fuerunt, & tenebantur in lyngo, propter reatum originalis peccati, & per christi passionem redempti sunt: iuxta illud zacharie. Tu quoq; in sanguine testamenti tui emissi
sti vinctos tuos de lacu, in quo erat aqua. Etiam in
virtute eiusdem passionis remittuntur peccata originalia paruulorum, quæ præcedunt dei gratiam, quæ datur in susceptione baptismatis, & propter remissionem horum peccatorū est a deo patre propositus christus propiciator. Etiam in virtute eiusdem passionis remittuntur & remittentur peccata actualia, quæ in adultis præcedunt contritionem propter deum, & gra-

esaieliff.

pl. lxviii

zacharia. ix

ezechie,
xxxiiij.

ij. cor. vi.

Textus.

tiam quæ tunc eis datur & propter remissionem horum peccatorum est xpus a deo patre propositus propiciator, & hæc remissio delictorum, facta est & fit [in sustentatione dei.] qua ipse pie & patienter & longanimitè expectat peccatorem suam subleuare miseriam paratus, iuxta illud ezechielis in persona domini dictum. Nolo mortem impij, sed vt cõuertatur impius a via sua, & viuat. Et hoc teste apo. facit deus [ad ostensionem] declarationem, demonstrationem & manifestationem, [iusticie sue.] qua ipse iustus est, & qua hominem iustificat ei gratiam conferendo, & qua ipse promissa sua adimplet, & qua ipse malis penam inferri iubet: & iustis præmium tribui [in hoc tempore] gratie ac legis euangelicæ, de quo scribitur. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Vult deus supradicta hominibus nota esse [vt sit ipse] dominus deus ab hominibus in hac via habitantibus cognitus [iustus.] A seipso & in operibus suis & iusticiarum nostrarum actor primus. Et vt sit etiam ipse cognitus qui est [iustificans] effectiue: ex quo iustificatio, qua quis iustus est, a solo deo efficitur meritorie, tanquam merito primo & principali a merito passionis christi procedit, & a fide spe, & charitate, tanquam a merito, partim a passione xpi dependente, & partim ab eo qui talem producit actum, propterea postquam apostolus dixit iustificans, subiunxit Leum qui ex fide est iesu christi.] qualis est ille qui per fidem iesu christi accedit ad deum, & spiritualis dei filius virtute fidei est effectus.

Vbi est gloriatio tua exclusa est, per quam legem factorum non sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis .an iudeorum deus tantum, nõ

ne & gentium imo & gentium. Quoniam quidem vnus est deus, qui iustificat circumcisionem ex fide & præputium per fidem legem ergo delinimus per fidem. Absit, sed legem ita tuimus.

Est lex factorum, est & lex fidei. Lex factorum, est lex vetus comiderata quo ad sua ceremonialia precepta, que iugum graue & laboriosissimis obieruntis plenum continebat: de ea dicente petro. Nunc ergo quid tentatis deum imponere. iugum super ceruices discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Dicitur etiam lex qua quis que precipitur in lege scripta in solo sensu literali accipit spirituali religit. Lex fidei est illa qua non solum xpo & christum credimus, sed etiam & in christum: & auxilium gratie eius ad bene agendum precamur, quæ lex in spiritu quante est interius descripta, per quam non solum exteriora facta, sed & ipsi cordium motus disponuntur: inter quos est primus fidei actus. Arbitrari proprie est iudicare vel testificari, vnde arbitri dicuntur iudices, & testes. Non ociose in textu videtur dixisse apostolus, deum iustificare circumcisionem ex fide & præputium per fidem, accipiendo illic circumcisionem pro iudicis ad xpm conuersis, & præputium pro gentilibus ad christum & eius fidem conuersis. Et hoc, quia quando in eadem sententia ponit apostolus lex, & postea lex per, sicuti facit infra. xi. cap. vbi dicit: ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, videtur ponere differentiam inter lex, & lex per, ita vt lex, denotet primam factionem aut principale aliquid illius rei de qua fit mentionis in sententia, aut primam aliquid in respectu alterius & lex per, denotet secundam factionem aut factionem.

Notule.
lex factorum.
act. xv.

lex fidei

M. 246:
differentia
inter lex &
per

quæ non est prima aut aliquid quod non est principale illius rei, de qua fit mentio in sententia, aut alia quid secundum respectum alterius, puta respectu rei de notata aut significata per *ly ex*. Quando vero non in eadem sententia ponitur *ly ex*, & *ly per*, secus est. Nam indifferentem pro eodem poni videntur [ubi est ergo gloriatio tua]. O iudæa ubi est tua elatio, in qua gloriaberis per legis opera te iustificatum, ubi est vana gloria tua, qua de iustitia legis præsumebas, & te gentibus præferebas, easque spernebas, & sine lege tua eas non posse saluari putabas. Dic respondeas, & te non respondeat dicam [exclusa est] eiecta est & abiecta, & procul abiecta, dicenti [per quam legem] est exclusa seu procul abiecta, an per legem [factorum] respondeo ego (dicit apostolus) non est procul abiecta per legem factorum, quæ minando imperabat, nec per legem operum tuorum, qua ex operibus & non ex fide te iustificatum gloriaberis, observando legem in solo sensu litterali spiritali sensu relicto [Sed] est procul abiecta [per legem fidei]. Qua exteriora & interiora disponuntur hominis facta credentis in xpm & eius auxilium implorantis [arbitramur enim] nos apostoli a spiritu sancto instructi & edocti, & ut iudices arbitrarij a xpo delegati iudicamus, diffinimus, & etiam tanquam certi testificamur [iustificari.] Quemlibet [hominem] christifidelem, siue iudeum siue gentem, [per fidem] tanquam per medium ad salutem necessarium & meritorium, merito partim a xpo & eius passione exhibita dependente, & partim ab actu suo libere elicit acceptato ad vitam æternam [sine operibus legis] ceremonialibus, ex quo illa opera in passio. xpi extincta sunt, & et sine operibus actu fidei præcedentibus & et sine subsequētibus si adulto credenti post habitam ab eo fidem non adfit oportunitas apponendi opera, nã ut videri potest luce xxiiij. vnus latronum a latere xpi pendens, alium latronem qui xpo hæc verba proferebat,

Situ es xpus, saluum fac te metipsum, & nos his verbis cum increpans. Nec tu times deum qui in eadem damnatione es, & nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, ex fide & charitate dicens xpo. Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum iustificatus est, & non per opera præcedentia hanc fidem, nec etiam per subsequētia hanc fidem. Ex quo post hanc fidem nulla apposuit opera, & tamen dum in cruce emisit spiritum saluatus est, ut illic scribitur ei dicente xpo. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Et si cum impossibile sit sine fide placere deo iustificetur homo sine operibus fide præcedētibus & et sine subsequētibus si homini habenti fidem post fidem ab eo susceptam non adfit ei oportunitas apponendi opera, non tamen concludendum est credentem post fidem ab eo habitam, non debere bene operari. Nã si quis christifidelis habeat fidem & oportunitatem apponendi opera & ad sit sibi materia apponendi opera, ut puta pauper in aëre, aut in extrema necessitate existens & non apponatur opera tunc habet fidem inanem, & vacuam, & ociosam, quæ non poterit eum saluare, teste iacobo in sua canonica, capite h. Propterea ad galathas v. dicit apostolus. Nam in xpo iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium sed fides quæ per charitatem operatur. [An] nunquid [iudeorum] eorum qui ex abraham, ysaac, & iacob & iuda, descēderunt, & qui legem moysæ suscepērunt, & obseruauerunt [Deus] qui trinus est, & vnus, & creator & salus, & principium, & finis [terminus] sit deus uti vos iudæi putatis & existatis. Putabant iudei, aut quia scriptum est exodi. v. Deus hebræorum vocauit nos, aut quia dictum est psalmo lxxv. Notus in iudæa deus, & in israel magnum nomen eius dei præcise esse iudeorum deum, & ad eos pertinere præcise, & non ad omnes: & iudicio erroneo iudicabant se per legis opera iustificatos esse & ad legem euangelicam vocatos. Et deum non esse gentium deum &

heb. xi.

exinde propter hæc contra iudeos supradictam mo-
uer questionem apostolus ostendendo deum non so-
lum iudeorum esse deum, imo etiam & gentium,
per modum questionis, dicendo. [nonne] deus omni-
um creator, non solum iudeorum, sed etiam [& gen-
tium] deus est & dominus: huic questioni respondet
dicens [Imo & gentium] independens deus, qui trinus
est in personis, & vhus in essentia: non solum iudeo-
rum est deus, sed etiam & gentium. Ex quo ipse om-
nium est creator, & salus, & principium, & finis, &
de omnibus est ei cura: & etiam ex quo ante fuerunt
sancti præputi quam circumcisi. Et abraham ante cir-
cuncisionem, fide iustificatus est. Et ista de causa hic
dicens apostolus deum esse non solum iudeorum de-
um, sed etiam & gentium, addidit hanc dictionem/
imo/sub his verbis, imo & gentium. Et etiam recte di-
citur deus, non solum iudeorum, sed etiam & gentium:
quia non solum ad iudeos venit christus, sed etiam &
ad gentes. Ad iudeos quidem venit, ex lege promissus,
& ad gentes super misericordia, iuxta dictum apo-
stoli, infra. xv. capite. Et etiam quia non solum iudei vi-
sibiliter gratiam dei susceperunt, sed etiam & genti-
les. iudei eam susceperunt, spiritu sancto ad eos missio
in die penthecostes. Gentiles quando voluntate domi-
ni ad Cornelium, missus est petrus, & ipso gentibus
predicante christum, desuper cecidit spiritus sanctus,
supet omnes qui audiebant verbum. Confirmat apo-
stolus deum, non solum iudeorum esse deum, sed etiam
& gentium. sub his verbis dicendo. [Quando
quidem] comparatione facta inter eos qui legem scri-
ptam susceperunt, & qui in fide christi, siue venturi,
siue qui iam venit, iustificati sunt [vnus est deus] &
non plures. vnus in essentia, trinus in personis, omnium
creator, salus, principium & finis, eos qui iustificantur
iustificans, non ex operibus fidei precedentibus, sed
ex fidei qui iustificat circumcisionem; iudeos circumci-
sos [ex fide] & hoc ideo dicitur ex fide, quia inter eos

actuum. ij

actuum. x

qui leg. scrip. susceperunt. ipsi sunt primi, quos fides iu-
stificauit. Nam in hoc ipsi genti. præcesserunt [Et] idē de-
us iustificat [præputiū] incircūcisos gent. [per fidē] &
hoc idē dicitur per fidē, quia inter eos qui leg. scri. susce-
perunt, gentiles nō sunt primi sed secundi, quos fides
iustificauit. Nam in hoc iudei eos præcesserunt iudeo
dicenti aut dicere valenti apostolo cum dicas aposto-
le paulē tu & tui hominem iustificari sine operibus le-
gis & deum summū non solum esse iudeorum deum
sed etiam & gentium, legem mosaicā destruis, quæ est
lex dei: respondet dicens. [Legem ergo.] Mosaicam
vt falsē nobis ab aduersarijs iudeis imponitur [destrui-
mus per fidem] ratio eorum est, quia dicimus vnum
esse deum iudeorum & gentium, qui iustificat cir-
cuncisionem ex fide, & præputium per fidem & ho-
minem iustificari sine operibus legis. Sed & si illud
dicamus [Absit] vt destruamus legē mosaicam. Nam
illud dicentes eam non destruimus [sed] potius [legē]
mosaicam [statuimus] seu firmam & stabilē esse faci-
mus, & eam approbamus & adimplemus ac roboramus,
& pro suo tempore perficimus. Ex quo ex dicto
nostro ceremonialia in lege euangelica nō carnaliter,
sed spūaliter implentur. Istud ita eē ostēditur de circūci-
sione. Circūcisio. n. qua cū cultro lapideo a iud. aufereretur
deutrone
hæc, caro præputij figurabat circūcisio. de qua dicitur. cir. mñ. xxx.
cuncidet dñs deus tuus cor tuū. & hæc adimpletur qñ cū i. ad cor.
petra de qua dicitur. Petra autē erat christi. auferentur a cordi rinth. x.
bus aliquorū vitia propter christum mediāte perfecta fide per
quā ipetratur gratia mediāte qua aīa a vitio peccati sana-
tur. per cuius sanitatē libertas arbitrii bonū meritorū ex-
equitur, ita vt per liberum arbitrium iusticię dilectio
habeatur, & per iusticię dilectionem legis operatio,
& ex consequenti legis confirmatio, approbatio, &
corroboratio, ex quo qui hæc facit christo christum,
& in christum, de quo moyses scripsit credit, & hinc
per fidem legem statuit. Qui autem non credit christo
de quo Moyses scripsit legem destruit, Christum

ioannis. v. dicente iudæis. Et qui accusat vos moyses in quo vos speratis: Si enim crederetis moysi, crederetis forsitan et mihi. De me enim ille scripsit, nec istud ibi dictum apostoli legem ergo destruiamus per fidem absit, sed legem statuiamus, contrariatur eius dicto. n. ad corinth. iij. Vbi de lege moysi loquens dicit. Si enim quod euacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria est. Quia illic nult dicere apostolus paulus se ipsum aut aliquem sanctorum euacuare seu destruere legem moysi. Imo etiam nec ipsum christum: Ex quo de se ipso dixit. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas. Non veni soluere sed adimplere, sed vult dicere apostolus gloriam legis Moysayæ que temporalis erat & petransiens, comparatam in ordine ad gloriam que in Christo est, & que eterna & permanens est, esse oblectam, & obscuratam, & ociosam atque imperfectam.

Caput quartum.



Quid ergo dicemus inuenisse abraham patrem nostrum secundum carnem. Si enim abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura. Credidit abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Abraham aliquotum dicitur pater carnalis, & aliquotum dicitur pater spiritualis. Eorum dicitur pater carnalis, qui ab eo descenderunt secundum carnem, ut puta iudæorum, ipsis dicentibus christo semen Abraham sumus & nemini seruiuimus unquam, pater noster Abra-

ioan. viij.

ham est. Eorum dicitur pater spiritualis, qui imittantur eius fide, dicente apostolo. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij abrahæ. Duplex est gloria: vna est ex operibus solum: alia est ex fide. Illa dicitur gloria ex operibus solum, qua quis ex suis operibus, quæ de genere honorum sunt, sed non ex fide ab hominibus laudatur bonus & iustus, dicitur & quæ doque talis prædicatur. Illa dicitur gloria ex fide, qua quis ex fide quæ per dilectionem operatur, si ei adfit oportunitas apponendi opera, a deo inter sanctos & iustos numeratur, & vnus est de eorum numero, qui bus ipse secundum eternam prædestinationem dare proposuit gloriam æternam. [¶ Quid ergo] cum homo iustificetur ex fide sine operibus legis & iudæorum gloria, quæ se per legis opera iustificatos gloriabantur, & ad legem euangelicam vocatos sit, per legem fidei exclusa, seu procul abiecta: nos iudæi secundum carnem [dicimus inuenisse] vtilitatis [abrahæ patrem nostrum secundum carnem] secundum carnis originem. [Si ei] cum carnalis circūcisio & sacrificia carnaliter obseruata, & opera fide præcedentia, non iustificent apud deum [abrahæ ex operibus] prædictis carnalibus, aut fidem præcedentibus aut sine fide existentibus [iustificatus est]. In hoc inconueniens incurreremus quod [habet gloriam] apud homines, qui eum laudant & approbant, tanquam bonum, & iustum, & sanctum, virum [sed non] habet gloriam [apud deum] quod omnino falsum est, quia omnes scimus eum habere gloriam apud deum. Ex quo eum laudat christus & approbat, ut videri potest iohannis viij. capite. Non ergo ex carnali circūcisione, aut ex operibus fidem præcedentibus, sed ex fide iustificatus est. Notatur dicitur ex operibus fidem præcedentibus, & non ex operibus legis, & hoc quia abrahæ longe ante mosaicam legem datum, fuit in lege nature viuens, Ex quo (teste apostolo) a prima promissione facta abrahæ, de qua scribitur

ad ga. iij.
duplex
gloria
gloria ex
operibus
solum

gloria ex
fide.

expo. tex.
ad literam

ad ga. iij.
gen. xij.

gene. xij. dominum ei dixisse, Faciamque te in gentē magnam
 & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum: erit
 que benedictus, benedicā benedicientibus tibi, & ma-
 ledicam maledicētibz tibi, atque ī te benedicētur vni-
 uersæ cognationes terræ, vsque ad exitum filiorum
 israel de egypto, quādo data est lex mediauerunt an-
 ni quadringenti triginta: [quid enim.] de abraham
 [dicit scriptura] geneleos .xv. capitis: iuxta transla-
 tionem septuaginta interpretum, cui conuenit nostra
 quæ est hieronymi, id quod sequitur [credidit abra-
 ham] fide firma, absque vacillatione, absque hesitatio-
 ne [deo]. Promittenti sibi per angelum propagio-
 nem innumerabilium filiorum ad instar stellarū [&
 reputatum est] diuinitus [illi] abrahæ. [ad iustitiā] ex
 quo per suam credulitatem est iustus a deo reputatus
 & vt videtur, non solum ob hoc quod dandum sibi fili-
 um credidit abraham & progeniem ad multitudinē
 syderū propagandā reputatam fuisse eius fidem ad iu-
 stitiam, sed etiam & pro omnibus quæ iam antea cre-
 diderat, vtputa quod faceret eum dominus (vt ipse ei
 promiserat) crescere in gentem magnam, & benedi-
 ceret sibi, & magnificaret nomen suum, & quod ipse
 esset benedictus, & quod benediceret benedicienti-
 bus sibi, & malediceret maledicentibus sibi, atque
 gene. xij. quod in eo benedicerent vniuersæ cognationes
 terræ, & quod omnem terram quam conspexerat ad
 aquilonem & meridiem ad orientem & occidentem
 sibi & semini suo daret dominus vsque in sēpiternū,
 & quod faceret semen suum sicut puluerem terræ, ita
 vt ab homine non posset numerari sicuti nec puluis
 terræ ita vt ex his omnibus quibus abraham credidit
 reputata fuerit eius fides ad iustitiam & nō vnus par-
 tis tantū, nam vni parti credēdo fidem habuit ex par-
 te oībz vero his credēdo fidem habuit perfectā ita
 i. cor. xij. vt iuxta illud, i. corin. xij. Ex parte eam cognoscimus
 & ex parte prophetamus, cū autem venerit quod per

factum est euacuabitur quod ex parte est & etiam il-
 lud in eodem cap. dictum & si habuero omnem fidē
 ita vt mōtes trāfferam, & etiā illud apostolorū ver-
 luce. xvij. bñ ad christū, adauge nobis fidē dicamus duplicē esse
 fidem vnā ex parte aliā perfectam vocando fidē ex
 parte fidem illā quā quis vni articulo ab eo credendo
 credit & non alijs articulis & fidem perfectā fidem il-
 lam quæ est collecta in vnū ex multis articulis ab alijs
 quo creditis, & hæc reputatur ad iustitiā, hanc habuit
 abraham, nā ex articulis supra declaratis quibus credi-
 dit ex his in vnum ab eo est collecta vna fides quæ ei
 ad iustitiā reputata est & hoc quia illa fide tanquam
 medio ad salutē ei necessario & ad iustū esse requisī-
 to ipse est iustus effectus & amicus dei appellatus tan-
 quā vitā eterna dignus, & si (vt dictū est) abraham
 ex operibus fidem præcedentibus non fuerit iustifica-
 tus, attamen post eam fidem qua ipse deo credidit &
 quæ ei reputata est ad iustitiam ipse ex operibus iu-
 stificatus est dispositiue tamen eo modo quo opera
 iustificanc modo inquam supra declarato super illud
 capitis secundi, non enim auditores legis iusti sunt ap-
 pud deum, sed factores legis iustificabuntur, ex quo
 vt scribitur iaco. ij. postquam ipse illic dixit. Vis autē
 scire o homo inanis quoniam fides sine operibus mor-
 tua est. De abraham subiungit abraham pater noster
 nonne ex operibus iustificatus est offerens ysaac fi-
 liū suum super altare, vides quoniam fides cooperabatur
 operibus illius & ex operibus fides consummata est
 & suppleta est scriptura dicēs, credi sit abrahā deo &
 reputatum est illi ad iustitiā & amicus dei appellatus
 est, videtis quoniam ex operibus iustificatur hō & nō
 ex fide tantū sed & hæc sententia iacobi nō cōtraria
 tur huic sententiæ apostoli, si em abrahā ex operibus
 iustificatus est habet gloriā sed non apud deū, & hoc
 quia beatus iacobus loquitur de operibus fidē subse-
 quentibus & contra illos qui nolēbāt bene operari de-

sola fide presumptentes, putando se saluatos, etiam si bona opera non haberent, dum adest ei temporis oportunitas apponendi opera, apostolus vero in hoc passu loquitur de operibus fidem precedentibus, commendando iustitiam que ex fide est, aduersus eos qui fidem negligentes gloriabantur de iustitia, que est ex operibus existimando se iustificatos esse, & posse saluari per adimplerionem operum absque lege.

Textus.

Ei autem qui operatur merces, non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum; ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium reputatur fides eius, secundum propositum gratiae dei. Sicut & dauid dicit beatitudinem hominis cui deus accepto fert iustitiam sine operibus, Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, beatus vir qui non imputauit dominus peccatum.

Notule
operari
Reputare
& imputare
re differunt

Hic accipitur operari, cum ait apostolus, ei autem qui operatur merces non imputatur, secundum gratiam sed secundum debitum pro opere peccati ab homine facto. Differunt reputare & imputare. Imputare enim ad ea quae vitiosa sunt refertur, & ad ea quae turpitudinem habent, aut dedecus, aut ignominiam, & ad ea quae mala sunt, siue mortaliter, siue venialiter ita ut cum alicui vitium ascribitur, aut turpitudine aut dedecus, aut ignominia, aut malum, siue mortale siue veniale tantum illud dicitur sibi imputari. Reputare vero ad honorem & gloriam, refertur & ad laudem & bonum nomen, & ad bonum opus: praecipue

in gratia factum, ita ut cum quis bene operatur ea eius bona opera ei reputantur, siue ascribuntur ad honorem, gloriam, laudem, aut bonum nomen. Illud dicitur alicui secundum gratiam tribui, quod ab aliquo ei mere libere & gratis tribuitur: ita ut eius opera siue interna siue externa non sint condigna illius rei, quae ei tribuitur. Aliud est credere deo; aliud credere deum & aliud credere in deum. Credere deum: est credere unum esse deum trinum in personis, & unum in essentia, & aequalitate & potentia, Et hoc teste iacobo. daemones credunt & contremiscunt. Credere deo, est credere eius dictis seu vera esse quae dicit deus, & quae ipse loquutus est, siue per filium suum siue per prophetam. & apostolus, & eius ecclesiam cuius caput est christus, Et istud non solum boni christiani credunt, sed etiam & mali. Credere in deum est non solum credere deum & credere deo, sed ultra est credendo eum amare & in eum ire, & eius membris propter eum incorporari. Ille dicitur iustificare impium, qui de malo iniquo & impio bonum facit: pius & iustus effectiue ipsum iustificando, et hoc solus deus facit. Est beatitudo conueniens homini in hac via, est & alia beatitudo conueniens homini in patria. Beatitudo conueniens homini in hac via consistit in perfecta fide, quae per dilectionem operatur, & in obseruantia mandatorum dei usque in finem vitae. Et hac dicuntur homines in hac via beati, iuxta illud dauid, Beati omnes qui timent dominum qui ambulauerunt in uersis eius. Beati immaculati in uia, qui ambulauerunt in lege domini. Beatitudo conueniens homini in patria consistit in clara uisione dei, in eius fruitione & perfecta cognitione, qua cognoscit quis se in tali statu perpetuo permanurum. De hac dixit christus ad patrem. Hac est autem uita aeterna ut cognoscant te deum uerum, & quem misisti iesum christum. Et hac beatitudine, quae consummata est in patria existentes, beati dicuntur, iam ad cenam agni uocati: iuxta

secundum
gratiam
tribui

credere
deo: crede
re deum &
credere in
deum disse-
runt
iacob. ij.
credere
deo.
credere
in deum

quis dicitur
iustificare
impium

duplex
beatitudo.

psalmo,
cxxxvij.
psa. cxvij.
beatitudo
in patria

ioan. xvij.

apoc. xix. illud. beati qui ad cornam nuptiarum agni vocati sūt
 deum accepto dicitur ferre iustitiam sine operi-
 bus, quando hominis spiritus debitorum pondere se
 premi diuina inspiratione cognoscens deum supplex
 humiliter supplicat, vt benigne sibi donare velit q̄
 per iustitiam & condignam satisfactionem persoluere
 nequit, cum spe bona, & sancta fiducia: ita deum
 alloquens. *Quęcunq̄ tibi debeo quę multa sunt nimis
 miserator deus supplico vt tibi placeat, quasi per
 soluta essent remittere. Nam ego erga maiestatem
 tuam consideratus seruus sum inutilis, non habens ex
 me tanquam ex me vnde mea persoluā debita. Tunc
 in corde hominis hīs dictis accepto dicitur ferre iusti-
 tiam sine operibus, quando homini in conscientia re-
 spondet. Confide fili, nihil meruas, fiat tibi sicut peti-
 sti, fides tua te saluū fecit, vade in pace, & amplius
 nobis peccare. Hic accipit apostolus iniquitatē pro pec-
 cato, & peccatum pro iniquitate. Dicuntur alicuius
 hominis remissę iniquitates, quādo in baptisate sūt
 eius peccata ablata, aut quādo per puram contritio-
 nem cum proposito confitendī & non amplius ad pec-
 cata redeundī, ad deum conuertitur. Dicuntur alicuius
 hominis tecta peccata quādo post modo nunc su-
 pradicto remissionem suorū peccatorum acceptā bo-
 na facit: ita vt quę precesserant mala bonis aduenien-
 tibus obtendantur, & habundantior numerus honorū
 introducat quā prius fuerat malorum. Deus dicitur
 illius hominis non imputare peccatum, qui sic se ha-
 bet, vt ad perfectū venerit: ita vt omnis de sua consci-
 entia radix malitię penitus amputatus sit: ita vt nullū
 in eius anima nequitie vestigium inueniri possit: ita
 vt ad nullam penam subeundam pro suo peccato a
 deo ordinetur.*

Expositio
 textus ad
 literam.

remissę
 iniquitates

imputare
 peccatum

→ Ei autē homini [qui operatur] mediante suo libe-
 ro arbitrio opus peccati [merces] retributio [nō im-
 putatur] nō ascribitur sibi ad culpam aut crimē [secū

dum gratiam] dei: ex quo gratia dei nullum istorum
 ascribit homini nec mediante gratia dei aliquod isto-
 rum ascribitur homini [sed] quodlibet istorum ascri-
 bitur hōi [secundū debitum] peccati aut peccatorū,
 de quibus peccatorum debitis in oratione dominica
 dicitur. Et dimitte nobis debita nostra & eisdem debi-
 tis lucas iuxta verbum christi scribit. Duo debito-
 res erant cuidam feneratori, vnus debebat denarios
 quingentos, & alius quinquaginta, non habentibus
 illis vnde redderent donauit vtrisque. Ex quo illud
 verbū christi de peccatis interpretatur [Ei vero] ho-
 mini [qui nō operatur] opus peccati, & precipue mor-
 talis, nec etiam bonum opus externum: & hoc quia
 ei non adest materia aut temporis oportunitas, sed per-
 fecte in deum credit de eo hic dicente apostolo [cre-
 denti autem in eum] deum, & hoc quia credit vnum
 esse deū trinū in personis, & vnū in essentia. Et etiam
 credit vera esse quę loquutus est deus, per filium suū,
 & per suos prophetas & apostolos & suam ecclesiā, &
 hęc credendo eum amat plusquam seipsum, & incor-
 poratur membris christi [qui iustificat impium] &
 hoc quia de non sibi grato efficitur sibi gratum facit
 & talis hominis [reputatur] ad honorem refertur,
 [fides eius] qua modo nunc supradicto credit in deū
 [ad iustitiam] ex quo mediante illa fide a deo ascribi-
 tur iustus, & in numero iustorū collocatur. Et hoc [se-
 cundum propositum gratiæ dei] qui sic per gratiam
 suam proposuit & decreuit, vt cessante lege & opere
 peccati, & precipue mortalis. & etiā bono opere ex-
 terno, dum homini non adest materia, aut temporis
 oportunitas apponendi illud fides qua quis credit de-
 um deo & in deū eū iustificat: & hoc dicit apostolus
 ex gratia fieri [sicut & dauid dicit] hic et in futuro es-
 se [beatitudinē] hic inchoatiue per adimptionē vo-
 luntatis diuinę vsque in finem vitę dicente xpo. qui math. x.
 autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit & xxiii,

mat. vi.
 Lucę. vii

Et in futuro seu in patria per beatitudinem cōsumma-
tam [hominis cui deus accepto fert iustitiam sine ope-
ribus] & hoc quia ei sua condonat seu remittit peccata
& ingerit & dat gratiæ ac virtutum infusionem
sine vllis operibus externis, quia dum nō ei adest ma-
teria aut temporis oportunitas hæc apponendi opera
ipse hominis spiritus delictorum pondere pressus di-
uina inspiratione deum & seipsum vti debet cogno-
scens humili mente dominum cui proprium est mise-
reri alloquitur & postulat vt dignetur sibi remittere
& cōdonare suorū peccatorum onus graue quod per
iustitiam & condignam satisfactionem ex se persol-
uere nequit. probare vult apostolus hominem quan-
doque modo supradicto impetrare remissionem suo-
rum peccatorum & iustificati: nec præcise hoc de suo
deffendere sed regalis prophete testimonio confirma-
re, quo psalmo xxxi. iuxta translationem septuagin-
ta interpretum, cui in forma conuenit nostra quæ est
hieronymi ait [beati] sunt illi [quorum remissa sunt
iniquitates] in susceptione baptismatis originales &
etiam actuales si quæ sint & etiam post susceptionem
baptismatis postquam peruenit homo ad annos di-
cretionis actuales per puram contritionem cum con-
fessione, aut saltem cum proposito confitendi & non
amplius ad peccata redeundi [quorum tecta sunt pec-
cata] ab oculis dei abscondita. Et hoc quia post ablu-
ta peccata amplior honorum numerus adueniens ma-
la præcedentia operit [beatus vir] est ille [cui] pro-
pter perfectā eius fidem [non imputauit dominus] ad
pœnam subeundam nec imputat [peccatum] & hoc
quia nullū in eo malitiæ vestigium reperitur.

Textus.

Beatitudo ergo hæc in circuncisione
tantum manet, an etiam in præputio,
dicimus enim quia reputata est abra-

hæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo
reputata est in circuncisione, an in
præputio. Non in circuncisione, sed
in præputio. Et signum accepit circun-
cisionis signaculum iustitiæ fidei: quæ
est in præputio, vt sit pater omnium
credentium per præputium, vt repu-
tetur & illis ad iustitiā. Et sit pater cir-
cuncisionis non his tantum qui sunt
ex circuncisione, sed & his qui sectan-
tur vestigia fidei, quæ est in præpu-
tio patris nostri abrahæ.

¶ Dicens apostolus beatitudo ergo hæc accipit beati Notulæ
tudinem pro beatitudine quæ cōuenit homini in hac beatitudo
via iuxta modum in textu præcedenti declaratum. Si-
gnum dicitur illud quod videtur, & per quod aliud
iudicatur. Signaculum dicitur illud quod alicui aut ali-
quibus pro tempore seruandum datum est, & in cu-
stodia aliquid aliud denotans, habens similitudinem
rei per ipsum significate quod alicui rei ad hoc impri-
mitur, vt lateat quousque ab illo referetur a quo im-
primitur: ita vt nemo alius nisi ille qui impressit, de-
beat refinare aut per effectum manifestare. Circunci-
sio enim signum fuit & signaculum: ideo signū quia
ipsa oculis carnis videbatur & aliquid aliud per eam
significabatur, vt puta spiritualis circuncisio, quæ non
in carne, sed in corde suscipitur mediante qua vitia
abolentur & virtutes suscipiuntur. Et ideo signaculū
fuit iustitiæ, ex quo ipsa pro tempore seruanda ius-
titiæ data est, vsq; ad tps in quo xp̄us in cruce pendens
dixit, Consummatū est. Et quia ipsa aliud denotabat

circuncisio
signū fuit
& signa-
culum

scilicet spiritualem circumcissionē, quę est amotio culpe, & qua spoliatur infidelitas, & vitia abolentur. Et etiā iustitiā fidei quā in pręputio iustificatus est abraham, habuitque ipsa circumcisio similitudinem cum re per eā signata: puta cū iustitiā illa fidei, ex quo ipsa denotabat fidem & obedientiam qua se deo abraham subiecit, vt illi qui circumcissionē accepturi erant, abraham fidem & obedientiam seruaarent. Ipsaque ad hoc iudæis impressa est, vt aliquid eorum per eā significatorum ad tempus lateret, quousque ab illo refereretur, a quo impressum erat. Ita vt nemo alius nisi ille qui impressit deberet illud reserare, aut per effectum manifestare. Istud fuit baptisma & introitus plenitudinis gentium qui fiet circa finem septimę ætatis, adueniente octaua. Baptisma enim per circumcissionem figuratum vsque ad tempus latuit, in quo xpus post suam resurrectionem (quę die octauo facta est) suis discipulis dixit. Docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: cuius baptismatis christus fuit impressor, nec alius ab eo potuit illud reserare, desinare & per effectū manifestare. Et tēpus introitus plenitudinis gētiū latuit, latet nec ad plenum reserabitur, vsque ad finem septimę ætatis seculi, adueniente octaua per effectū, tunc illud manifestate deo patre, & iesu christo.

math. vii.

Expo. tex. ad literam. **BEATITUDO** ergo hæc] conueniens homini in hac via, de qua loquitur Dauid psalmo trigesimo primo, Vtrum [in circumcissione] in solis iudæis [tantum] manet [locum] habet aut habeat [an etiam in pręputio] in gentibus incircumcisus istud petimus ex quo iuxta sententiam genesis xv. [dicimus enim quia reputata est abrahę fides ad iustitiā] & hoc quia modo supra declarato, ex multis articulis ab eo creditis, est in vnum collecta fides, quę ei ad iustitiam reputata est. Ex quo illa fide ipse est iustus esse.

Etus, & amicus dei appellatus, & ad præmium eternum acceptatus. Hac questione nota ad declarationem eius aliam mouet apollolus questionem dicens. [quo modo ergo] quo medio & pro quo statu & in quo tempore [reputata est] abrahę fides ad iustitiam, an [in circumcissione] pro statu circumcissionis, & in tempore eius, & non antea, aut [an in pręputio] in tempore eius circumcissionē præcedente. huic questioni respondet apollolus, dicens [non in circumcissione] primo iustificatus est abraham [sed] ante circumcissionem eius dum esset [in pręputio] est ipse iustificatus. Istud patet ex quo viginti quinque annis ante suam circumcissionem est ipse iustificatus. Est enim ipse iustificatus anno illo quo in genesis. xv. capite de eo scriptum est. Credidit abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Annus ille erat ætatis suę septuagesimus quintus, & dum circumcisus est, nonaginta & nouem annorum erat, hæc esse vera ostenditur annus suę iustificationis, dum de eo dictum est. Credidit abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam, fuit ætatis suę septuagesimus quintus. istud patet vt scribitur genesis xij. septuaginta quinque annorum erat abraham, quando iuxta verbum domini egressus est ipse de terra cognationis suę, & circa finem illius anni: de eo scriptum est, quod credidit deo, & quod fides eius reputata est ei ad iustitiam. Ex quo post annos decem postquam habitare cęperant, abraham, & sarra in terra chanaam dedit sarra abrahę agar ancillam suam in vxorem, quę abrahę post annum vnum, seu in fine vnus anni genuit abrahę ismaelem, & tunc erat abraham octoginta & sex annorum quando peperit ei agar ismaelem: & nonaginta & nouem annorum erat abraham quando ei promissit dominus sarram vxorem suam, qui parituram filium, & tredecim annorum erat ismael,

gene. xv.

gene. xvi.

gene. xvij.

Et anno illo circumciscus est abrahā & ismael filius eius
 gene.xvij] & omnes viri domus illius: & cum numerando a se-
 ptuaginta quinque vsque ad nonaginta nouem repe-
 riantur. xx. anni. Viginti quinque annis ante circum-
 cisionem suam concluditur eū iustificatum fuisse [&]
 gene.xvij] abrahā iuxta præceptum diuinum pro se & suis, ac-
 cepta circumcissione corporali [signum] accepit circum-
 cissionis spiritualis, & hoc quia ipsa circumcissio corpo-
 ralis spiritualis circumcissionis fuit signum: ex quo ipsa
 debite intuita & spiritualiter cognita spiritualem des-
 notabat circumcissionem, qua spoliatur infidelitas & vi-
 tia extirpantur. Et hæc abrahæ circumcissio corporalis
 fuit [signaculum iustitiæ fidei] & hoc quia ipsa abra-
 hæ & suis data est ab ipsis pro tempore seruanda spi-
 ritualement denotans circumcissionem, & etiam quæ abra-
 ham adhuc præputiatus suscepit iustitiā fidei, cum
 qua similitudinem habuit, ex quo fidem quæ in abra-
 ham adhuc præputiato erat, & similiter obedientiā
 denotabat, & etiam carnaliter circumcisos in his debe-
 re abrahā imitari, quæ ad hoc iudæis impressa est,
 vt baptisimi gratia, per eam designata lateret, sicut ad
 tempus latuit, & quæ eisdem ad hoc die octauo est col-
 lata, vt aliquo tempore plenitudinis gentium introi-
 tus & omnis israelis salus lateret, sicuti huc vsque la-
 tens fuit quæ iustitiā fidei [est] abrahæ concessa [in
 præputio] ex quo est ei concessa, vt ex scripturis de-
 ductum est viginti quinque annis ante suam circumcissi-
 onem: et ideo hæc fidei iustitiā ei concessa est [vt fit]
 ipse abrahā [pater] spiritualis, & imitatione condi-
 gnus [omnium credentium] siue iudeorum, siue gen-
 tiliū, [per præputium] scilicet per id quod habuit in
 præputio, fidē [vt] hæc eius fides qui in eis est aut erit
 [reputetur] a deo deputet & acceptetur [et illis] per
 fidem abrahæ filijs [ad iustitiā,] Sicut et in abra-
 ham dum in præputio esset reputata est: ita vt sicut
 abrahā per fidem a deo iustificatus, & amicus dei

appellatus, & ad vitam eternā acceptatus sint et ipsi a
 deo iustificati & amici dei appellati, et ad vitam æter-
 nam ab eo acceptati [et] id factum est vt [sit pater]
 vtriusque [circumcissionis] tam carnalis quā spiritualis
 effectus. et [non his tantum] Sit pater effectus et ad
 eorum commodum [qui sunt ex circumcissione] intelli-
 gatur carnali ex quo cū cultro lapideo circumcisi sunt.
 Nam tales pro nunc post passionem christi exhibitā
 non sunt eius spirituales filij, si in carnali circumcissione
 spem ponant, ex quo teste apostolo, ad galath. v. si
 quis nūc circumcidatur xp̄us ei nihil prodest, Sed sūt
 eius spirituales filij, non quia ab eo per carnem descen-
 derunt, sed quia eius imitantur fidem, dicente aposto-
 nra. ix. capite. Non qui filij carnis hī filij dei, sed qui
 filij sunt promissionis æstimentur in semine. et ad ga-
 lathas. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt hī sunt fi-
 lij abrahæ. et istud ad plenum declarans subiungit
 apostolus [sed & his] est abrahā pater spiritualis
 effectus [qui sectantur] qui imitantur & perquirunt
 & suscipiunt amore tam feruenti, vt temporis oportu-
 nitatem appetant et querant, et etiam inedia quibus
 facilius et citius et pluries seclusis impedimentis pro-
 pter deum imitari valeant [vestigia fidei] perfecte,
 et sine hesitatione, sicuti et abrahā credidit credēdo
 fide [quæ est], erat, aut fuit, ex quo vltur hic aposto-
 lus præfenti pro præterito [in præputio patris nostri
 abrahæ] in patre nostro abrahā præputiato seu non
 dum circumciso: ideo totiens repetit apostolus de præ-
 putio vt ostendat gentiles eodem modo per fidem iu-
 stificari, sicuti et iudæos. Vestigia fidei quam habuit
 abrahā in præputio positus, iuxta sententiam gene-
 sis. xij. xij. xij. et. x. v. capitibus sunt hæc. Egressus
 est abrahā de terra sua de cognatione, & de domo
 patris, et edificauit altare domino, leuauitque oculos
 suos in directum, et respexit ad orientē et occidentē,
 ad aquilonem et meridiem, protulitque melchisedech

panem & vinum & appetit semen bonum. Dicuntur hæc vestigia imitari, qui mediante fide perfecta efficerentur parati sunt propter christum & eius fidem relinquere propriam domum, propriam terram, & domum patris, & omnem cognationem conformiter ad hæc christi dicta. qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus, si quis venit ad me & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & fratres, & sorores adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam & venit post me non potest meus esse discipulus, si quis vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Etiam dicuntur vestigia fidei abrahæ imitari, qui efficaciter leuando per fidem oculos suos ad dominum deum, ipsum plusquam seipsum diligendo, & proximum sicuti seipsum siue sint in oriente, siue in occidente, siue in meridie: siue in aquilone parati sunt edificare altare domino lapideum aut ligneum si opus sit, ut illic honoretur deus. Et qui seipsum deo constituunt verum dei templum de quo scribitur. Nescitis quia templum dei estis & spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem templum dei violauerit disperdet illum deus. Templum dei sanctum est, quod estis vos. Vos enim estis templum dei viuus & etiam qui efficaciter parati sunt spiritu sancto (qui iuxta dictum apostoli ad hebræos. vñ. est verus mechisedech) offerre panem & vinum verum christi corpus & sanguinem spiritualiter per fidem suscipiendo, & etiam corporaliter seipsum ante probandum, iuxta dictum apostoli istud. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Et etiam qui efficaciter parati sunt bonum semen producere verbum dei audiendo & ex ipso fructum in patientia afferendo, iuxta hoc verbum christi de semine. Quod autem in terram bonam cecidit hæc sunt qui

mat. x.

luce. xij.

mat. xvi.

prie. ad corinth. iij.

ñ. ad corinth. vi.

prie. ad corinth. xi.

luce. viij.

in corde bono & optimo audientes verbum, retinent & fructum afferunt in patientia.

Non enim per legem promissio abrahæ aut semini eius, ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex nec prauaricatio, ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed ei qui ex fide est abrahæ, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti. Qui viuificat mortuos & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.

¶ Dicens apostolus non enim per legem promissio abrahæ aut semini eius accipit legem pro mosaica lege qui nec per modum factionis primæ aut secundæ de hereditate totius mundi diuinitus ei facta causa fuit, ob quam causam aut non enim per legem promissio abrahæ aut semini eius ut hæres esset mundi.

Notulæ.

Hereditas qua abraham mundi hæres constitutus est.

¶ Hæres dicitur ille cui post alterius mortem, parta patris aut alicuius alterius aliquid competit in possessionem: ita ut ius habeat illud tunc possidendi. Hereditas qua dicitur abraham, hæres mundi est benedictio qua Genesis. xij. ei a domino dictum est. Faciam te in gentem magnam & magnificabo

nomen tuum benedicam benedicentibus tibi, et male dicam maledicentibus tibi atque in te benedicentur vniuersę cognationes terrę. Hac benedictione & precipue hac sententia, atque in te benedicentur vniuersę cognationes terrę constitutus est abraham heres mudi, atque totius mundi possessor per fidem. Ex quo ipse est omnibus exemplum fidei effectus & omnes sancti per fidem eius filij effecti sunt. Huius hereditatis non ipse primo accepit possessionem, sed christus qui ex carne abrahe descendit. Et hoc quia hec promissio primo in xpo completa est, dicente apostolo, abrahe dictę sunt promissiones & semini eius, non dicit & seminibus, quasi in multis. sed quasi in vno & semini tuo qui est christus. Acceptorus est abraham huius hereditatis ad plenum possessionem circa finem seculi, quando iuxta dictum apostoli infra xi. capite plenitudo gentium subintrabit, & omnis israel saluus fiet. Ex quo tunc tam gentiles quam iudei in mundo habitantes, fidem xpi suscipient, & ea fide credent, qua abraham deo credidit ei que ei reputata est ad iustitiam. Et hinc per fidem veri efficientur abrahe filij ad plenum tunc adimpleta promissione, qua ei promissum est in eo benedicendas vniuersas cognationes terrę in hac apostoli sententia.

galath. iij.

exinanitum

abolutum

Si enim ex lege heredes sunt, accipitur lex pro lege mosaica illud dicitur exinanitum quod est inane & inutile. factum, & quod est frustratum & vacuum effectum. quod est ad nihilum aut fere ad nihilum deductum. Illud dicitur abolutum, quod est inexpleratum aut in irritum ductum cassatum, euacuatum, deletum, atque ablatum. Hic lex enim iram operatur accipitur lex pro mosaica lege, & deductiue etiam accipi valet pro euangelica lege, & ex consequenti pro lege fidei: etiam accipi valet & hoc magis ad litterę deductionem ac intelligentiam pro lege membrorum que lex sensuualitatis dicitur. De hac lege infra capite vij. dicente apo-

stolo. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuam me in lege peccati, quę est in membris meis. Illic vbi non est lex nec prauaricatio accipi potest lex pro lege scripta, siue mosaica siue euangelica, & etiam pro lege naturali considerata, prout nondum homini intima aut declarata interna declaratione. Et hoc quia nondum adolescens ad id etatis peruenit quo discretionem boni mali que capere valeat. Ita vt tunc sine vlla lege sit. Nam sine lege dicitur esse ille qui nondum accipit discretionem sensus, qua quid bonum quidve malum sit cognoscere possit, dicente apostolo, infra capite. xij. Ego autem viuebam sine lege, aliquando. Dicitur prauaricatio legis: eius transgressio per commissionem aut omissionem acta ab eo qui prius suscepit legem. Illud dicitur esse ex fide quod producit ex fide, vt est actus charitatis, aut procedit ex fide vt eleemosina pauperi data, propter deum, aut quod datur habenti fidem pro tanto, quia habuit fidem, vt est promissio abrahe facta de benedictione qua in eo omnes benedicendę sunt gentes, & qua ipse totius mundi a deo constitutus est heres. Illud dicitur esse secundum gratiam quod alicui libere, & gratis confertur, ita vt eius opera, siue interna, siue externa, non sunt illius rei collatae condigna. Aliud est viuificare mortuos & aliud vitam restituere mortuos. Vitę restituere mortuos est aliquibus postquam mortui sunt, iterum eis vitam conferre. Viuificare mortuos est aliquibus vitam siue corporalem siue spiritualem conferre siue antea habuerint vitam siue non. corporalem confert deus vitam animam vniendo corpori, spiritualem vero animę, gratiam gratam facientem conferendo. Duobus modis aliqua dicuntur non esse. Vno modo realiter: alio modo spiritualiter. Illa realiter dicuntur non esse que non habent existere. Et hoc modo dicitur non esse antichristus, illa dicuntur non esse

prauaricatio legis quid dicitur fidei

Vitę restituere mortuos. viuificare mortuos,

anticristus. illa dicuntur non esse spiritualiter, quæ licet realiter sint, non tamen sunt deo vnita per fidē, per charitatem, & gratiam. Et hoc modo pagani & infideles dicuntur non esse & coram deo quasi nihil esse, dicēte esaiā. Omnes gentes quasi nō sint: sic sunt corā eo, & quasi nihilum & inane reputata sunt ei. Nam ipse deus solus est qui vere dicere potest. Ego sum ipso moyſi dicente, Ego sum qui sum (sic dices filiſ israel) qui est misit me ad vos, intelligatur qui est eternus non habens principium nec finem permanēs inuariabilis immutabilis omnipotēs gratiæ ac totius boni principium. Et quia talis est deus ipse solus dicitur habere esse essentiale, & qui adherēt ei per fidē, & charitatem, per participationem & eius gratiam ab eo habent esse spirituale.

Expo. tex. ad literam gene. xiij. exodi xiiij. xix. xx. exodi. xxxiij. [NON enim per legem] mosaicam facta est [promissio abrahæ.] Quia ei dictū est, In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Et hoc quia teste apostolo ad galath. iij. Post hanc promissionem quadringētis & xxx. annis data est lex in quorū vltimo a dño data est lex moyſi & filiſ israel, mense tertio, & a die exitus filiorum israel de egypto die quinquagesima, vt videri potest inspicienti exodum. & post hæc iuxta doctrinam doctorum catholicorum. & latinorum ascendit moyſes in montem & ille fuit coram domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus, non manducans, nec bibens, & a domino suscepit duas tabulas legis, quas populo postea dedit [aut] etiam nec per legem [semini eius] christo qui ab abrahā de scendit facta est abrahæ promissio in semine eius scilicet in xpo. Et hoc quia dū supradicta promissio facta est abrahæ & semini eius facta est ei nō in seminibus quasi in multis, sed semine suo. scilicet christo, dicēte apostolo gala. iij. abrahæ dictæ sunt promissiones,

& semini eius. Non dicit & seminibus quasi in multis, sed quasi in vno & semini tuo qui est christus [vt hæres esset mundi] ipse abrahā per semen suum xpm possidendo oēs terminos terræ omnesque populos seculi: ita vt etiam ipse abrahā per fidem sit omnium sanctorum pater & possessor effectus [sed] cum ipse abrahā non per legem sed per fidem sit a deo hæres mundi constitutus, cuius hæreditatis non ipse vt supradictum est ad plenum accepit possessionem, sed christus qui ex abrahā descendit secundum carnem: & est ad plenum huius hæreditatis possessionem accepturus, quando plenitudo gentium subinabit, & omnis israel saluus fiet [per iustitiam fidei] per iustitiam ex fide procedentem, quæ erat in abrahā qua ipse credidit deo perfecte sine hæsitatione & quæ ei reputata est ad iustitiam ex quo ipse illa fide a deo iustificatus est, & ab eo approbatus est, & dei amicus effectus, & ab eo acceptatus, tanquam præmio æterno dignus, Etiam sic a deo acceptatus est vt propter suam fidem ei perinducta sit supradicta promissio, qua ipse totius mundi hæres est constitutus [si enim qui ex lege] tantum sunt vt sunt carnales iudæi, qui legem scriptam habentes, eam accipiunt in solo sensu carnali aut literali [hæredes sunt.] possessores hæreditatis, quam deus abrahæ promissit: ita vt gratiam benedictionis abrahæ promissam & repromissam adipiscantur, tunc [ex inanita] inanis & inutilis facta [est fides] abrahæ deo credentis qui ei prædixit, in semine tuo benedicentur omnes cognationes terræ: & hoc quia gentes non possent hæreditare patriam celestem: ex quo hæreditare eam habent, iuxta dictū apostoli per promissionē quā abrahæ donauit deus: & iuxta dictū apostoli infra capite ix. quia filiſ promissionis abrahæ estimantur in semine: & etiā si ex lege sit hæreditas [abolita] inexplata & deleta & ablata [est promissio] dei abrahæ facta

de hereditatione mundi, & benedictione omnium gentium seculi [lex enim] mosaica [iram operatur] & hoc quia dum ipsa dādo pcepta & prohibitiōes transgressoribus pœnam comminatur / occasionaliter irā operari dicitur, quia ille eam suscepit per eius transgressionem in eodem genere peccati errorem cōmittendo grauius peccat quā ille qui eam non suscepit: iuxta illud lucæ. xij. ille autē seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non pręparauit & non fecit secundum uoluntatem eius uapulabit multis. Et etiā quia per non obseruationem aut transgressionem aliorum in lege pceptorum aut prohibitorum, peccat is qui talem legē suscepit, nō peccante eo qui talē legem non suscepit. Ex quo ante passionem xp̄i exhibitam, peccabat iudæus non obseruādo legalia aut ceremonialia: & non peccabat gentilis hæc non obseruando. Et cum lex euangelica etiam det pcepta & prohibitiones & transgressoribus pœnam comminatur, istud dictum apostoli de ea deduci potest. Ex quo ipsa non de per se, sed occasionaliter iram operatur. Et hoc quia ille qui eam suscepit grauius peccat in eodem genere peccati, quam ille qui eam non suscepit. Et etiam quia ipse non obseruando ea quę in ea contenta sunt, puta non constando auriculariter, aut non obediendo prælatis peccat non peccante eo, puta puro gentili, qui legem euangelicam non suscepit. Et etiam lex fidei de qua supra super illud capitis tertij. Vbi est gloriatio tua, exclusa est per quam legem factorum non sed per legem fidei, facta est mentio. Dicitur iram operari non de per se sed occasionaliter: & hoc quia ille qui talem legem suscepit & mediante ea se ecclesię submisit: si post ab eo legem susceptam in his quę sunt fidei ac determinationis ecclesię erret, in aliquibus peccat, in quibus non peccat ille qui legem illam nō suscepit, ut puta in non susceptione sacramentorum. Ex quo gentiles puri non sub sunt iudicio ecclesię

dicente apostolo. quid enim, mihi de his qui foris sunt iudicare. Ad litterę ueram deductionē istud apostoli dictum. Lex enim iram operatur, exponitur de lege mēbrorum, hoc modo [lex enim.] Membrorum quę ex se & ut talis considerata desideria carnis suggerit, & nititur captiuum reddere hominem, & sæpe captiuum hominem reddit ipsum libidini uoluptatibus, ac iniquitatibus deditum reddens. Et hæc faciēdo directe [iram operatur] Ex quo ex his factis contra hominem deus irascitur, ab eo auferendo gratiam, & pœnarum ministris auctoritatem tribuendo ut tali homini tempore & loco penas infligant [vbi enim] in aliquo [non est lex] mosaica nec euāgelica. Et hoc quia nullam earū suscepit, nec mosaicam ante passionem christi exhibitam, nec euangelicam post passionem christi exhibitam: in tali [nec est] pceditarum legū [pœuaricatio]. Et hoc quia ad hoc quod aliquis aliquam legem pœuaricetur, nō sufficit quod aliquid committat aut omittat contra pceptū, aut prohibitionē illius legis, sed cum hoc requiritur quod legem illam suscepit, & quod post susceptionem illius legis eam transgrediatur istud apostoli dictum, ubi nō est lex nec pœuaricatio de lege naturali sic exponitur [vbi] in aliq[ua] [nō est lex] naturalis, & hoc quia ob defectum etatis bonum aut malum discernere nequit. nec in tali est [pœuaricatio] legis naturalis aut alterius legis: ex quo ipse nullam legem transgreditur: & hoc quia nullam adhuc suscepit, in tali statu est infans, qui si percutiat patrem aut matrem aut alienum accipiat & acceptum detineat domino inuito aut a casu fortuito lapidem proiciendo alium iuuenem occidat, hæc faciēdo licet mala opera agat, non tamen agit contra aliquam legem ab eo susceptam, ex quo nullam adhuc suscepit, nec peccat: nec hæc eius opera sibi ad pœnā eternam imputantur quę imputantur si legem naturalem accepisset [de]o cum non

pr̄e ad corinth. v.

per legem cum ipsa iram operetur totius mundi heres effectus sit abrahā[ex fide] qua ipse firmiter abque hæsitatione credidit deo heres effectus est mundi & diuine promissionis sibi factę heredes effecti sunt omnes qui abrahę fidem imitati sunt imitantur aut imitabuntur. Et hoc[vt secundum gratiam.] dei, & non secundum iustitias legis. Et hoc quia fides dei donum est a deo homini collatum hic ab apostolo. Inter dona spiritus sancti annumeratur. Non tamen intelligendum est fidem non infusam sic donum dei esse, vt ab homine nullo modo producat. Nā ipsa fides non infusa ab homine producit etiam libere: sic tamen vt a deo primo & principaliter producat, qui intellectum hominis mouet, & etiam voluntatem vt bene operantur, et eis vt id faciant potestatem cōfert dicente apostolo. Nos ex nobis quasi ex nobis non esse sufficientes aliquid boni cogitare, sed sufficientiam nostram ex deo esse: Et deum esse eum qui operatur velle & perficere pro bona voluntate. Et nos nihil boni habere quod non acceperimus a deo: a quo teste iacob in sua canonica, omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit. Et si ex fide abrahę facta sit promissio qua hęres effectus est mundi: attamen ex gratia dei dicitur ei facta fuisse talis promissio. Et hoc quia fides illa modo supradicto dei donum est, & etiam, quia nec eius fides sicuti nec eius opera siue interna siue externa illius promissionis sunt condigna ex natura rei & conditione intrinseca actus & premij, sed solum illius sunt condigna ex ordinatione & pacto diuino. Et hoc quia hęc fides ordinabilis ad vtilitatem vel honorem et ad premium æternum ab amico dei producta est & accepta a deo siue ab eo ordinata ad tale premium. Et hinc quia fides dei donum est, & donum est gratia: non i deo secundum legem, sed ex fide secundum gratiam abrahę facta est pro

prie. ad corinth. xij.

ij. co. iij.

philip. ij.

i. co. liij.

iaco. i.

missio: vt si firma sit promissio] & hoc quia dei gratia longe firmior est lege. Nā que in lege scripta sunt calamo & atramento aut scriptura in membranis vel in chartis scripta sunt. Quę autem ex dei gratia descendunt, per scriptum dei in cordibus nostris descripta sunt: dicente apostolo. epistola estis christi ministrata a nobis & scripta, non atramento sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Et hoc modo firma facta est abrahę promissio per perpetuitatis firmitatem, vt salubriter exhibeatur[omni semini] abrahę, siue ab eo procedente secundum solam fidem & non carnem, siue etiam ab eo procedente secundum carnem, dum tamen imitetur eius fidem. Et ideo ei firma non quia ab abrahę secundum carnem descendit, sed quia abrahę imitatur fidem[non ei qui ex lege] mosaica est, vt est carnalis iudæus, qui ab abrahę secundum carnem descendit, & qui ex veteri testamento venit ad nouum. Et hinc per fidem verus filius abrahę effectus est [solum] præcise firma est promissio modo supradicto [sed] etiam [& ei] Firma est promissio [qui ex] sola [fide] & non ex carne [est abrahę] filius spiritualis effectus: ita, vt iuxta dictum iohannis baptistę istud potens est de lapidibus iuris suscitare si loe abrahę de lapide verus effectus sit abrahę filius per susceptionem fidei. et hoc quia antea in gentilitate per ydololatriam erat, velut lapis ex quo de ydolis & ydola colentibus dicit dauid. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. et p̄ fidem est effectus verus filius abrahę [qui est pater] spiritualis seu exemplaris institutor ad fidem [omnium nostrum]. In xp̄o credentiū, siue iudæorum siue gentiū [sicut scriptū est.] Genesi. xvij. iuxta. trā[latione septuaginta, cui cōuenit nra que est hieronymi,

i. corinth. iij.

math. iij.

psal. cxij.

[quia] ego dominus deus [patrem [Spiritualem & authorem secundum fidem [multarum gentium] gentilitum in christo credentium [posui] constitui, & ordinavi te abraham. Istud [ante deū cui credidisti.] Cum non habuerit in genesi capite, xvij. iuxta translationem septuaginta, nec etiam secundum hebraicā veritatem apostolus ex sua interpretatione & sua autoritate addidit significās fidem in interiori homine esse in conspectu dei (cui abraham perfecte credidit loquenti sibi per angelum in persona dei) & non in ostentatione hominū sicut carnalis circūcisio, & per eandem fidem, non per carnem eum esse patrem gentiū quas ante dei oculos in fide generavit [qui] deus [vivificat] & corporaliter & spiritualiter [mortuos] siue corporaliter, siue spiritualiter. Corporaliter per separationem animę a corpore, spiritualiter, per carē tiam gratię dei siue eā antea habuerint vti habuerunt multi mali christiani, siue eam antea non habuerint, sicuti non habuerunt gentiles aditū ante susceptionem baptismatis [&] dominus deus [vocat] vocatione predestinationis, & secundū propositum (de qua infra capite, viij. scribitur. Quos autem predestinavit, hos & vocavit) a nō esse ad esse [ea quę nō sunt] siue realiter siue spiritualiter dominus deus vocatione predestinationis & secundum propositum vocat non existentes, & præcipue spiritualiter non eos nunc primo predestinando, sed eos, interne inspirando, & externe permissionem suę legis ad eos, ita vt firmum & permanens propositum, habituri sint erga deum & legē eius, & si: eos vocando eos vocat [tanquam ea quę sunt] & hoc quia occulta gubernatione disponit ipse ea quę non sunt, ac si essent. Ratio est, quia vniuersaliter ei subsunt omnia quę in rerū natura non sunt: & eius voci parent & potentię ac virtuti ita subsint, ac si ipsam iam in creaturis existerent, ita vt ipso imperate & occulta gubernatione disponē-

te, multa ex nihilo producantur, tā faciliter ac obedientialiter, ac si ex aliquo præiacenti fierēt, de ipso dicente dauid, ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Et cum ipse modo supradicto vocet ea quę non sunt, tanquam ea quę sunt totum christi corpus misticum cum apostolo dicere debet, Gratia dei sum id quod sum. Nam & si communis omnibus sit natura & non gratia. Ex hoc tamen natura non putetur gratia & si putetur gratia, ideo id fiat quia ipsa gratis concessa est. Ex quo homo qui non erat non promeruit vt esset. Nam & si promeruit iam erat an tequam esset sed nondum erat, ergo non promeruit, vt esset. Et hō factus est ergo gratis factus est, nec vt pecora factus est, nec vt saxū, nec vt arbor, sed ad imaginē creatoris factus ē. hoc beneficiū deus homini dedit qui nondū erat. Et si paganus factus sit homo, nō a deo factus est vt esset paganus, sed vt esset hō ad imaginē creatoris factus, hoc ergo pagan⁹ debet deo qui vocat ea quę nō sunt, tanquā ea quę sūt) quod homo ab eo factus est, etiam ad imaginem creatoris. Et hinc tantomagis puniendus venit, quia eum dimisit, a quotalis factus est, et cultum exhibuit creaturę ab homine factę.

psa. xxxij.
psalmo.
cxlvij.

primę ad
corinth. xv

Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei. Sicerit semen tuum sicut stellę cœli, & arena maris, Et non infirmatus est in fide, nec consideravit corpus suum mortuum, cū iam fere centum esset annorum, & e mortuam vuluam sarę. In repromissione enim dei non hæsitauit diffiden-

Textus.

tia, sed confortatus est fide, dans gloriam deo plenissime sciens, quia quæcunque promissit deus, potens est & facere. Ideo & reputatum illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit iesum christum dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Notule.

Spes.

Spes in generali dicitur certa expectatio boni futuri. Hæc expectatio quoadque ex causa naturali procedit. Et tunc dicitur spes causæ naturalis aut humanæ seu secundum causam naturalem vel humanam. De hac scribit paulus apostolus, debet in spe qui erat arare & qui t. iturat in spe fructus percipiendi. Et iacobus. ecce agricola expectat preciosum fructum terræ patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum.

spes gratiæ dei.

psal. xx.

Etiã hæc expectatio quadoque ex causa diuina procedit, & tunc dicitur spes gratiæ dei, aut potestatiæ dei, aut promissionis, qua quis in deo firmiter sperat: de hac dicente dauid. In te domine speraui non confundar in æternum. & dicitur hæc spes certa expectatio futuræ beatitudinis, ex meritis & gratia, aut desiderium: quo desideratur gratia dei, aut eius clara fructio & visio aut promissionis eius adimpletio. Hic apostolus fidei coniungit spem sciens & ostendens spei (quæ theologa virtus dicitur) fidem inseparabiliter coherere. Et etiã fidei perfecte spem inseparabiliter cohe-

rere, ipso ad hebræos dicente. Est autem fides sperandarum sub eo rerum argumentum non apparentium. Et infra capite. viij. spes autem quæ videtur non est spes. Nam quod videt quis quid sperat, si autem quod non videmus speramus per patientiam expectamus. Spe enim salui facti sumus istud apostoli dictum. Erit semen tuum sicut stelle cæli & sicut arena maris est autoritate sua prolatum, iuxta sententiã septuaginta, qua in genesi capite. xv. scribitur, et dixit (ipse dominus abra hæ) respice in cælum & numera stellas si poteris numerare ipsas, et dixit. Sic erit semen tuum cui conuenit nostra trãslatio in qua habetur. Suspi ce cælum & numera stellas si potes. & dixit ei. Sic erit semen tuum. & qua in. xxij. capite genesi habetur. Multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam iuxta labium maris, loco huius nostra habet trãslatio. & velut arenam quæ est in littore maris & intelligitur de semine carnali abra hæ, & de semine eius spiritali, de semine carnali: iuxta illud deuteronomij. x. moysi dictum israelitico populo. Multiplicauit te dominus deus tuus sicut arena cæli. & illud tertij regum quarto, iuda & israel innumerabiles sicut arena maris. De semine spiritali: iuxta illud danielis. xij. qui autem docti fuerunt, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi stelle in perpetuas æternitates, et illud esayæ. x. In veritate reliquiæ cõuertatur reliquiæ in quã iacob. ad deam fortem. Si em fuerit populus tuus israel, quasi arena maris reliquiæ cõuertetur ex eo. et illud ifra cap. ix. esayæ autẽ clamãt p israel. Si fuerit numerus filiorũ israel tanquam arena maris reliquiæ saluæ fient. Aliquis dicitur in fide firmus: alius dicitur in fide infirmus seu infirmatus. Dicitur ille in fide firmus, qui perfectam habet fidem, qui in nullo eorũ dubitat, quæ sunt fidei. qui capere valet omnia quæ sunt fidei, cui nihil deest eorũ quæ sũt fidei

quis dicitur in fide firmus.

i. pe. v.
quis dicit
in fide in-
firmus.

emortuū
corpus.

hesitare
diffidētia.

Nota.

qui dicit
credere in
deum.

& cuius fides tā firma est vt a magnis nō superetur difficultatibus ita vt iuxta dictū petri. in fide fortis existens resistat dēmoni, leoni rugienti. Dicitur quis infirmus seu infirmatus qui imperfectā habet fidē, cui deest aliquid corū quę sunt fidei, qui in aliq̄ ex infirmitate dubitat, & qui capere nequit omnia quę sūt fidei & cuius fides nō tam fortis ac firma est. vt a magnis nō superetur difficultatibus. Dicitur alicuius corpus emortuū esse, cuius corpus non est mortuum, sed aut prę infirmitate, aut senectute est perceptibiliter iuxta naturę cursum ad mortem tendens, & quod aliqua vitę vegetabilia amisit, gratia exempli, potentia generadi. Dicitur alicuius vulua esse emortua, quę non est mortua, sed quę aut prę senectute, aut debilitate, aut infirmitate, aut defectu caliditatis, aut quouis alio defectu aliqua vitę vegetabilia amisit: gratia exempli muliebria & fluxus menstruosus: ita vt im- potens reddatur ad generandum. Ille dicitur hesitare diffidētia, qui in re sibi promissa aut in aliquo nō confidit, & hinc circa illū aut rem sibi promissam constituitur in vnam & aliam partem tendens, & in vtrā que vacillans. Non sine causa dixit apostolus: credentibus in eum qui suscitauit iesum christum dominum nostrum a mortuis. Nam ipse non ait. credentibus in deum excessum aut credentibus in eum qui fecit cœlum & terram, aut credentibus in eum qui fecit angelos cætera quę cœlestis glorię virtutes. Sed ait credentibus in eum qui suscitauit iesum xpm̄ dominū nostrum a mortuis, in hoc declarando quod multo sit magnificentius in laudibus dei resuscitare iesum christum a mortuis, quam creare cœlum & terram, aut fecisse angelos, aut cæteras cōdidisse virtutes. Nā hęc facere fuit posuisse in esse quę non erant. Resuscitare vero iesum christum, fuit reparare quod perierat, & deiecta restituere. Illi dicuntur credere in eum qui suscitauit iesum christum dominum a mortuis, qui cre-

ant deum deo, & in deum christum christo & in xpm̄, & qui hęc credendo credunt vera esse verba dei patris, quę ipse loquutus est per suos prophetas & verba christi quę ipse loquutus est per seipsum, aut per suos apostolos & per suam ecclesiam quę est corpus eius mysticum, & per sanctos viros a spiritu sancto inspiratos, & qui hęc credendo propter amorem eius peccata relinquunt, & se vitij & concupiscentię christo cōcrucifigunt propter ipsum exuendo veterem hominem, & induendo nouum, qui secundum deum creatus est. Et si xpus traditus sit in mortem nō solum propter delicta nostra, sed etiam propter iustificationem nostram, ipsa tamen eius traditio in mortem nostro attribuitur delicto, & eius resurrectio nostrę iustificationi. Et hoc vt eius mors naturę nostrę correspondeat, morti culpę, ita vt sicut eius morte in eo extincta est corporalis vita: ita etiā eius mors causa est extinctionis nostrorum peccatorum. Nam ipsa eius mors significat interitum veteris vitę nostrę & seminationem, qua velut granum frumenti mortuū in terram cadens per mortem seminatur, vt inde viuificemur. Ideo christi resurrectio, nostrę attribuitur iustificationi, vt eius corporalis resurrectio nostrę spirituali correspondeat resurrectioni & iustificationi ita vt eius resurrectio, qua ad nouam glorię vitam, redit, causa sit nostrę iustificationis, per quam ad nouitatem iustitię redimus, & vt eius corporis glorificatio nouę ac celesti conuersationi in nobis correspondeat. Expo. tex. ad literam
Qui [abraham] contra [spem] naturę certam expectationem futuri boni, scilicet prolis habendę, qua ante eius senectutem & antequam vxoris suę sarrę muliebria deficerent, sperauit & expectauit prolem ex vtero sarrę. Et postquam senex effectus est & sarrę prę senectute defecerunt muliebria, hęc spes ex naturali causa & humana procedens in eo defecit contra hanc spem secundum naturalem aut humanā causam

gene. xv
gen. xvij.

ad phil. ij.

procedente [in spem] gratiæ dei & potentiæ eius ac promissionis [credidit] firmiter et sine hesitatiōe posse impleri per gratiam, quod erat impossibile per naturam vt ipse iam vetulus fere centum annorum de infecunda ac sterili coniuge sua sarra fere nonagenaria filium procrearet per dei gratiã iuxta dei promissionem qua ei a domino dictum fuerat, qui egredietur de utero tuo ipsum habebis heredem sarai, vxorem tuam non vocabis saray sed saram, & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum in hac eius fide firmissime & absque hesitatione credidit [vt fieret pater multarum gentium] eorum per fidem eum imitantium, Et quia hæc credendo firmissime sperauit habendo firmissimam fidem cui inseparabiliter coheret spes [secundum quod ei dictum est] a domino per angelum iuxta sententias genesis. xviij. & xxij, supra allegatas: apostolo hic sua autoritate eas allegante: dicendo [sic erit] dixit dominus abrahæ [semen tuum] & corporale & spirituale [sicut stellæ cæli] & hoc quia sicut stellæ cæli præ multitudine numerari non valent: ita etiam nec semen corporale abrahæ numerari valuit: nec hodie semen eius spirituale (quod est congregatio fidelium) numerari valet vt supra deductum est ex sacræ scripturæ autoritatibus. Et etiam quia multi christicolæ eius spirituales filij sunt, velut stellæ cæli propter gratiæ lumen in eis existens & virtutum decorem quo lucent, & quo alios verbo & opere illustrent, ipsamque ecclesiam ornant, quam admodum stellæ cæli suaque claritate mundum illustrent verbis & exemplis cælestia appetentes, cum apostolo dicere valentes. Nostra autem conuersatio in cælis est. Et] abrahæ semen tuum erit sicut [arena maris,] & hoc quia sicut arena quæ est in littore maris præ multitudine numerari nequit: ita etiam & abrahæ semen corporale seu carnale præ multitudine numerari non valuit, Et hodie semen

eius spirituale præ multitudine numerari nequit: & etiam quia multi christicolæ eius spirituales filij ex quo fidem habent, licet non gratiam dei sunt velut arena maris propter eorum malitiam qua terrenis rebus intenti sunt, & suorum peccatorum pondus quo grauati sunt steriles a bono opere effecti: a fluctibus concupiscentiæ carnis & mundi, suo iniquo desiderio quasi cuiusdam maris fluxu opprimuntur, suo desiderio carnali quo carnales effecti sunt in infinitis rebus mundi iacentes fructum boni operis non ferunt [&] abrahæ [non infirmatus est in fide] ex consideratione naturalis impossibilitatis ad prolem habendam & hoc quia promissione a deo sibi facta de prole habenda perfectam absque dubitatione habuit fidem cui nihil defuit, ita vt ipse abrahæ sine fidei firmitate a magnis difficultatibus superari non valuerit [nec] abrahæ considerauit [cum superflua immoratio- ne aut finali stentia] [corpus suum] iam esse memoratum [a] virtute generatiua modo supradicto [cum iam fere centum esset annorum] & hoc quia nonaginta nouem erat annos habens, quando facta est ei promissio de prole habenda ex sarra, & etiam non considerauit cum superflua immoratio- ne aut finali stentia iam esse [emortuam] vultum saræ] & hoc quia ad actum generationis inepta erat præ senectute, ex quo ipsa fere nonagenaria erat. Desierant ei mulieribus & fluxus menstruosi fieri sine quibus naturaliter non fit conceptio, dicenti, postquam a domino abrahæ dictum est, sarai, vxorem tuam non vocabis sarai sed saram, & benedicam ei & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum eritque in nationes & reges populorum orientur ex eo in corde suo risit abrahæ & cecidit in faciem suam dicens, Putas ne centenario nascetur filius & sarra nonagenaria pariet, ergo, cum hæc hoc modo dixerit de prole habenda dubitauit, respondetur abrahæ hæc verba dixisse

gene. xvij

non dubitando, sed admirando de dei virtute quam in eo & sarra primo cognouit. Et id dicitur quia hic dicit apostolus eum non fuisse in fide infirmatum, & ad dictum esaię quo ipse dicit, Pater tuus primus peccauit, dicitur eum de primo parente adam loquutum fuisse, & non de abraham, cum hic dicat apostolus eum non fuisse in fide infirmatum & hinc eorum que sunt fidei nihilei defuisse & eum in nullo fide dubital se, sed tam firmam in dei promissionibus fidem habuisse, vt firmissime crederet & speraret ea que ei promiserat deus adimplenda esse. Cum dictum fuerit abrahe corpus emortuum fuisse ex quo pre se senectute iuxta nature cursum ad generandum impotens errat, contra istud forte dicet quis ex dictis genesi. xvij. xvij. & xxi. genuit sarra ysaac, dum esset nonagenaria ex abraham homine centenario. Vixit sarra centum. xxvij. annis & mortua est. Et post mortem eius abraham aliam duxit uxorem nomine cethura, que concepit ei zaran iecsan & mada & madian & ieseboch & sue. habraam tunc dum duxit cethuram ad minus habentem centum & triginta septem aut octo annos & tunc ex quo cethura ei tot peperit ad generandum non erat abrahe corpus emortuum: ergo nec a fortiore quando ex sarra ei natus est ysaac, huic dicto duobus modis respondetur. Primo dicendo ex promissione a deo facta abrahe qua generaturus erat prole specialem dei gratia corpus eius quod antea emortuum erat, seu ad generandum impotens, restitutum fuisse ad generandum potens, ei data generandi potentia ex qua que muliere siue sene siue iuene. Secundo modo respondetur concedendo abrahe corpus quando sarra ei concepit ysaac, & etiam antequam ei conciperet emortuum fuisse seu pre senectute iuxta nature cursum ad generandum fuisse impotens ex muliere sene & vetula, non tamen ex iuene que facilliter concipit etiam ex hoie sene propter dispositionem eius virtutis passue.

gen. xxiij.
gene. xxv

Nam solent senes propter causam istam ex iuueculis prolem generare, non tamen ex vetulis, que minus apte sunt ad concipiendum: & hoc quia eis deficiunt muliebria, aut si non deficiunt, quia duo senes simul carnaliter conuenientes pre senectute grauantur. Et hinc mulier cui muliebria non difficult ac menstruorum fluxus a sene concipit [in repromissioe enim dei] qua deus tria que ei antea promiserat ei repromisit seu secundario promisit, Vni fuit multiplicatio seminis ad instar & numerum stellarum. Aliud fuit filius generandus ex sarra nonagenaria ab abraham centenario. Aliud fuit benedictio a deo abrahe facta, cum ei a deo promissum est in eo benedicendas vniuersas cognationes terre. Hanc benedictionem deus primo promisit abrahe dum septuaginta quinque annorum esset per hæc verba. Benedicam benedicientibus tibi & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuersae cognationes terre. Et hanc benedictionem ei repromisit deus, dum fere centum esset annorum, per hæc verba. Non celare potero abraham que gesturus sum cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, & benedicendae sint in eo omnes nationes terre. Et hæc verba ab angelo ei post natiuitatem ysaac dicta. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terre, quia obedisti voci meae, deus primo abrahe multiplicationem seminis promisit, dum septuaginta quinque annorum esset circa finem septuagesimi quinti anni, per hæc verba. Suscipe coram & numera stellas si potes, sic erit semen tuum. Et illud ei dominus repromisit sententia hac. Multiplicans multiplicabo semen tuum, & non numerabitur pre multitudinem: & hoc dum octoginta & sex annorum esset, & dum nonaginta & nouem annorum esset per hæc verba. Patrem multarum gentium constitui te. Et etiam hæc Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & velut arenam que est in litore maris.

a deo tria
abrahe
promissio

gene. xij.

gen. xvij.

gene. xxij.

gene. xv.

gene. xvij.

gene. xvij.

gene. xxij.

gen. xvij

gen. xvij

Deus primo abrahæ fere centenarij seu nonaginta & nouem annos habete filium generandum ex sarra fere nonagenaria scilicet octoginta & nouem annos habente promissit, per hæc verba. Sarai vxorem tuam non vocabis sarai sed sarã, & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo: illud ei re promissit deus sententiã hac. Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium sarra vxor tua in qualibet harum repromissionum constans & firmus fuit abrahã: de eo hic subiungente apostolo non hesitauit diffidentia Ies in dei tribus supradictis promissionibus sibi factis non dubitauit, nec in vnam aut aliam partem titubauit, vt diffideret de completionem promissorum propter rerum nouitatem [sed] constans & firmus existens ac fortis effectus [confortatus est fide] a se fortis & constans factus est in fide mediãte qua firmiter deo credidit [dans gloriã deo] deum glorificans atque collaudans tanquam omnipotentem ac veracem pro beneficijs, quibus ei promissoratus & repromissoratus multiplicacionem seminis iuxta numerum stellarum & filium generandum ex sarra nonagenaria ab ipso centenarij, & benedictionem qua in eo benedicenda erant vniuersæ cognationes terre. Hæc fecit abrahã [plenissime] multo intuitu veritatis & potentie dei, certissime [sciens] per naturalem rationem & cognitionem fidei: [quia quæcunque promissit deus potens est & facere.] Alias esset in promittendo improvidus & in exequendo infirmus. Sed hoc falsum est, quia ipse omnia nouit & omnipotens est: de eo dicente apostolo infra. xi. capite. quis enim cognouit sensum domini, aut quis eius consiliarius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuetur ei. Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia ipsi honor & gloria in secula seculorum amen. Hic nõ ait apo-

stolus, quæ presciuit potens est promittere, aut quæ prædixit potens est ostendere aut quæ promissit potens est præscire: sed ait, quæcunque promissit potens est & facere vt ostendat dominum deum. nõ enim vnũ promittere & aliud facere quod iam non est promittere sed prædicere, sed ipsum quicquid promittit id facere. Promiserat enim ipse abrahæ fidem gentium, quãdo ei prædixerat in semine tuo benedicentur omnes gentes. Et illud ipse fecit. Cauendum igitur ne homo se extollat aduersus deum, dicens se facere quod promissit deus. Nam cum ipse fidem gentium fecerit iuxta promissionem ab eo abrahæ factam, ipse est qui facit bonos eos qui boni fiunt: & in bono perseuerare eos, qui in bono perseuerant. Ex quo teste apostolo Ex seipsis tanquam ex seipsis aliquid boni cogitare non possunt & hinc & si partim ex liberi arbitrij vsu recto boni fiunt. Hoc tamen primo & principaliter fit a deo qui operatur velle & perficere pro bona voluntate [ideo] quia abrahã firmissime modo supradicto credidit [&] confortatus est fide gloriã modo supradicto dans deo, & hinc in dei promissione non hesitauit sed fide cognouit, quia quæcunque promissit deus potens est & facere. Illud abrahæ factum [reputatum est] a deo illi abrahæ patri nostro [ad iustitiam]. Ex quo ex illo suo facto seu ex illa eius fide est ipse a deo iustificatus & amicus dei appellatus, & ad vitam æternam acceptatus, & illa eius fides est a deo acceptata tanquam digna, vt quæ abrahæ promissa fuerant executioni demandarentur [non est autem] a moyse scriptum in genesi. xv. capite [tantum propter ipsum] abrahã [quia] illud a moyse scriptum longe post mortem abrahæ scriptum est in commendationem fidei eius (vt ipse sit nobis in exemplum, & vt eius operibus instruamur fide credendo deo in veritate ei obedire [reputatum est] fidei abrahæ factum [illi] abrahæ [ad iustitiam] modo

ñ. co. liij.

philip. ij.

supradicto [sed &] in genesi. xv. capite scriptum illud. C. redidit abraham deo & reputatum est illi ad iusticiam, etiam [propter nos] scriptum est ut sit ipse abraham nobis in exemplum, & ut eius operibus instruamur fide credere deo, & in veritate ei obedire ut sit ipse nobis in iustificationis spem & etiam eius fides: & ut eius opera siue interna siue externa a moysē scripta, ac etiam ceterorū praxū facta sit nobis in cōsolationem ac instructionem, Ex quo teste apostolo infra capite. xv. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus, intelligatur spem habeamus ex fide, si in nobis eadem fides sit quæ in patribus nostris fuit: inter quos præcipuus est abraham [quibus] nobis fidelibus [reputabitur] a deo [credentibus in eum] deum patrem & iesum christum & spiritum sanctū: ita ut credamus non solum deum & deo nō solum xpm & xpō, sed in deū & in christum modo supradicto. [qui] deus pater est etiam christus, & etiam spiritus sanctus [suscitavit iesum christum dominū nostrum a mortuis.] Cui libet nanque diuinę personę attribuitur suscitatio christi patri attribuitur: iuxta illud dauidis in persona xpi ad patrem dictum. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me. Etiam xpō attribuitur ex quo ipse ut deus suscitauit seipsum ut homo est, iuxta christi sententiam hanc. Ego pono animam meam; ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso. potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Etiam personę spiritus sancti attribuitur suscitatio xpi. Ex quo ipsa est operatio ad extra, & nihil agit vna persona ad extra, quin agat & alia, alias opera trinitatis ad extra essent indiuisa [qui] xp̄us [traditus est] in mortē a patre permissiue: iuxta illud infra capite vii. proprio filio suo non pepercit deus sed pro omnibus tradidit il-

psal. xl.

ioan. x.


lum, & a seipso voluntarie: iuxta illud Eph. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Et illud. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum [rationem] propter quā xp̄us a patre permissiue & a seipso voluntarie traditus est in mortem, assignat apostolus dicens [propter delicta nostra] ut mundi peccata auferret, sicuti & ipse mundi peccata abstulit: Ex quo sua morte viatoribus meruit suorum peccatorum ablationē. Et hoc quia ipse pro omnibus sufficienter passus est, eius mors non solum per modū meriti nobis salutaris fuit, sed etiam per modū sufficientię. Et hinc cū christi humanitas quodam modo eius diuinitatis instrumentum esset omnes passionēs humanitatis eius, & actiōes nobis salutiferę fuerunt, ita ut voluerit ipse genus humanum redimere, non potestate sed iustitia assumendo tantam doloris quantitatem: ita ut esset ipsa proportio nata magnitudinis fructus inde sequuturi, scilicet remissioni omnium peccatorum cunctorum hominum [&] ipse xp̄us] resurrexit] tertia die post passionē eius exhibitam [propter iustificationem nostrā] ut suę resurrectionis virtute nobis gratiam iustificandem conferret, & ut nos prius a vitiorum sordibus surgere faceret, & ut nos in virtutum honestate resurgeremus iusti, & ut suę corporalis resurrectionis exemplo nos ad spiritualem resurrectionem induceret: quatinus tandem corporaliter feliciterq; resuscitemur ab ipso, quādo reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę.

ephe. v.
e saic. liij.

ad phil. iij.

Caput quintum.

Textus.



Iustificati igitur ex fide pacē habeamus ad deū per dominū nostrum iesum christum, per quē habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur, in spe gloria filiorū dei. Nō solum autē sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patiētiā operatur. Patientia autē probationē, probatio vero spem, spes autē nō cōfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis.

Notulæ.

pax hoīm

pax dei
passibilita
tē non au-
ferens.ps. cxviii
mat. v.
iob. xxii.

Esa. xlviii

Est pax hominum, est & pax dei quā aliquis habens aliquando patitur. Est alia pax dei, quam aliquis habens a nullo patitur. Pax hominum dicitur inter homines tranquillitas & vnio, qua inter se vniti viuunt, nō discordes, nō dissides: & hæc quādoq; est absq; pace dei. Ex q̄ hæc inter iniquos christianos, & etiā inter gentiles & barbaros reperitur. Pax dei quam aliqui habentes quandoque patiuntur est illa quæ mediante fide charitate & spe viatores deo vniti sūt, ac ei humiliter subditi diuine ordinatiōi suas voluntates in oībus subiūciedo: iuxta diuinæ legis decretum, inter se mutuo viuentes, non discordes, non dissides, sed in omnibus propter deum vnanimis. Et de hac scribitur. pax multa diligentibus legem tuam. Beati pacifici, quoniam filij dei vocabūtur. Acquiesce ei & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Hæc inter iniquos & impios non reperitur, dicente esaya. Non est pax impijs dicit dominus. Viatores hæc pace

vniti quandoque a dæmone, mundo, & carne, impugnantur, ita vt ad dominum conuerti habeant ei dicēdo. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui libera nos. Etiam quandoque & sepe a malis & iniquis impugnantur, vti apostoli hac pace vniti impugnatī sunt, vt librum actuum apostolorū inspicere patet. Pax dei quā aliqui habentes a nullo patitur est illa qua beati in patria existētes mediante dei clara visione fructuōe & tētiōe deo vniti sūt in oībus existētes deo cōformes & inter se vnanimis. Ad aliquē aut in aliquē locū accessū dicere habere quis qui ad illū ingressū habet aditū aut introitū. Est grā dei gratis data: est grā gratū faciēs: de quibus supra cap. primo dictū est, super illud, per quē accepimus gratiā & apostolatū. Spes vera & vt hic accipit aposto, dicēs Gloriamur in spe glorię filiorū dei, est future beatitudinis certa expectatio. Differūt tribulatio & flagellum. Tribulatio est pœna, labor, vel langor, quā iustus patitur, siue externe in corpore siue interne in animo: iuxta illud dauid. Multę tribulationes iustorum. Et flagellū est pœna vel labor vel langor, quā iniquus & iniustus patitur, siue externe in corpore siue interne in animo: iuxta illud dauidis. multa flagella peccatoris. Patientia a patientia aduersitātū & tormētorū aut afflictionū, equanimis tolerantia, absque appetitu vindictę. Cū aliqui dicantur in seipsis aut respectu alicuius rei gloriari, qui ratione illius rei se fama aut laude dignos aut claritate iudicant: ideo hic ait aposto, se & alios ap̄los gloriari in tribulationibus: quia tribulatio quā habuerunt propter xpm eis fuit materia glorię. Ex quo aio lecto propter christū tribulationes passi sūt iuxta illud de ip̄is scriptū. Ibat̄ ap̄li gaudentes a cōspectu cōsiliū, quoniam digni habiti sūt pro nomine iesu cōstumeliā pati. ideo tribulatio dicitur patientiā operari quia ipsa facit tribulationes patientes esse: ex q̄ ipsa est materia & occasio exercēdę patientię. Nam non nisi in aduersis patiens quis esse valet.

pax dei
passibilita
tā auferēs.pax dei
notatio

ps. xxxiii

prio. xxxi

actū. v.
tribulatio
patientiam
operatur.

patietiam
 probatio
 ne operari
 probatio
 peratur
 confundi
 charitas
 dei increa
 ta.
 hic. xxxi.
 chari. dei
 creata.
 diffusum

Cum ait apostolus, Patientiam autem probationem,
 probatio vero spem, accipit probationem p probatum
 esse: Ideo patientia dicitur operari probationem, quia
 declarat & manifestat eum qui patiens est, & qui in
 patiendo assuetus est probatum esse, seu probam ha
 bere exercitationem & boni assuetudinem, & vi
 tiorum expurgationem, & pena ablationem, Ex quo
 sicut dolor interior culpam auferit, ita & aduersitatis
 perpetio, & in hac perpetio assuetudo poenam au
 fert: ideo dicitur probatio operari spem, quia vnus
 quisque ex eo quod per tribulationes insuperabilis ef
 se probatus est, incipit habere spem seu futurę glorię
 certam & firmam expectationem: Ille dicitur confun
 di qui aliquid desiderat, & ab eo quod desiderat de
 ficit: ex quo suum non adipiscitur desiderium, & qui
 in eo ponit suum desiderium, a quo fallitur ac defra
 datur, & qui ab aliquo sic agitur aut impugnatur:
 ita vt velut inanis manens respondere nequeat, aut si
 respondere valeat, id facere nequit, nisi in suum dede
 cus. Istud charitas dei diffusa est in cordibus nostris
 exponi valet de charitate dei increata, & etiam de
 charitate dei creata qua nos eum diligimus. Charitas
 dei increata est ipse deus nos diligens, de qua in perso
 na dñi hic. Charitate ppetua dilexi te, et de qua post
 quam primę iohannis quarto dictū est. Non quasi nos
 dilexerimus eū illic dicitur, sed quoniam ipse prior
 dilexit nos, charitas dei creata, dicitur amor quo nos
 deum plusquam nos aut vllam creaturam diligimus
 & nos ipsos ac proximos nostros propter deum. De
 hac habetur infra cap. viij. Certus sum enim quia ne
 que mors, neq; vita neq; angelus, neque principatus, neq;
 virtutes, neque insuetudo, neq; futura, neq; fortitudo ne
 que altitudo, neque profundum, neque creatura alia
 poterit nos separare a charitate dei, illud dicitur diffus
 sum, quod alicui late & copiose est datum, quod in
 aliquo late & copiose est fufum, atque impressum

[iustificati] iusti a deo effecti & cum (vt in pra
 cedentibus demonstrauit apostolus) ex operibus legis
 nec ex operibus fidem praecedentibus iustificemur, per
 modum conclusionis hic ponit, igitur dicēs [iustifica
 ti igitur sumus nos christicolæ in quocunq; statu su
 mus [ex fide] siue infusa solum, siue acquisita, vna cũ
 [infusa] solū (ex q̄ teste apostolo, sine fide impossibi
 le ē placere deo) iustificatur paruuli absque fide acqui
 sita in susceptione baptismatis deo in eis infundente
 te fidem spem & charitatem, Acquisita vna cum in
 fusa iustificantur christifideles adulti, habēdo fidem
 quæ (teste Apostolo, per dilectionem operatur, &
 sic iustificati iam de cætero [pacem habeamus ad de
 um]. Quæ mediante fide spe & charitate deo vniti
 erimus, ac ei humiliter subditi propter deum absque
 discordia viuentes per congruam & debitam pacem
 quæ pax est omnibus collata [per dominum nostrum
 iesum christum] & hoc quia per eum seu merito eius
 & in merito sanguinis eius effusi pacem istam conse
 quimur: dicente apostolo. Nunc autem in xp̄o iesu
 vos qui aliquando eratis longē facti estis prope in san
 guine xp̄i: ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque
 vnum [per quem] christum, tanquam per mediato
 rem dei & hominum & causam meritoriam [habe
 mus accessum] aditū & ingressum & introitum, ex
 quo ipse est via veritas & vita, & etiam ostiū per
 quod quis ingreditur in paradysum ipsomet dicente.
 Ego sum ostiū, per me si quis introierit saluabitur
 & ingreditur & egreditur & pasca inueniet: per
 quod habeatur talis accessus declarat apostolis dicens
 [per fidem] tanquam per fundamentum totius spiri
 tualis edificij. Ex quo teste apostolo. Credere em̄ oportet
 remūerator sit in quid habeatur supraddictus accessus
 declarat apostolus dicens [in gratiam istam] gratis da
 tam & gratum facientē [in qua stamus] nos apostoli

Expo. text.
ad litteram

heb. xi.

ad gala. v.

ad eph. ij.

ioannis. x.

heb. xi.

ac christi discipuli, in gratia gratis data stabant apostoli, mediante qua dona & munera spiritus sancti & dei beneficia susceperant. Et etiam in gratia gratum faciente, per quam non solum a peccatis resurrexerunt sed etiam fixi & erecti stabant per affectum, eorum mente ad diuina erecta atque celestia non in terrenis iacente, nec viliibus nec infimis immersa. Et nos apostoli gloriamur non in nobis ipsis nec in rebus caducis aut terrenis, sed sine periculo vanitatis mediante spirituali lætitia [in spe gloriæ] in certa expectatione felicitatis æternæ, quæ est gloria filiorum dei omnium scilicet electorum ad vitam æternam a deo præordinatorum. Hanc gloriam filijs suis in futuro seculo se daturum dominus deus disposuit eam se adepturos certa & firma expectatione expectabant apostoli, ex quo eis prædixerat christus eos fore in generali iudicio aliorum iudices sub his verbis, amen dico vobis quod vos qui sequuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus israel [non solum autem] nos apostoli gloriamur in spe gloriæ credendo videre bona domini in terra viventium [sed & gloriamur] sine periculo vanitatis mediante spirituali lætitia [in tribulationibus] in aduersis, in persecutionibus, in tentationibus, in egrationibus, in pœnis, in laboribus, in languoribus, quos nos apostoli & si iusti simus patimur, siue externe in corpore siue interne in animo. Has passiones sustinendo sciebant apostoli se fama aut laude aut claritate dignos, & hinc non immerito dicit apostolus se & alios apostolos in his gloriari propter christum, ac si diceret, quia sumus [scientes quod tribulatio patientiam operatur]: & hoc quia frequens tribulatio confert anime consuetudinem exercendi patientiam: ita ut anima in virtute patientiæ inconcussa atque immobilis reddatur: ita ut dulce ei sit pro dei amore & proprio

math. xxii.

rum peccatorum purgatione tribulationem sufferre patienter seu æquanimiter sustinendo ac tolerando aduersitates & tormenta & afflictiones [patientia autem] quæ est in contrarijs vel oppositis anime vel corpori æquanimis tolerantia operatur [probationem] & hoc quia in patientia habituum probatum reddit eius virtutis assuetudinem confert [probatio vero] qua quis probatus est operatur & efficit [spe] & hoc quia qui per tribulationes insuperabilis probatus est incipit habere certam & firmam expectationem felicitatis æternæ [spes autem] quæ est certa expectatio præmij æterni ex meritis & gratia [non confundit] & hoc quia habentem fidem & charitatem & firmiter in domino sperantem, non fraudat, non fallitur, non decipit, nec sic desideranti gloriam æternam in suo desiderio deficiat: dicitur dauid, Etenim vniuersi qui sustinent te non confundantur. In te domine speraui non confundar in æternum. Et ecclesiastici scriptura, Scitote quia nullus sperauit in domino & confusus est. Firmiter igitur atque inuolabiliter in domino sperare debemus: ita ut veraciter cum iob dicamus, etiam si occiderit me in ipso sperabo. Ratione quare spes non confundat sed impleatur, assignat apostolus dicens [quia charitas dei] increata & etiam creata diffusa est in cordibus nostris: & hoc quia ipse deus nos diligens speciali modo ac copioso nobis datur ac in nobis specialiter imprimitur in nobis inhabitando ex qua inhabitacione copiose laet & ardentem sequitur amorem in nobis imprimi quod nos deum diligimus, propter seipsum & nos ipsos ac proximos propter deum, & hæc nobis conferuntur [per spiritum sanctum] a spiritu sancto cui appropriat bonitas, liberalitas, clemencia, comunicatio, & per consequens charitatis infusio. Et exinde per spiritum sanctum nobis dari dicitur, pater, & filius, & ipsemet spiritus sanctus. Et donum dei quodcumque sit illud, non est ita ut hæc non dentur a patre & filio, quia hæc a tota trinitate homini conferuntur, sed quia liberalitas & supradicta spiritui sancto

psal. xciiij.
psal. xxx.
eccle. ij.

iob. xij.

attribuuntur: dicuntur per spiritum sanctum nobis dari: qui spiritus sanctus datus est nobis. In patre & filio & etiam a seipso tanquam pignus & ara felicitatis æternæ. Ipse enim spiritus sanctus dator est ac donum: proceditque a patre & filio per modum donabilis, quoniam ipse charitas est, seu amor patris & filii. Amor autem primum est donum gratuitum, in quo dona donantur omnia, hinc spiritus sanctus electis datur, non solum in suo dono, sed etiam in seipso. Ex quo per charitatem habetur & in electis est nouo specialique modo dicente xpo. Ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum spiritum veritatis.

ioan. xiiij

Textus.

¶ Ut quid enim christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impijs mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitam quis audeat mori. Commendat autem deus charitatem suam in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus christus pro nobis mortuus est, multo magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.

Notula.
infirmitas
corporaliter.
infirmitas
spiritualiter.

¶ Dicitur quis infirmus corporaliter, & etiam spiritualiter. Ille dicitur infirmus corporaliter cuius humorum debita armonia dissoluta est, ille dicitur infirmus spiritualiter cuius per peccatum debitus affectionum ordo exclusus est, aut quia ignorat deum aut ea que facere tenetur, aut quia volens seruare dei mandatum vincitur fragilitate carnis, aut quia ex se tanquam ex se non est sufficiens aliquod bonum cogitare aut velle

aut facere pietas dicitur cultus & religio dei, a quo dicitur pietas quis pius, id est religiosus. E contra impietas dicitur irreligiositas a quo venit impius, id est irreligiosus impietas sus cultu dei ac eius religioe carens: iuxta dictum beati ambrosij, in hoc differunt iustus & bonus, quia iustus dicitur ille qui in virtutibus exercitatus est, & in obseruatione iustitie strenuus est atque seuerus. Bonus vero dicitur ille qui simplex & innocens est nondum, sic exercitatus. Quia in hoc textu dicat apostolus nos infirmos fuisse & pro impijs xpm mortuum fuisse: & deum commendare charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus pro nobis mortuus est, videtur ponere differentiam inter infirmum, impium, & peccatorem, & non sine causa variasse, hæc tria nomina. Ex quo sub his tribus nominibus comprehendere videtur omne genus peccati: ita ut infirmus dicatur ille cuius per peccatum debitus affectionum ordo exclusus est modo supradicto, & impius dicatur ille qui modo supradicto irreligiosus est & peccator dicatur ille qui deum offendit venialiter aut mortaliter: aut qui cum originali natus est filius iræ. Quid sit ira dei supradictum est in diuersis locis.

infirmitas
impium &
peccatorum
differentiam

¶ [V T quid enim] vehementi loquutione & affectu plena, hic loquutus apostolus ac si dicat. Nunquid gratis christus mortuus est. Nunquid sine fructu: Si sine fructu spes quæcunque credentem confunderet. Quasi dicat. Omnino non potest spes in christum recte credentem confundere, quoniam [christus cum adhuc infirmi essemus] infirmitate spirituali: ita ut per peccatum debitus affectionum ordo exclusus esset modo supradicto [secundum tempus] ab eo & a patre præordinatum, & quo totus sub peccato tenebatur mundus, & in quo deus filium suum cum plenitudo temporis aduenit misit in terris natum ex muliere factum sub lege. [pro impijs] & non pro infirmis tantum

Expo. text
ad litteram

sed etiam & pro peccatoribus honorem dei ac eius
 amorem non habentibus qui impij dicuntur [mortuus
 est] christus secundum tempus, seu vt certo tempore
 in morte moraretur, die scilicet tertia resurrecturus,
 vt nos a peccatis eriperet & iustificatos aeterni regni
 instrueret heredes & confirmaret charitate dei in cor
 dibus nostris, diffusa per spiritum sanctum qui datus est
 nobis [vix enim] raro & difficulter, cum vt experie
 tia constat amor huius vitæ tantus sit, vt etiam cū ius
 ta mortis causa aduenerit vix mortem quis patietur
 accipiat [pro iusto] homine illo qui in obseruatione
 iustitiæ est constans atque immobilis pro inquã tali
 iusto a morte eruendo [quis moritur] quasi dicat apo
 stolus, nullus aut rarus reperitur, qui pro iusto mortem
 pati velit, ex quo hæc dictio quis pro nullo aut pro ra
 ro in scripturis ponitur. Pro nullo iuxta illud dauid,
 deus qui similis erit tibi, quis id est nullus pro raro vt
 in hoc loco & etiã in psalmo, cui vbi dicitur, quis sapiens
 & custodiet hæc [nam pro bono forsitan quis
 audiat mori] hic loquitur apostolus ac si dicat: et si
 vix seu raro & difficulter pro iusto a morte eruendo
 quis mortem pati velit. Nam quamuis iustus melior
 sit bono: ex quo iustus dicitur homo qui in virtuti
 bus continue & constanter versatur aut versati para
 tus est. Bonus vero dicitur homo deo placens nondum
 in virtutibus sic illectus attamen minus miserabilis seu
 miseratione minus digna iudicatur voluntas & actio
 pro iusto quempiam velle mori quã pro bono. Quo
 niam non sine rigore & seueritate se habet causa talis
 & causa boni totaliter in misericordia consistit.
 hinc miserabilior est, attamen & si miserabilior sit scri
 bit hic apostolus (& pro bono forsitan quis audeat
 mori) ac si diceret nullus aut rarus reperietur talis, me
 tu mortis cunctos terrente. Nam nullus aut rarus repe
 ritur patietur mortem accipiens etiam in eum adueni
 ente mortis causa hinc sola mors pro deo suscepta &

psa. lxxxii

exaltatione nominis eius videtur esse illa quæ cū om
 ni audacia suscipitur. Nulla tamen tunc rebellionem seu
 suauitatis contra rationem insurgente ita vt vix mo
 ueantur corporis membra. Quam mortem susceperunt
 septem machabei cū eorum matre qui non solum
 martyrium susceperunt, sed etiam contumelias in ty
 rannu iniecerunt. Et tres pueri in camino ignis arden
 tis coniecti, qui cum omni fiducia cantabant canticum
 illud. Benedicite oia opera domini domino, & aposto
 li de quibus legitur & illi quidam ibant gaudetes a conspe
 ctu consilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu
 contumeliã pati. Et martyres qui pro nomine christi
 mortem passi sunt: de quibus ad hebræos habetur. Sancti
 per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiã
 adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum
 extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladii
 conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello,
 & quæ sequuntur. Et si in nouo testamento huiusmodi gene
 ris fere innumerabiles extiterunt, qui suas in mortem ani
 mas pro christo & exaltatione sui nominis tradiderunt: at
 tamen ad comparationem carnalium & mori pro christo tre
 pidantium tam pauci fuerunt, vt propter raritatem de
 eis dicatur. Forsitan quis audeat pro christo & exaltatio
 ne nominis eius mori. Et hinc cum dominus noster iesus
 christus, non pro suo reatu mortuus sit cum iustus
 fuerit & in eo non fuerit inuentus dolus, & non solum
 pro bonis & iustis, sed etiam pro peccatoribus & in
 firmis & impijs mortuus sit, in eo multum laudabilis
 charitas fulget, quam pre oculis habendam & comen
 dandam ex precedentibus nobis ostendit apostolus: &
 etiã ex subsequentibus sub his verbis [commendat autem]
 commendabilem & laudabilem ostendit [deus] pater vna
 cum tota trinitate [charitatem suam in nobis] dilectio
 nem, qua nos prosequitur, & qua nos diligit et confir
 mat atque constabit, et qua sua misericordia liberali
 tate promotus nos dilexit et diligit, iuxta illud dauid,

secundi ma
chab. vii.

daniel. iii.

actu. v.

heb. xi

psal. lxxvii.

pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue
 & infirmata est. tu vero perfecisti eam. ex quo per
 pluuiam voluntariam intelligit regius psaltes gratia
 a deo nobis gratis & liberaliter datam qua per esse
 ctum suę maxime pietatis nos dilexit. [Quoniam cũ
 adhuc peccatores essemus] ab originali peccato & a
 pœna ei debita nõ redempti sub iugo vitiorum subie
 cti & vinculis peccatorũ irretiti. Etiam & si non om
 nes saltem aliqui deum cognoscentes & ea quę face
 re tenebantur libere dei mandatum cõtemnentes, &
 odientes disciplinam dei & proñciētes sermones eius
 [secundum tempus] tempore a patre & tota trinitate
 præordinato [christus pro nobis mortuus est] vt nos
 a cruciatu perpetuę mortis saluaret. vt mortificati car
 ne viuificati que spiritu illi seruiamus in sanctitate at
 que iustitia. Ex quo in nobis refulget dei patris in
 estimabilis charitas: iuxta illud iohannis. Sic deus di
 lexit mundum vt filium vnigenitum daret, & illud
 epheseo: propter nimiam suam charitatem qua dile
 xit nos & cum essemus mortui peccatis cõuiuificauit
 nos in xpõ, cuius gratia estis saluati [multo magis]
 multo amplius, multo perfectius, & multo habundã
 tius [igitur] ex præcedentibus sequitur cum ex fide
 iustificati simus, & fides in merito passionis christi
 iustificet & ex fide iustificati fuerint patres qui pas
 sionem christi præcesserunt in merito tamen passio
 nis christi exhibē de quod multo amplius, multo per
 fectius & multo habundantius [iustificati nũc] in hoc
 tẽpore gratię sumus [in sanguine ipsius] xp̄i in merito
 sanguinis eius effusi, & in merito passionis eius exhibi
 tẽ. Ex quo per meritum illud est nobis ianua paradisi
 aperta & datus ad paradisu introitus & a christo (de
 mone fortiore) sunt erepti, quos fortis ipse dæmon in
 vinculis tenebat. Et etiam quia omne meritum nostrũ
 in merito passionis christi exhibet fundatur, Et ex in
 de si auxilium domini imitando quod in nobis est fe

ioan. iij.

ephe. ij.

cerimus [salui erimus ab ira] a virtute quę præest
 ministris pœnarum, & quę peccatoribus pœnam in
 fert & a delicti vindice stimulo, & ab vltiõe dei, quã
 ipse absque vlla animi perturbatiõe, & absque vlla
 sui mutabilitate super iniquos damnatos exercet, &
 ab his eripiēmur, & salui erimus [per ipsũ] iesũ chri
 stum: ex quo & si ex fide iustificemur & saluemur.
 Istud tamen fit in merito passionis christi exhibitæ & Textus,
 sanguinis eius effusi.

Si enim cum inimici essemus recon
 ciliati sumus deo per mortẽ filij eius.
 Multo magis reconciliati erimus in vi
 ta ipsius. Non solum autem sed & glo
 riamur in deo, per dominum nostrum
 iesum christum, per quem nunc reco
 ciliationem accepimus.

Notulæ.

illi dicuntur aliquorum inimici qui eis contrarian
 tur, qui eis aduersantur, qui in odium eorum ea agunt
 opera quę sciuntis displicere. Illi dicuntur deo inimici
 qui ei per vitium, & præcipue originale aut mortale
 contrariantur, qui ea opera siue interna siue
 gũt, quę non amat deus, qui eius cõtrariantur mada
 tis aut phibitiõibus aut qui ea opera siue interna siue
 externa omittũt, quę deus vult fieri. Et ex cõsequenti
 vnusquisq; tã grauis deo efficitur & tã odibilis eius
 inimicus quantũ multiplicauit opera inimicitis digaa
 & secũdũ hunc modũ aliqui sunt deo per inimicitia
 in hoc mundo contractã alijs minus acceptabiles, & in
 inferno secũdũ qualitã & quãtitã peccatorũ dis
 creti. Vnde & ille qui supra omnes peccauit ab apo
 stolo, homo peccati & fidei catholicę inimic⁹ destru
 endus memoratur, Econtrario illi dicuntur amici dei
 qui ei per vitium non contrariantur, qui ea opera siue

inimici.

ij. test. ij.

amici dei,

interna siue externa agunt, quæ amat de⁹ qui ea opera
 nō omittūt quæ deus vult fieri. Et ex consequēti vnus
 quisque tam acceptabilis deo & amicabilis efficitur,
 quantum multiplicauerit opera amicitis digna. Et se-
 cundum hunc modum in hoc mūdo aliqui sunt alijs
 deo magis acceptabiles, & in cælo magis familiares,
 qui semper assistunt in conspectu altissimi, ita vt pro
 virtutum meritis habeantur aliqui a deo summi eius
 amici: ita vt in cælo aliquis sic amicus dei vocetur:
 sicut in terris moyses amicus appellatus est. Illi dicuntur
 reconciliati qui quandoque inimici fuerunt, & postea
 inimicitia semota amici effecti sunt. Illi dicuntur
 deo reconciliati, qui aliquando eius inimici fuerūt &
 postea ad eius amicitiam reuocati sunt, deleta inimicitie
 causa, quæ est peccatum [si enim] pro quia [cū
 inimici essemus] deo per peccatum originale in nobis
 contractum aut peccatum a nobis commissum, modo
 supra de inimicis dei dictis [reconciliati sumus
 deo] postea per reuocationem qua ad eius amicitiam
 reuocati sumus. Per quid sic reconciliati sumus. Res-
 pōdet apostolus dicens [per mortem filij eius] quæ
 processit ex voluntate dei patris, & eius filij, iesu chris-
 ti patientis, cuius voluntas informata fuit ad susti-
 nendam mortem. tum ex obedientia ad patrem: iux-
 ta illud philip. ij. Factus est obediēs vsque ad mortem
 mortem autem crucis: tum ex charitate ad homines
 iuxta illud ad ephes. v. Christus dilexit nos & tradi-
 dit semetipsum pro nobis oblationem & hostiā deo
 in odorem suauitatis. Et ex quo christi mors merito-
 ria & satisfactoria fuit, pro nostris peccatis & in tan-
 tum deo patri accepta, vt pro omnium hominum re-
 conciliatione sufficiens fuerit: apostolo inquirente. Per
 ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad pa-
 trem. postquam hic apostolus dixit, Si enim cum ini-
 mici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij
 eius quasi per modum illationis subiunxit multo

reconciliati

deo recō.

ad ephes. ij.

magis reconciliati salui erimus in vita ipsius] ac si dis-
 ceret cum inimicitia deleta reconciliati sumus deo pa-
 tri per mortem iesu christi filij eius [multo magis]
 multo amplius, multo facilius ac ampliori modo [sal-
 ui erimus] non solum ab inimicitia prædicta, sed etiam
 vitam æternam consequēdo [in vita ipsius] chris-
 ti: ex quo cum potuit per suam mortem nos iustifica-
 re a fortiori valet ipse iam in gloria viuens per suam
 resurrectionem & gloriam nos beatificare, præfer-
 tim cum vnum iustificatio ordinetur ad aliud, puta
 ad beatitudinem [non solum autem] cum inimici es-
 semus reconciliati sumus deo per mortem filij eius:
 & non solum reconciliati in vita ipsius salui erimus
 in futuro vita æterna adepti. [sed &] Nunc in hoc
 præsentī exilio huius viæ existentes [gloriamur in
 deo] exultantes per spem in deo in ipso laudem nos-
 tram & claritatem ponentes in contemplatione ac
 dilectione eius gaudentes, ipsum nunc videndo in
 enigmatē sperando eum aliquando videre in re me-
 diante eius clara visione. Et nos istud habemus [per
 dominum nostrum iesum christum] ex quo ipse nos
 bis via factus est & ostium quo accedere ad deum
 valemus, & etiam quia mediante merito passionis
 eius exhibitæ in deo speramus & exultamus, qui tan-
 ta largiri nobis dignatus est bona, per christum [per
 quem nunc] tempore hoc gratiæ [reconciliationē]
 cum deo patre & tota trinitate [accepimus.] Ex quo
 per christum nos qui inimici eramus, quemadmo-
 dum iustitiæ inimica sunt peccata, amici facti sumus
 deo patri & toti trinitati. Ex quo ipse xpus soluit ini-
 micitiā in carne, & eam interficit in cruce in merito
 passionis suæ exhibitæ, ablata inimicitie causa,
 quæ inter deum & nos erat plena pace cum deo nos-
 bis collata per sanguinē eius effusū de xpō & patre di-
 cente apostolo, placuit per eū reconciliari oīa in ipsum
 pacificans per sanguinē crucis eius, siue quæ in terris,
 siue quæ in cælis sunt.

ad collo. i.

Propterea sicut per vnum hominē
peccatum in hunc mundum intrauit,
& per peccatum mors. Et ita in om-
nes homines mors pertransiit, in quo
omnes peccauerunt. Vsq̄ ad legem
enim peccatum erat in mundo, pec-
catum autem non imputabatur, cum
lex non esset, sed regnauit mors ab a-
dam usque ad moysen. Etiam in eos
qui non peccauerunt in similitudi-
nem præuaricationis adæ, qui est for-
ma futuri.

Notulę.

Hic apostolus per vnum hominem intelligit primū
parentem adam, de quo scribitur. Factus est primus
homo adam in animam viuentem. Hic per mundum
intelligit omnes qui descēderunt ex massa adæ, corru-
pta generatione naturali, ex coitu maris & femine &
qui in eorum conceptione ab originali non sunt præ-
seruati. Hic dicēs & per peccatum mors. Et ita in oēs
hoies mors pertransiit de morte naturali loquitur: Di-
cens sed regnauit mors ab adā vsq̄ ad moysen, ac-
cipit mortē pro morte spiritali, quæ est per pecca-
tum separatio a deo: Dicens. Per vnum hominem in
hunc mundum peccatum intrauit, loquitur de pecca-
cato originali ex vitio actuali primi parentis in totā
suam posteritatem traducto, & hinc originale dictū
est tanquam originem sumens a vitio primi parentis
Dicens vsq̄ ad legem em̄ peccatū erat in mūdo loqui-
tur indifferēter de peccato originali aut actuali. Dicēs
peccatum autem non imputabatur, cum lex nō esset
indifferēter loquitur de lege naturali aut mosaica,
& quo ad vt ranque de peccato actuali. Illud dicitur
pertransire

pertransire quod alterius causa aut medio alterius
trāsīt in alios vel in aliud. Illud dicitur imputari, quod
ad penam subeūdā obligat aut iudicatur obligare
dicens apostolus. Sed regnauit mors ab adam, vsque
ad moysen, accipit moysen pro lege mosaica; vti ac-
cipit abraham, quando diuiti epuloni ipse respondit. lucā. xvi.
Habent moysen & prophetas audiant illos. Etiam vti
accipit lucas, quādo de xpo ipse dixit incipiens a moy-
se & omnibus prophetis interpreta batur illis in omni-
bus scripturis, quæ de ipso erant. Etiam illic accipi-
tur regnauit prout tantum valet sicut regnū accepit
Et hoc quia mors spiritalis vsq̄ ad finē legis mosai-
cæ sic in hominibus dominum accepit, vt eos ad vi-
tam æternam. que vera vita est venire nō permiserit. peccare in
illi dicuntur peccare in similitudinem præuaricatio-
nis adæ qui post acceptam ab eis legem eam per pec-
catum transgrediuntur. Illi dicuntur non peccasse ꝑ
similitudine præuaricationis adę, qui non sponte aut adę
scienter aut voluntarie, aut cum studio peccauerunt,
vti fuerunt, & sunt paruuli qui non actuale peccatum
habent sed solum originale.

Propterea] quia per christum sumus reconciliati, Ex po. tex
idcirco [sicut per vnum hominem] primum parentem ad literam
adam [peccatum] quo adam transgrediendo præce-
ptum a domino sibi datum peccauit [in hunc mun-
dum] in omnes [intrauit] suum in supradictos in-
troitum fecit. Ex quo omnes sic ab adam descenden-
tes in iniquitatibus concipiuntur, in persona generis
humani dicente dauid. Ecce enim in iniquitatibus con-
ceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea [&
per peccatum] supra dictum [mors] corporis. subse-
quuta est, quia si nō peccasset, hō subditus mortī nō
fuisset [& ita] quia si homo peccauit primus pa-
rens adam qui principium generationis humane fuit
Ex quo originalem iustitiam, non solum pro se, sed
& pro tota sua posteritate perdidit, ipso illa iustitia

psa. l.

gene. ij.

destituto [in oēs homines mors pertransiit] ex quo peccatum adæ causa fuit & medium. quo in posteros suos originale peccatum traductum est. Et per originale peccatum mors traducta est, contra eum & totā suam posteritatem sententia a deo lata de qua scribitur. Quia audisti vocem vxoris tuæ & comediti de ligno, ex quo preceperam tibi, ne comederes: maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cū tuis diebus vitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā, de qua sumptus es, quia pulvis es, & in pulvere reuerteris [in q̄] primo parēte adam [omnes] ab eo descēdentes [peccauerūt] non actualiter, sed virtualiter, originale peccatum incurrendo, quod eis imputatur ad culpam. Et hoc quia aliquo modo erant in primo parente & idē cum ipso. Nam ex quo principium fuit generationis omnes humanæ creaturæ in ipso fuerūt, veluti in vna specie multa individua sunt, & in vno corpore multa membra. Et hoc secundum corpulentam substantiam seu naturalē propagationem: ideo peccate primo parente, & ipso iustitia originali destituto, posterius eius iuste priuantur eadē iustitia, & in ipsos merito transfunditur originale vitium cum producuntur ipsi ex libidine coitu maris & fœminæ carnē humani corporis in ambrione inficiente, quæ caro infecta animā nascit: dum ipsa in corpus introducit, nec adæ posteritati sit iniuria, sicut nec primo parenti: & hoc quia ista iustitia ei & suis nō debebatur aut cōpetabat naturaliter: imo nec dei beatifica visio, quæ adæ posteritas dū originali infecta est priuari meretur propter ipm originale peccatum & originalis iustitiæ iustā priuationem [vsque ad legem enim] mosaicam cōsummata, quæ consummata est, præcipue quo ad sua legalia & cerimonialia, quādo christus in cruce pendens dixit, cōsummatū est [peccatū] originale & actuale.

[erat in mundo]. Et hoc quia quādiu lex mosaica in suo vigore mansit peccati originalis aut actualis reatus non potuit per legem illam nec sua sacramenta deleri aut ianua paradisi aperiri. Nec etiā ante legē moysi, per legem, nā si potuisset peccati reatus lege deleri potuisset & lex iustificare. Ex hinc ex lege vere esse iustitia, quod est contra dictū apostoli supra capitibus. ij. & quarto. Legē vero mosaica cōsummata nō sic fuit peccatū in mundo, Nam aduenit xpus qui præcepta legalia ac cerimonialia cōmutauit in euangelica, & qui in virtute passionis suæ exhibitæ & sanguinis eius effusi virtutem contulit sacramentis nouæ legis euangelicæ cōferendi gratiam ex opere operato solū uēdo in carne sua inimicitia, quæ erat inter genus humanum & deum, & eam interficiendo in cruce. Hanc solū uisse videtur in carne quo ad eos qui adhuc certant aduersus peccatum ei pro viribus repugnando: & hoc quia in carne sua diuersas sustinuit pœnas, absque tamen peccato, vt exemplū daret hominibus resistēdi peccato, vsque ad mortem, in hoc interfecisse videtur inimicitiam in cruce, quo ad eos qui in virtute sacramēti baptismi suscepti sunt sine peccato. Et etiam quo ad eos qui peccatum iam non recipiunt: ex quo membra sua mortificauerunt peccato ita vt eorum quisque dicere valeat illud. christo cōfixus sum cruci. Galath. ij. Vivo autem, tam non ego. Viuit vero in me xpus. Pro confirmatione huius sententiæ adducitur dictū apostoli istud. Nunc autē in christo iesu vos qui aliqui eratis lōge facti estis prope in sanguine xp̄i: ipse em̄ est p̄ix nostra qui fecit vtraque vnū & medium parietē maceræ, soluens inimicitias in carne sua, legem mādatorū decretis euacuans, vt duos cōdat in semetip̄. n̄ in vnū hominē faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore deo per crucē interficiēs inimicitias in semetip̄, & veniens, euangelizauit pacē vobis, qui longe fuistis, & pacem his qui prope, quā per ipm habemus accessum abo in vno spiritu ad p̄cema

galath. ij.

ephes. ij.

Dictū subsequens de lege naturali sic exponitur [pec-
 catum autem] id quod vitium dicitur quia cōtraria-
 tur praecepto dei, aut eius prohibitioni [non imputa-
 batur] ad culpam aut poenam subeundam, [cū lex]
 naturalis [non esset] in homine viatore ob defectum
 aetatis & hoc quia quādiu ātiquus vir in hoc mundo
 vixit viuunt aut viuēt: qui ob defectum aetatis nō va-
 let discernere inter bonum & malum, aut quae lex na-
 turalis praecipit aut prohibet si quid perpetraverit le-
 gi naturali, contrarium illud ei non imputatur ad cul-
 pā aut poenā subeundā: iuxta dictum apostoli infra
 vii. capite istud. Sine lege em̄ peccatū mortuum erat.
 Ego autem vivebam sine lege aliquando. Qui enim
 in sola naturali lege vixerunt, & propter sua errata
 ad poenam subeundam iudicati sunt, post legem na-
 turale ab eis acceptā & susceptā iudicati sunt: vt de ca-
 in & de lamech scribit̄. Et de diluio q̄ terra iudica-
 ta est & de maledictōe qua a noe maledictus fuit fili⁹
 eius cham. Et de subuersiōe sodomē & gomorrē. Et
 de duobus eunuchis pharaōis. & de punitōe duode-
 cim fratrum ioseph ipsis dicentibus. Merito hęc pati-
 mur, quia peccauimus in fratre nostrū, videntes angu-
 stiā animā illius, dum deprecaretur nos, & nō audiu-
 mus: idcirco venit super nos ista tribulatio. Et de pla-
 gis pharaonis de quibus scribitur in exodo a septimo
 capite vsque ad decimumquartum inclusiue. De lege
 mosaica istud idem dictum sic exponendū venit [pec-
 catum autem] ante susceptionem legis mosaicae non
 cognoscebatur tam graue esse, sicuti erat & ignora-
 batur, qua poena determinata puniendus esset pecca-
 tum perpetrans, gratia exempli, Homicidium. Et etiā
 multa ignorabantur vitia esse quae post legem illam
 susceptam cognita sunt vitia esse. & exinde [non im-
 putabatur] ad tantam grauitatem aut ad talem vel
 talem poenam, & etiam multa erant quae ad culpam
 tunc non imputabatur [cum lex] mosaica [nō esset]

gene. iiii.
 gene. vii.
 gene. ix.
 gene. xix.
 gene. xl.
 gen. xlii.

a deo data, quae postea imputata sunt ad culpam, ex
 quo praecepta sunt, & antea non erant praecepta. Etia
 imputata sunt ad talem vel talem poenam vt videri
 potest in exodo capitibus xxi. xxii. & xxxii. Et etiā
 imputata sunt ad maiorem culpam & poenam pro-
 pter legem mosaicam scriptam susceptam. Iuxta mo-
 dum supra declaratum super illud capitis secundi. In
 omnem animam hominis operantis malum, iudē pri-
 mum & grēci [sed regnauit] praeualuit & regnum
 accepit [moi] spiritualis [ab adam] peccato ab eo cō-
 misso [vsque ad moysen] vsque ad consummationē
 legis mosaicae. Et hoc quia vsque ad tempus illud sic
 praeualuit & dominata est in hominibus spiritualis
 mors: ita vt reatus peccati sic in ipsis dominaretur vt
 eos a vita aeterna excluderet. Consummata vero lege
 mosaica aduenit gratia saluatoris christi, quae domi-
 nium istud abstulit hominibus per passionem suā ex-
 hibitam & sanguinem eius effusum ad gloriam da-
 to aditu. Ex quo per eum apo. dictum supra allega. ad
 colloceñ. primo. Omnia reconciliata sunt siue quae in
 terris siue quae in celis sunt [etiam] mors supradicta
 regnauit modo supradicto [in eos] in partulos etiam
 circūcisos [qui non peccauerunt in similitudinem pre-
 uaricationis adae] ex quo ipsi post adeptam legem eā
 per peccatum nō sunt transgressi. Et hoc quia ipsi nul-
 lam legem adepti sunt nec actuale commiserunt, sed
 solum originale contraxerunt: & tamen post circun-
 cissionem ab eis susceptam, morte corporali eis adue-
 niente sic reatus peccati in eis dominium accepit, vt
 eos vsque post consummationem legis mosaicae ad
 vitam aeternam (quae vera vita est) venire non per-
 miserit ipsis vna cū patribus in limbo manentibus vs-
 que quo in cruce xp̄i spiritum emisit [qui] adam
 primus parens, est effectus [forma futuri] ideo pri-
 mus parens adam, qui (teste apostolo) factus est in ani-
 mam viuentem nouissimi adae qui eodē teste factus

primē. co-
 rinth. xv.

est in spiritu uiuificantem dicitur fuisse aut esse, quia partim a simili & partim a contrario dicitur eius forma. A simili quia sicut adam sine patre ex uirgine terra factus est, ita xps secundus adā ex uirgine maria sine semine cōceptus est absque patre terreno. Et etiam quia sicut ille est omnium pater secundum carnē sic & xpus secundū fidē, & quia sicut dormiente adā facta est eua de latere eius. Ita etiam mortuo christo lancea percussum est latus eius ut profluerent sacramēta, quibus formaretur ecclesia. A contrario primus adā nouissimū adē. s. xpi, ideo factus est forma, ut sicut (apostolo in hoc capite teste) per illius inobedientia peccatores constituti sunt multi: ita & per xpi obedientiam iusti constituuntur multi. Et sicut omnes in adam moriuntur: ita & in xpo omnes uiuificantur.

i. co. x v.

Textus.

Sed non sicut delictum, ita & donū.
Si enim unius delicto multi mortui sunt, Multo magis gratia dei & donū in gratia unius hominis iesu christi in plures habundauit. Et nō sicut per unum peccatum ita & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem. Gratia autem ex multis delictis in iustificationem.

Notulę.
delictum.

gratia.

donum.

¶ Hic accipitur delictū & etiam peccatum pro originali uitio a primo parente ad im contracto, & in oēs transfuso, qui ex coitu maris & femine concepti sunt & ab originali in eorum cōceptione non sunt preseruati. Hic accipitur gratia pro deo libere & gratis nos iustificante, & etiam pro gratia gratum faciente mediante qua iustificamur. Hic accipitur donū pro deo nobis nostra condonante peccata, & etiam pro tribus uirtutibus theologicis, scilicet fide, spe, & charitate, in su

ceptione baptismatis infusus. Cum hic dicitur si enim unius delicto multi mortui sunt loquitur de morte spirituali ex uitio originali procedente, mediante qua in originali decedentes a beatitudine æterna exclusi sūt. Hic dicēs apostolus. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum in gratia unius hominis iesu christi in plures habundauit, cōparatiue loquitur, cōparando ly plures a ly multi: ita ut uelit dicere, plures suscepisse habundantem iesu christi gratiam qua mortui sint ex uitio originali a primo parente adā contracto. Non enim refertur ly plures ad plura peccata: ex quo ut uidetur si ita esset superflue loqueretur apostolus: & hoc quia eadem uideretur sententia huius textus cū sententia textus sequētis, in qua dicitur. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem. Gratia autē ex multis delictis in iustificationem sed cū non fuerit superflue loquutus apostolus, & nihil in sua loquutione posuerit sine causa dicitur hic ipsum cōparatiue loquūtū fuisse cōparatione qua cōparauit ly plures ad ly multi modo declarato.

¶ [Sed nō sicut delictū] adē se habuit [ita] se habuit [& donū] quo deus noster per suam gratiā miseretur fidē, spem, & charitatem, in nobis infundendo. Nam in hoc differunt quod delictum operatur in nobis omnibus mortē temporālē, donū autē uitā æternā. [Si ei] pro quia [hoīs unius primi parētis, s. adē] [delictū] originali uitio ab eo cōtracto [multi mortui sunt] oēs qui ex libidinoso coitu maris & femine cōcepti sūt & in eorum cōceptione ab originali nō sunt preseruati morte spirituali mortui sunt. Ex q̄ uitū illud sufficiens fuit a beatitudine æterna eos separare [multo magis] multo amplius, multo perfectius multo habundantius & multo fortius [gratia dei] ipse deus a quo & gratia eius grafa. med. qua iustificamur [& donum] quod est ipse deus nostram subleuās miseriam & etiam nobis ab eo largitio uirtutū [in grā] per singularē ac sumā gratiā uirtutū perfectionē ac meritū [unius hoīs iesu christi

Qui deus est & homo : qui vt deus hominibus cōdo-
nat peccata, qui vt homo peccatorum remissione no-
nat peccata, qui vt homo peccatorum remissione no-
his meruit ac primā gratiam [in plures] humanas ra-
tionales creaturas [Habundauit] Ex quo habunde &
habundanter ex sufficientiā passionis christi pluribus
concessa est gratia supradicta & donum supradictū
quam ex vitio originali spiritaliter qui mortui sint.
Ex quo omnibus qui fuerunt sunt & erunt gratia su-
pradicta & donū, ex passione christi exhibenda aut
exhibita quo ad sufficientiā collata sunt; & ex origina-
li vitio non oēs spiritali morte mortui sunt: ex quo
vitio illo non sunt infecti primus parens adam, & vir-
go Maria. Nam & si primus parens adā infectus fue-
rit, non tamen in couitium fuit originale, sed actuale.
Et beata virgo Maria præseruata est ab originali ve-
niali & mortali. De ea dicente salomone in spiritu pro-
phético. Tota pulchra es amica mea & ma. nō est in-
te. Et archange. gabriele (dicente. Aue gratia plena.
& his duobus gratia dei & donū eius in merito pas-
sionis xp̄i exhibendę habundanter collata sunt actę,
gratia & donum quo a deo sibi sua condonata sunt
peccata virginī Marię gratia & donum quo ipsa ab
omni peccato præseruata est. Et hinc de his duobus
hic videtur loquutus apostolus, quia vt supra ante ex-
positionem textus declaratum est hic comparatiue lo-
quitur, cōparando ly plures, ad ly multi: & cum iux-
ta sententiam scripturę, tam in veteri, quam in nouo
testamento, nulli videantur ab originali exempti, ni-
si hi duo, & hic cōparatione facta de ly plures ad ly
multi, loqui videatur de excusatis ab originali. De his
loquitur [& non sicut] non quemadmodum factum
est [per vnum] originale [peccatum] ab adam contra-
ctum. Ita factum est [& donum] gratię christi. Et hoc
quia copiosius est gratię donum per vnū iesum chri-
stum, factum in animam viuificantem quā fuerat aut
sit vitium ab vno primo parente contractū. Istud ita

cātico. iij.
luca. i.

esse ostendit apostolus his verbis immediate sequen-
tibus. [nam iudicium quidem] a do mino vt videri
potest gen. iij. contra adam & eam, & eorum poste-
ritatem datū processit [ex vno] originali peccato ab
adam contracto [in cōdemnationem] generis huma-
ni qua a deo condemnatum est ad famam patiedam
& sitim & ad cęteras pœnas sustinendas: & etiam ad
mortem sustinendā: iuxta illud apostoli. Statutū est
hominibus semel mori: & etiam in condemnationem
eorum in quos illud peccatum transfunditur, qui adiu-
dicati sunt diuina visione priuari, propter illud pecca-
tum, nisi aliter eis succurratur, christo dicente nicode-
mo. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex
aqua & spiritu sancto non potest introire regnū dei.
[Gratia autem] christi procedit, non solum ex illo
vno originali ab adam contracto, sed etiam [ex mul-
tis delictis] actualibus, mediante gratia christi remis-
sis, & etiam originali [in iustificatione,] & hoc quia
mediante gratia christi, non solum remittitur origi-
nale, sed etiam remittuntur omnia actualia peccata.
ex quo ipsa formaliter ponit animam in esse spiritua-
liac meritorio, dicente apostolo. Et hæc aliquādo qui
dem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iu-
stificati estis in nomine domini nostri iesu christi, &
in spiritu dei nostri.

hebrę. ix

ioani. iij.

pr̄e. co. vi

¶ Si enim vnus delictio mors regna-
uit per vnum, multo magis habundan-
tiam gratię & donationis & iustitię ac-
cipientes in vita regnabunt per vnū
iesum christum, igitur sicut per vnus
delictum in omnes homines in con-
demnationem sic & per vnus iustitiā
in omnes homines in iustificationem

Textus:

vita. Sicut enim per inobedientiam
vnius hominis peccatores constituti
sunt multi, ita & per vnius obedientiam
iusti constituuntur multi.

Notula.

habundan-
tia gratiæ
habundan-
tia dona-
tionis

illi dicuntur accipere habundantiam gratiæ qui accipiunt gratiã gratis datam & gratiã gratum facientem, & qui viuendo iuxta dei mandata gratiã & gratiã augmētum suscipiunt. Illi dicuntur accipere habundantiam donationis qui accipiunt habundantiam donorum spiritus sancti, de quibus .i. corin. xij. Illi dicuntur accipere habundantiam iustitiæ qui accipiunt iustificationem qua iustificantur ex merito passionis christi, & ex fide, spe, & charitate: ita vt reddent vt reddere debēt, deo quæ dei sunt, & proximis quæ proximorū.

vita,
condem-
natio
gene. iij.

gene. iij.

peccator
cōstitutus
iustus con-
stitutus.

Vita de qua hic loquitur apostolus est gloria æterna in qua cum xpo viuunt beati. Condēnatio de qua hic loquitur apostolus, est illa qua eua in persona sua & omnium mulierum parturientium adiudicata est in dolore parturire filios & sub viri potestate esse, & qua adā in persona, non solū sua, sed etiam totius generis humani adiudicatus est quia transgressus fuerat præceptum a domino sibi datum comedere panem in sudore vultus sui, maledicta terra in opere suo: & in puluere uerem, de qua sumptus fuerat reuertī: ipso a domino emisso de paradiso voluptatis vt operaretur terrā de qua sumptus fuerat. Ille dicitur peccator cōstitutus esse qui sub peccato redactus est, & præcipue originali aut mortali. Ille dicitur iustus cōstitutus esse qui vitio originali & mortali carens mediante dei gratia est a deo iustificatus, & si non solum semel aut bis aliquid iustitiæ fecerit, sed semper iuste agendo in usu & consuetudine studium iuste agendi ac iustitiam habuerit, verissime iustus constitutus esse dicitur, in hoc

textu sequenti per modum illationis conditionalis loquitur apostolus ac si diceret,

Expo. tex.
ad litteram

[Si enim vnius] intelligatur primi parentis adā [delicto] peccato ab eo commisso & ab eo in posterum contracto [mors] spiritualis [regnauit] ab adā vsque ad consummationem legis mosaicæ modo super illud in hoc capite. Sed regnauit mors ab adam vsque ad moysen declarato. Et etiam mors corporalis quæ non solum regnauit, sed & regnabit in omnibus originali peccato infectis [per vnum] sic in omnibus regnum obtinuit vt in illo vno qui prius peccauit, haberet initium regni sui, ita vt quas vires in illo exercuit in omnes posteros exercent, etiam non originali peccato infectos, vt puta in virginem [multo magis] multo amplius, multo habundantius, multo fortius, multo perfectius ac efficacius, [habundantiã gratiæ] gratis datã & gratum facientis quibus iuste viuendo eorum augmentum susceperunt [& donationis] habundantiam donorum spiritus sancti [& iustitiæ] qua iustificantur ex merito passionis christi exhibita, & ex actibus meritorijs [accipientes] a deo a quo deo datum optimum, & omne datum perfectum est & in habundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ vsque in finem huius viæ perseuerantes [in vita] æterna [regnabunt] multo magis quam in eis mors regnauit, quia ipsi regnabunt æternaliter. Mors autem regnauit in eis temporaliter: & per quem sic regnabunt declarat apostolus dicens. [Per vnum iesum christum] tanquam membra cum suo capite æternitatem vitæ participãtia, quæ eis per iesum christum data est, quia ad hoc christus in mundum venit vt saluos faceret credentes ipso iniquente. Ego veni vt iohannis. x vitam habeant, & habundantius habeant [igitur] ex supradictis concluditur [sicut per vnius] primi parentis adā [delictum] ab eo commissum & in posterum contractum [i omnes homines] ab eo descendentes

gene. 11. [in condemnationem], a deo data est sententia, de qua in gene. & de qua supra dictum est [sic] iusto iudicio, etiam [et per vnium] christi [iusticiam] seu iustam sanctificationem, & sanctissimam conuersationem, ac passionem eius exhibitam, qua ipse iustitia demonem superauit, genus humanum iustitia redimendo sententia a deo prodit [in omnes homines in iustificationem vitæ] apostolo inquit, & sicut in adam omnes moriuntur, ita & in christo omnes viuificabuntur, in sanctificationem vitæ, quo ad sufficientiam, & non quo ad efficientiam. Ideo quo ad sufficientiam quia christi passio exhibita sufficiens fuit redimere totum genus humanum, Et ideo non quo ad efficientiam quia non nulli obicem ponunt merito passionis christi exhibitæ per peccata ab eis commissa. Alij vero applicatione virtutis & meriti passionis christi exhibitæ priuantur baptismo ab eis non suscepto propter, quod a beatitudinis adeptione impediuntur. Nam & si passus fuerit christus, sufficienter voluit tamen sua membra non peccare, ipso iudæis dicente. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati, Seruus autem non manet in domo in æternum. Etiam voluit ipsa sua membra ex aqua & spiritu sancto regenerari, ipso dicente nicodemo. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire regnum dei. In textu subsequenti per modum illationis loquitur apostolus dicens [sicut enim per inobedientiam vnium hominis] primi parentis adæ qua ipse præceptum a domino sibi datum transgressus est [peccatores constituti sunt multi] & hoc quia sub peccato illaqueati & inuoluti sunt, cum nihil superflue aut diminute, aut sine causa dicat apostolus, & quando oportet dicat omnes, & quando oportet dicat plures, & quando oportet dicat multi concluditur hic eum non sine causa non dixisse ex peccato primi parentis omnes ab eo ex ratione seminali descendentes peccatores constitutos fuisse, sed dixisse multos

pric. co
rinth. xv

ioan. viij.

ioan. iij.

gene. ij.

gene. iij.

constitutos fuisse, & non alia de causa, nisi quia aliquis aut aliqua excepti sunt, aut excepta est, & non nisi virgo maria, propter quam hic videtur posuisse multi & non omnes [ita] multo magis, multo amplius, multo habundantius, multo efficacius, & multo perfectius. [Et per vnium] christi [obedientiam] [qua factus est ipse patri obediens vsque ad mortem] iusti constituentur multi. Illi qui obedientie formam a christo acceperunt. De quibus infra capite. vi. scribitur. Obdidistis autem ex corde in eam formam doctrinam in qua traditi estis. Hic non ait apostolus, iusti constituentur omnes, sed ait, iusti constituentur multi, & hoc cum ipse nihil superflue aut diminute, aut sine causa dicat quia a spiritu sancto illuminatus sicut præuiderat, iuxta passum præcedentem virginæ ortam fuisse sine peccato: ita etiam præuidebat non omnes ex aqua & spiritu sancto regenerandos, nec omnes saluandos, sciens multos esse vocatos paucos vero electos.

Textus.

Lex autem subintravit ut habundaret delictum, ubi autem habundauit delictum, superhabundauit & gratia. Ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per iesum christum dominum nostrum.

Notule
subit. arc

Illud dicitur subintrare quod quasi medium inter deo aut sub alterius obtentu aut quod quasi occulte & latenter subito ingreditur. Hic apostolus per delictum intelligit peccatum actuale aut personale. Istud ut habundaret delictum exponi potest accipiendo ly ut consequutiue, & non causaliter, & etiam accipiendo ly ut teneatur causaliter: dicit apostolus. Sic regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per dominum

duo regna
in homine

nostrum iesum christum. duo in homine ostendit regna esse vnū quo peccatum in mortē regnauit. Aliud quo gratia per iustitiam regnatura est in vitam eter nam. Cum hic non dicat apostolus. Sicut regnat peccatum in mortem neq; etiam dicat peccatū regnabit in mortem, sed dicat vt sicut regnauit peccatū in mortem & (vt dictum est) nihil sine causa dicat loquitur de regno peccati, quo peccatum sic regnum obtinuit ab adam vsque ad consummationem legis mosaica: ita vt reatus peccati sic in hoibus dominū obtineret vt eos ad eternam vitam venire nō permitteret. Regnum quo gratia per iustitiam regnatura est in vitā eternam, est regnum quo gratia per iesum christum, sic in hominibus dominatur, vt de eorum membris peccatū efficiat & expellat pariter, etiam & ab eis mortem excludat & per iustitiam sic sibi dominium vendicat, vt vbi mors eterna fuerat quo ad culpæ impunitabilitatē, vita consistat in corpore & anima vti post generale iudicium in hominibus beatis consistet. Hęc apostoli sententia lex autem subintrauit vt habundaret delictum, exponi valet de lege mosaica, & etiam de lege membrorum, de qua infra capite. vi. ait apostolus in persona generis humani. Video autem aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meę & captiuatē me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. De lege mosaica sic exponenda venit.

Expo. tex.
ad literam

[Lex autem] mosaica] subintrauit] & hoc quia ipsa quasi media inter peccatum primi parentis adæ & donum gratiæ christi intrauit: & etiam quia & si, vt in exodo videri potest cap. xxiii. & xxxiii. in deserto data sit quo ad intelligentiā literalem, ipsa tamen quo ad misteria per mandata legis intellecta occulte data est & non palam. Et hoc quia hominum veteris testamēti pauci ipsa misteria intellexerunt: apostolo infra capite. xvi. dicente. Eī autem qui potens est vos cōfirma

re: iuxta euangelium meum & prædicationē iesu christi secundum reuelationem misterij temporibus eternis taciti: quod patefactū est per scripturas prophetarum [vt habundaret delictū] accipiendo ly vt, vt teneatur consequutiue. & non casualiter: ideo lex mosaica subintraisse dicitur, vt habundaret delictum, quia ex latione legis mosaicæ consequuta est iniquitatis multiplicatio, & aggrauatio, quia quanto post legē peccatū magis cognoscebatur, tanto grauius erat, & etiā quia post legē datam, multa illicita erant, quæ ante legem licita fuerant. Et quia cū lex prohibendo peccata ea ostendit peccata esse: exinde concupiscentia pro uocatur. Ex quo natura corrupta: semper nititur in vitium, cupitque negatum. et sensus ac cogitatio humana generis ab adolescentia ad malū prona sunt: & etiā quia ipsa lex mosaica peccata ostendebat, & propter eius insufficientiā auxiliū non præstabat, quo vitari valerent peccata. Hanc insufficientiā in lege mosaica deus esse voluit vt omnes ad christum confugerēt eius cupiendo aduentum & in xpō spem suam ponēdo & non in lege. Accipiendo ly vt, vt teneatur casualiter: ideo lex mosaica subintraisse dicitur, vt habundaret delictum, quia ipsa modō suprascripto subintrauit vt habundantius delictū cognosceretur iuxta modum loquendi, quo aliquid fieri dicitur cū innotescit. De lege membrorum sic exponēda venit suprascripta, apostoli sententia [lex autem membrorum] subintrauit] sub legis naturalis obtentu intrauit, & etiam ingreditur & coritur. & hoc quia ipsa in hęc primo ingreditur postquam lex naturæ quæ scripta est ab illo quæ ab initio hominem creauit, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, nō attramento, sed spiritu s. co. s. q. dei viui in corde hominis, a suæ conceptionis initio, vt tempore oportuno cum iam paginæ esse mentis cœperint augmento aperiri incipiat lex ipsa in terius diffundi, & repleti naturalibus rationibus.

n s̄

Et hoc ideo lex membrorum sic oritur & ingreditur & subintravit [vt habundaret delictum.] Ex quo ipsa membrorum lex aduersus legem naturalē, & eius pręcepta, ac etiam alterius legis pręcepta exurgit desideria carnis suggerens, & captiuum hominem ducens libidini ac iniquitatem voluptatibus hominē deditum faciens vt in eo habundet delictum. [Vbi autem habundauit delictum] in humano genere [superhabundauit & gratia] & hoc quia crescentibus in hominibus peccatorum spiritualibus morbis quorū magnitudo non sanatur, nisi forti & efficaci medicina gratię christi apostolo supra capite tertio dicente. Omnes enim peccauerūt & egent gloria dei, deus pater hos perficit quos diabolus vincere non potuit: superhabundantem suę misericordię gratiā per christū hominibus tribuendo apostolo iniquiente. Deus autem quidiuus est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos xpo. cuius gratia estis saluati & conuersificauit & consedere fecit in celestibus in xpo iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus habundantes diuitias gratię suę in bonitate super nos in christo iesu. Rationem propter quam vbi habundauit delictum superhabundauit & gratia assignat apostolus dicens [vt sicut regnauit] ab adam vsque ad consummationem legis mosaicę [peccatum in mortem] & hoc quia peccatum tunc regnū & principatū sic obtinuit ita vt reatus peccati homines ab introitu glorię excluderet [ita & gratia] dei [regnet] in nobis [per iustitiam] per iustitię exercitationem [in vitam æternam.] Quę est iustitię merces & consummatio: ita vt ipsa gratia per iustitiam in vitam æternam regnum accipiat quo ipsa per iesum christū sic in hominibus dominetur vt ab eis peccato & morte eiectis vita & gloria conferatur æterna & hoc [per iesum christum dominum nostrum] ex quo per ip-

ephe. ij.

sum gratia & veritas collata est, iuxta illud iohannis primo. Gratia & veritas per iesum christū facta est. cor. i. Et etiam quia ipse a deo factus est nobis iustitia apostolo dicente. vos estis in christo iesu qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio.

Caput sextum.

Textus.



Vid ergo dicemus: manebimus in peccato, vt gratia habundet, absit. Qui enim mortui fuimus peccato quomodo adhuc viuemus in illo.

¶ Permanere in peccato est ab incepto peccato non desistere est in eo vsque in finem perseuerare. Dicitur in aliquo gratia habundare, quando in ipso est gratia habundans siue antea peccauerit siue non. Viuere in peccato est secundum peccati voluntatem viuere. Ille dicitur secundum peccati voluntatem viuere qui viuunt iuxta voluntatem actoris peccati, scilicet dæmonis qui homicida fuit ab initio & in veritate non stetit: & qui cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. Ille dicitur mori peccato, qui non secundū peccati voluntatē viuunt qui nō obediunt desiderijs peccati, qui a peccatis ereptus est. Ille dicitur non viuere secundum voluntatem peccati, & non obedire voluntati eius, qui non obediunt actori, scilicet dæmoni qui non adimplet desideria ad quę a dæmone, mundo, & carne, incitantur homines, qui ex contemplatiōe mortis xpi, & ob amorem eius de peccatis condolet peccatum velut pessimū regem in sua carne regnatam expellēdo aliumque ab eius desiderijs faciēdo, apostolo hanc scribente epistolam, dicebat quidem homines mente corrupti apostolos di-

Notulæ.

quis dicitur viuere secundū voluntatem peccati. iohan. viij.

quis dicitur non viuere secundum voluntatē peccati.

cere homines debere in peccato permanere vt habundaret gratia. Et istud erroneum dictum sumebant ex hac circa capituli precedentis fine sententia. Vbi habundauit delictum, superhabundauit & gratia. Istud erroneum eorum dictum volens refellere in initio huius capitis ait.

Expo. tex.
ad litteram

¶ Quid ergo dicemus? ac si vellet dicere, in preceptis vt in tertio capite declaratum est voluerunt quidam dicere, quod ex nostra iniquitate iustitia dei commendatur, & quod ex nostro mendacio veritas dei commendabilior redditur. Et hæc falsè nobis imponentes affirmabant nos christi apostolos dixisse, facienda esse mala, vt inde euenirent bona, contra quos conclusimus non esse facienda mala vt inde eueniret bona. Et sicut hæc voluerunt dicere voluit & nunc dicere quia diximus vbi habundauit delictum superhabuit, & gratia nos dixisse debere homines in peccato permanere vt gratia habundet. [quid ergo.] Contra istud falsum & erroneum eorum dictum, & ex non intelligentia nostre sententiae aut ex eorum malitia ex nostra sententia falsè extractum & falsè nobis impositum. Dicemus an veraciter dicemus permanebimus nos apostoli ac omnes christicolæ. In peccato vt gratia habundet. Vt isti mente corrupti nos dixisse & instruxisse dicunt huic questioni respondens apostolus ait. [Absit] ac si diceret cum permanere in peccato sit a peccato incepto non desistere, sed in eo vsque in finem perseuerare: ita vt ex consuetudine peccandi sic in peccato perseuerans supra seipsum peccato tribuat dominium quo gratia dei aufertur. Quomodo in eo permanentibus gratia dei tribuetur, quomodo gratia dei in eis habundabit, quomodo habundantem dei gratiam suscipiet certissime istud fieri nequit: cum vna contrarium non stet simul & semel cum reliquo in eodem subiecto adequato sed gratia dei & permanentia in peccato contrarijcentur [qui enim.] Nos apostoli, & christi

discipuli & christifideles. In christum fide quæ per dilectionem operatur credentes in ea vsque in finem perseuerando ex qua [mortui sumus peccato.] Ex quo a peccatis liberati non obediimus desiderijs eius aut damonis aut mundi aut carnis, sed christi passionem & mortem contemplando penitentia a nobis peracta peccatum propellimus nos ipsos propter christum mortificando. Hæc enim agendo [quomodo adhuc] iterum [viuemus in illo] peccato. Et hoc quia fieri non poterit vt sic mortui peccato existetes, quoadiu sic mortui erim⁹ vt adhuc iterum & deinceps viuamus in illo peccato. Quia viuere peccato & in peccato sit iux. voluntate actio peccati (dæmonis. s. viuere: sit desideria ad quæ hoies a dæmone, mundo, & carne incitant adimplere sit peccatum non expellere, sit aliquos non seipsos propter christum mortificare, nec in christo viuere. Certissime hæc fieri nequeunt cum hæc in se inuicè contrariantur.

Can ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in christo iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulamus.

¶ Est baptisma fluminis: fluminis & sanguinis. Baptisma fluminis est baptisma quo adulti qui in deum patrem credentes, & in iesum christum: & in spiritum sanctum relictis peccatis parati sunt baptizari baptisate fluminis si eis adesset aqua & baptizans. Et de hoc baptisate iohannes baptista dixit. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne: in spiritu sancto qui ignis est peccatorum rubiginem consumens, iux. illud deu. Dñs deus tuus ignis consumens est. hoc baptisate baptizati vident fuisse apostoli in die penthecostes: iux. xpi istud ad eos,

viuere
peccato

Textus.

Notula
triplex ba
ptisma

fluminis

luc. iij.
deuterono
m. iij.
actuum .i.

Ioan. iij.

actuum. ix.

sanguinis

marc. x.

luce. vñ.

fluminis

math. vii.

marci vii.

consepulti

Vos autem baptizabimini in spiritu sancto non post multos hos dies. Non quin baptizati ipsi fuerint baptisate fluminis. Ex quo xpus coram eis dixit nycodemo. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quando vero baptizati fuerint, non scribitur nisi de paulo qui iuxta preceptum domini anania ad eum veniēte, & super eum imponente manum recepit spiritum sanctū, & confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam scāme, & surgens baptizatus est. Baptisma sanguinis est illud quo baptizatus est ipse christus in suo sanguine & quo etiam baptizantur martyres in sanguine suo. De quo filijs zebedei dixit xpus, potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor baptizari. De eodem suis discipulis ipse dixit, Baptisma autem habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur: ex quo xpi verbo concluditur xpi mortem baptismum esse, & recte baptismus dicitur. Ex quo baptismi sacramentum & alia ecclesie sacramenta a passione xpi exhibita efficaciam & virtutem habent. & exinde passio siue martyrium quo aliqui pro xpi nomine a tyrannis occiduntur baptismus dicitur. Et hoc quia eum qui sic patitur (etiam si nunquam baptizatus fuerit baptismate fluminis) meriti & virtus passionis xpi exhibite a culpa & poena mundat & liberat. Baptisma fluminis est illud quo apostoli baptizabant iuxta hec verba xpi. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Euntes in mundum vniuersum predicare euangelium omni creature. Qui crederit & baptizatus fuerit saluus erit. Et exinde hoc genus baptismatis quo ad paruulos & etiam quo ad adultos nō, baptizatos sancta ecclesia retinet. Illi dicuntur consepulti qui cum alio sunt sepulti, aut qui alicui sepulto assimilati sunt. Volens apostolus romanis & ceteris christifidelibus ostendere misterium mortis

xpi sue sepulture & resurrectionis ad baptismum nostrum pertinere, in medium proponit quae sequitur. [An] vtrum, Nunquid [ignoratus] o vos romani ac ceteri christifideles misterium mortis sepulture ac resurrectionis xpi conuenire misterio baptismatis. Et si vos illud ignoretis, illud vobis declarans subiungo [quia quicumque] iudaei siue gentiles siue masculi siue feminae [baptizati sumus] a vitis loti in sacro baptismatis fonte [in christo iesu] in operatione fidei & institutione christi iesu quo ad baptismum fluminis & sanguinis. Nam quicumque aliquo illorum modorum baptizantur, in christo iesu baptizantur, seu in operatione fidei & institutione christi iesu ipsius effectum passionis christi exhibite recipientibus. Nam & si sacerdos in baptismate fluminis exterius baptizet, ipse tamen christus interius baptizat. Iuxta illud iohannis baptista dictum, super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto [in morte ipsius] christi [baptizati sumus] nos oēs christifideles: ideo quicumque baptizantur in morte xpi baptizati dicuntur. Quia virtutem quam habet baptismus suscipit a passione christi exhibita, & quia remissionem peccatorum quam in baptismate suscipiunt baptizati in virtute mortis xpi seu passionis sue exhibite & sanguinis eius effusi suscipiunt: iuxta illud apocalip. lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et etiam quia baptizati morti xpi configurantur in hoc quod sicut xpus corporaliter mortuus est, ita & hi moriuntur peccato. Et etiam quia baptizati & precipue baptismate fluminis ipsam xpi mortem in eis representantes mortis xpi similitudinem gerunt in baptismate similes morti eius effecti, apostolo subiungente. [Consepulti enim sumus cum illo] xpo. Et hoc quia xpo sepulto, nos baptizati assimilati sumus vel per fidem cum eo sepulti. Et hoc [per baptismum] in ipso baptismate [in morte] peccati, seu

ioannis .i.

apocal. i.

ad peccati destructionē: & vt moriamur pctō. Quis
 em̄ baptizatur baptismate fluis aut sanguinis, ideo di-
 cūtur consepulti cū xp̄o per baptismū in mortē, quia
 virtute mortis xp̄i seu passiōis suę exhibite & langui-
 nis eius effusi, consepulta sunt eorum peccata seu confi-
 milia mortuo sepulto effecta sūt. Ex quo ipsa mortua
 sunt & velut in lyntheo tecta. qui vero baptizatur ba-
 ptismate fluis ideo dicūtur cōsepulti cū christo per ba-
 ptismū in mortē. Ex q̄ cōformantur morti christi &
 sepulturę eius, quia sicut morte corpo. christus mor-
 tis est, ita & hi moriuntur pctō ipsis in virtute mor-
 tis christi a peccatis ablatis, peccatorū remissionem su-
 scipiētibus, & gratiā. Sepulturę christi cōformantur,
 quia sicut sepultus sub tumulo positus est, ita &
 hi sub aqua ponuntur spiritu sancto cooperante eorū
 sepultis peccatis. Et etiā quia sicut christus tribus die-
 bus & noctibus in sepulchro iacuit, sic & hi tribus vi-
 cibus in aquam merguntur: & sicut triduum sepultu-
 ræ christi non facit nisi vnam sepulturā, ita & trina
 in aquam immersio nō facit nisi vnū baptisma. Nam
 trina in aquā immersio triduanę christi sepulturę sa-
 cramenta signat, & dum tertio ab aquis educimur re-
 surrectio triduanı temporis exprimitur, quia in illo a-
 quarum elemento modo supradicto sepelīmur reno-
 uati, vt per spiritū sanctum resurgamus. apostolo sub-
 iungente. [vt quomodo surrexit christus a mortuis]
 a loco atque cōsortio mortuorū: ita tamen vt ipse so-
 lus fuerit inter mortuos liber, cuius caro propter vni-
 onem hypostaticā & puritatem quam habuit per na-
 turam non vidit corruptionem, de eo dicente dauid.
 Nec dabis sanctum tuū videre corruptionē. [per glo-
 riam] maiestatem & magnam potentiam, & glorio-
 sam efficiētiam [patris] Jex quo in christi resurrectio-
 ne qua ipse nō humana sed diuina virtute resurrexit,
 ostensa est patris maiestas magna potentia gloriosa
 efficiētia & magna virtus, quę vna existēs in patre
 & filio fuit gloria patris: iuxta illud dauid patris ver-
 bum ad filium, Exurge gloria mea exurge psalteriū

psal. xv.

psal. lvi.

Id est chorus oim virtutū, cui filius subiūxit: Exurgā
 diliculisicuti etiā ipse fecit ipsa sua propria virtute
 ipsonet christo iudicis dicēte. Soluite tēplū hoc, & in iohannis. iij.
 tribus diebus excitabo illud. [ita & nos] pristinis vitis
 extirpatis spiritaliter reformemur a vitis surgentes
 ad bona opera properādo nos: iux. posse resurrectioni
 christi cōformādo [in nouitate vitę] abulemus. [Vete-
 re ho. cū acti, suis deponēdo & induēdo nouū qui secū-
 dū deū creatus est in iustitia & s̄citate veritatis abu-
 lemus ad integritatē vitę redeūdo & de virtute in vir-
 tute progrediēdo in hoc statu s̄c. vitę sinē cōtinuēdo.
 ¶ Si em̄ complātati facti sumus simili-
 tudini mortis eius: simul & resurrectio

Textus.

nis erimus. Hoc sciētes quia vetus hō
 n̄ simul crucifixus est vt destruat cor-
 pus peccati vt vltra nō seruiamus pec-
 cato. Qui enim mortuus est, iustifica-
 tus est a peccato.

Notulę.

complātati

¶ Illi dicūtur cōplantati qui alicuius arboris sunt plā-
 ta effecti. Christus em̄ est arbor & lignū vitę his qui
 apprehendūt eū, angelos pascens & hoies spiritali ci-
 bo, qui em̄ ei adherent, & cum vti valent imitātur ip-
 si eius plantę efficiuntur, & qui propter eū & passio-
 nē eius exhibitā vitia mortificēt ei cōplantati sunt &
 similitudini mortis eius. ¶ Vetus hō hic dicitur primus
 parēs adā vt peccator cōsideratus totā generis hūani
 massam inficiēs: etiā dicitur vetusta hominū cōuersatio
 & etiā fomes & cōsuetudo peccādi & quicquid vitio-
 rū ex prio parēte sūpsit in itū. [Corpus pcti dicit vitio-
 rū vniuersitas, ex qua vnū pcti corpus cōstituit singu-
 la aut vitia illius corporis mēbra dicūtur. Ille dicit ser-
 uire pctō qui demoni ad vitū inducenti, aut carni, aut
 mundo obedit volūtate & opere aut voluntate tantū
 & sic obediendo, peccati seruus efficitur. Si enim [nos
 chricole sacro baptismate renati a xp̄o xp̄ianivocati

vetus ho.

[Complantati] xpo arboris in medio ecclesie plantati sumus effecti per vnionem, qua ei sumus vniti fide, spe, & charitate [facti sumus similitudini mortis eius]. Non dicit apostolus. Si enim complantati facti sumus mortis eius, sed ait. Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius. Et hoc quia xpus ita hostia pro peccatis nostris factus est, vt peccatum omnino non fecerit, nec inuentus fuerit dolus in ore eius, & nos ipsa morte qua ipse pro peccatis nostris mortuus est mori non valemus, ita vt omnino ex natura peccatum nesciamus. Similitudinē tamen mortis eius habere possumus, qua iuxta nostras vires cum imitantes a peccato abstinemus vitia extinguendo, & in bonis operibus fructum afferendo in nobis mortis eius sic similitudinē assumendo, vt nos veluti arboris rami & plantę in ipsa christi passione exhibita incorporamur & inseramur: ita vt sic xpo arbori coniuncti ex succo illius arboris, scilicet mortis xpi in nobis virtutum fructus producatur, & sic xpo complantati & similitudini mortis eius: in hac contemplatione vsque in finem perseueremus [simul] cōplantati [et] similitudini eius [resurrectionis erimus] xpo qui primitiæ est dormientium & resurgentium cum in generali resurrectione reformabit corpora humilitatis beatorum ipsa configurando corpori claritatis suæ. Nam tunc sue resurrectionis plantę erimus effecti, ex quo ei tanquam membra capiti & veluti plantę arbori vniti erimus dotati dotibus, quibus christi anima dotata est, scilicet clara dei visione, fruitione, & retentione, & etiam dotibus quibus christi corpus dotatum est, videlicet claritate, agilitate, subtilitate, & impassibilitate [hoc scientes]. Sumus nos apostoli & christi discipuli, quibus ipse sua misteria reuelauit, & hoc idem christico las scire volumus [quia vetus homo noster simul crucifixus est] & hoc quia primi parentis adæ vetustas totam suam posteritatem deturpans & peccati cyrogra-

phum & quicquid ex his emanauit christo crucifixo con-crucifixa seu cruci christi affixa sunt: iuxta illud. Pater eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, seu pro nostrorum peccatorum redemptione sic se hostiam in cruce statuit, ita vt sua passione exhibita supradicta abstulerit nos redimens de maledicto legis factus pro nobis maledictum subtrahendo peccata nostrorum peccatorum. Quare id fecerit subiungit aposto. [vt destruat] adnihiletur aut in nihilum deducatur [corpus peccati] tota peccatorum massa ex qua vnū peccati corpus constituitur. Et etiam huius corporis quodlibet membrum quod est vitium quodcunque sit illud. Christus enim non ex parte sed integer crucifixus est vt nos ex toto moriamur peccato & viuamus deo, vt supradictum peccati corpus quo ad se & quodlibet eius membrum destruat, non tamen sic vt in hoc mundo viuente homine in eo non sit ad vitium fomes inclinans, sed vt non obsit per baptismum regenerato, qui per originale aut etiã per actuale mortuus fuerat. Et hoc teste aposto. vt vltra non seruimus non obediendo dæmoni ad peccatum inducēti aut mundo aut carni per consensum & opus aut per consensum tantum [qui enim] christianus quicumque sit [mortuus est] peccato, quia morti xpi configuratus est per sacramenti baptismi susceptionem, aut quia se xpo con-crucifixit carnem suam propter ipsum mortificando christo crucifixo in quibus valet adherendo [iustificatus est a peccato]. Et hoc quia peccatis ei remissis in statu gratiæ positus est, a peccato liber effectus vitio non subiacens apostolo de talibus dicente. Et hæc aliquando qui dem fuistis (diuersis inuoluti peccatis) sed abluti estis, i. co. vi. sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri iesu christi.

¶ Si autem mortui sumus cum xpo credimus quia simul etiam viuemus cum

ij. co. v.

Textus.

illo, scientes quia xpus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. quod autem uiuit, uiuit deo. itaque & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato uiuentes autem deo in xpo iesu.

illi dicuntur mortui cum xpo qui firmiter credunt christum pro peccatis nostris mortuum fuisse & unicuique creditum mortem suam tanquam munus quoddam donasse & qui propter christum se mortificant & qui in seipsis rationem mortis christi habent, ita ut iuxta haec acta in christi passio, uidelicet expirationem cum exclamare magno & in sepulchro positionem & quietem clauso ostio, & non inuentionem dum requisitus fuit, quia iam resurrexerat, cuius resurrectionis initium visibile nulli hominum fuit. Credendo christum christo & in christum in ore suorum peccatorum confessionem & uoluntatem xpi quae eis fiet ad salutem habeant, & suorum membrorum mortificationem, qua se christo cum uitijs & concupiscentijs mortificando, & omnia haec sub passione christi exhibita & sanguine eius effuso, & exinde sub christo qui uera petra est, & ostium omnium credentium ponendo. Et si haec faciant a demone si requirentur minime inuentur, in eis tunc operietur peccatorum multitudinem charitas & gratia christi, cuius initium nulli hominum nec est nec fuit visibile: hic dicens apostolus [Mors illi ultra non dominabitur, de morte corporali loquitur quae in christo dominata est, non tamen ut necessario mortuus sit, sicuti in nos morimur, sed libere: christo dicente, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Et esaias de xpo. Oblatus est ipse quia uoluit, sed quia assumpsit humanitatem in similitudine]

ioannis. x.
esaias. liij.

tudinem carnis peccati omnibus penis, subditam seculum pro peccato mors in eo dominata dicitur, ita ut ueraciter eum affligeret sicut uerum hominem & occideret. Dicitur apostolus quod enim mortuus est peccato, de christo loquitur: ideo mortuus dicitur peccato, quia in carne mortuus est habere similitudinem mortis peccati: ex quo nostrae carni quae caro peccati est similis fuit. & etiam quia homo pro peccatis nostris factus est sua morte danans peccatum, iuxta illud infra capite, uisum, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato danauit peccatum in carne. Et hoc quia pro nostro peccato tollendo mortuus est: iuxta illud apostoli, eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: hoc est, hostiam pro peccato. Differunt cogitare & existimare. Cogitare enim est aliquid mente uoluerit, uel reuoluerit. Existimare autem non solum est aliquid mente uoluerit aut reuoluerit, sed sic est rem illam cogitare, ut in animo fixa sit talis cogitatio: ita ut cogitans firma sibi persuasionem illud persuasum habeat: gratia exempli. Ille dicitur existimare se mortuum peccato esse qui firmam in animo suo cogitationem habet firma sibi persuasionem persuasum habet se peccato mortuum esse & non reuersurum ad peccatum cui penitus abrenunciavit. [Si autem] nos christicolae passionem christi exhibita, a christo redempti & sacro baptisate renati [mortui cum christo] in nobis ipsis rationem mortis suae modo supradicto habendo, & ita passionibus eius confirmati & culpae mortui sine reciduo quomodo mortuus est ipse christus solius penae morte [credimus] firma fide sine hesitati &c. & sic credendo pro certo speramus [quia simul etiam uiuemus cum illo] in hac uita uita gratia & in futuro uita gratia sub eo tanquam membra capiti unita cum capite & sub capite, ex quo ipse omnium credentium caput est [scienter] nos qui mortui sumus cum christo modo supradicto sine hesitatione credimus. quia simul uiuemus cum illo [quod christus resurgens ex mortuis,] & qui inter mortuos fuit liber.

ij. Co. v.

Expo. text.
ad litteram

ioan. xi.
luca. vii.
marci. v.

Ex quo ipse mortuus existens in sepulchro qui mortuo-
rum locus est iacens fuit, resurrexit non ut lazarus nec
ut filia archisynagogi, nec ut filius viduae. Nam hi re-
surrexerunt postea morituri sed ipse christus resurre-
xit non amplius moriturus: apostolo de eo subiungen-
te. [Iam non moritur] amplius non dissoluitur, sicut
lazarus & filius viduae & filia archisynagogi. [Mors il-
li ultra non dominabitur.] praeualendo vitae eius cor-
porali seu animam a corpore separando. Ex quo post
resurrectionem nihil molestie sustinuit nec sustinere
valuit: ex quo impallibilis fuit [quod enim mortuus
est] sola mortis carne: & ideo [peccato] quia pro no-
strorum peccatorum demerito & propter expiationem
vitiatorum nostrorum iuxta illud threnorum quarto
Christus dominus captus est, peccatis nostris. & illud
esaye. liij. attritus est propter scelera nostra [mortuus
est semel]. Ex quo una morte mortuus est corporali
& non spiritali, & una vice precile. & non duabus
viti mortui sunt lazarus, filius viduae, & filia archisy-
nagogi. Et ideo illa sua morte mortuus est, semel ut
nos a duplici morte liberaret. Nos enim quia peccatum
primi parentis contraximus a deo elongati sumus me-
te & carne & ad puluerem redimus poena duplae mor-
tis astricti, sed christus pro nobis sola carne mortuus
est ut simplam mortem suam duplae nostrae morti con-
iungeret & nos ab utraque morte liberaret [quod au-
tem viuere] ipse christus post suam resurrectionem [vi-
uit deo]. Conditione vitae quam resurgendo adeptus
est cum primitiae & caput sic resurgenterum deiformis
ad conformitatem dei viuens sempiterna vita abs-
que corruptione aut inquietudine, ita ut solus ipse sit
qui hanc vitam influat in beatos tanquam in sua me-
bra, de eo dicente apostolo. Solus potes rex regum
& dominus dominantium qui solus habet immortalita-
tem & lucem habitat inaccessibilem [ita & vos]
christum sacro sanguine christi redempti sacro baptis-

pric
thimot. vi

mate renati qui conuicifixi estis christo cum vitis
& concupiscentijs [existimate] mente uoluite & re-
uoluite, ita ut ueraciter & absque hesitatione credas-
tis [vos mortuos quidem esse peccato] vos non uiue-
re secundum peccati uoluntatem, siue non obedire mu-
do daemone aut carni, sed ob amorem christi de praeter-
itis peccatis uestris poenitentiam agere per acta poe-
nitentiae, sic per uos abrenunciatio fiat peccato, ut nun-
quam ad ipsum fiat reditus & sic de uobis verificabi-
tur istud subsequens estis [uiuentes autem deo.] Ei in
omnibus obediendo eius in omnibus uoluntatem ad-
implendo secundum uoluntatem eius uiuendo, ei in
omnibus adherendo: ita ut unus cum eo spiritus effi-
ciamini, diuina contemplando spiritus temporalibus &
amando scelestia [in christo iesu] in gratia & uirtu-
te christi iesu, & in uirtutibus quae fuerunt in christo
iesu, ita ut in uobis sint uirtutes quae in christo fuerunt
& nihil eorum quae eis opponuntur.

Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis con-
cupiscentiis eius, Sed neque exhibea-
tis membra uestra arma iniquitatis pec-
cato, sed exhibete uos deo, tanquam
ex mortuis uiuentes & membra ue-
stra arma iustitiae deo. Peccatum enim
uobis non dominabitur. Non enim sub
lege estis, sed sub gratia.

Textus.

In hac uia dicitur humanum corpus mortale ex cau-
sa praearicationis ad quae subditum penalitibus mul-
tis, fame, siti, calori, frigiditati & infirmitatibus diuer-
sis ad mortem prouocantibus & trahentibus; & etiam
quia morti subditum est. Dicitur in corpore mortali,

Notuq.

Peccatum regnare, quando homo ita in consuetudine peccandi venit a commissione peccati vix se retrahere valeat. sicuti arma corporalia instrumenta sunt ferrea aut calibea hominem contra pugnantem fortificantia & fortiorē ac animosiorē reddentia ad suū impugnandū inimicum, ita etiam hominis membra dicuntur arma iniquitatis peccato quia instrumenta iniquitatis efficiuntur, & prauæ actionis quibus virtutes debellantur veluti quibusdam armis ac iaculis praua actione peccatum & sensualitate fortificantia, quibus peccatum quod velut tyrannus est per tyrannidē regēs eum qui sibi subicitur, ipsis membris hominis velut armis iniquitatis contra iustitiā uti nititur. Etiam contrario hominis membra dicuntur arma iustitiæ deo, quia ipsa iustitiæ & virtutum & bonarum actionū efficiuntur instrumenta quibus peccata debellantur, veluti quibusdam armis ac iaculis bona actione rationem ac portionem superiorē fortificantia, ut per ea ipsa ratio ac portio superior aduersus peccati regnum pro iustitiā pugnet. Dicitur in homine tunc dominari peccatum quando ipse dæmoni mundo aut carni sic obedit ut ab eo perficiatur peccatum. Obedere enim concupiscentiis peccati est eis consensum prebere per conformitatem volitionis aut omissionis aut operis. Sub lege dicitur quis esse, vno modo voluntarie, alio modo quasi a lege coactus. Ille sub lege voluntarie dicitur esse qui legis obseruantia voluntarie subiectus est. Et hoc modo sub lege christus fuisse dicitur, iuxta illud apostoli, at ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret. Ille sub lege quasi a lege coactus dicitur esse, qui non voluntarie & ex amore legem cui obligatur implet, sed eam timore plusquam amore obseruat aut obseruare cogitur. Etiam sub lege membrorum dicitur esse ille qui se ei per consensum subicit. [nō ergo regnet] regnum aut dominium accipiat [peccatū in

galat. iij.

vestro mortali corpore [quod ad paruum aut magnum tempus, quo ad paruum, ita ut consensus peccato præbeatur, licet in consuetudinem peccandi non deueniatur, quo ad magnum, ita ut in peccatis sic inuoluatur homo ut in peccandi consuetudinem deueniat, quia tale imperium accipiat super hominem peccatum ut plene ei subditus sit & obediat: ita ut vix a commissione peccati se retrahere valeat. Non hic ait apostolus, non sit peccatum in vestro mortali corpore, sed non regnet peccatum in vestro mortali corpore, & hoc quia in carne corruptibili non regnare potest peccatū, sed nō esse peccatū non potest. Et hoc quia quando in hac via viuimus fomite peccati non caremus, nec etiā peccato quo ad appetitus illicitos & delectationes seu motus quos secundo primos vocamus; quia & pteruque peccatum nobis, bona cogitantibus in nobis quasi fur ingeritur & ingreditur per cogitationes morosas. Et istud satis declarans apostolus subiungit [ut obedatis concupiscentiis eius] ac si diceret; Et si ex fomite & carnis infirmitate concupiscentiæ nascantur que illicitæ sunt & sine quibus regulariter non statuitur humana, propter quod dicitur in oratiōe dominica. Et ne nos inducas in tentationē, non tamen eis consensum præbeatis, sed ad deū conuertimini qui fidelis est ut non permittat vos tētari supra id quod potestis, sed faciat cum tentatione prouenturum. Ab apostolo, excluso per peccatum regnandi modo, quo ad interiorem consensum excludit quo ad exteriorē dicens [sed] ut non in vobis regnat peccatū per executionē operis [neque exhibeatis] præparetis aut tribuatis [membra vestra] quæ ad hoc facta sunt ut sub deo militet & natiuæ hūanæ necessaria procurēt [arma iniquitatis peccati] instrumenta vitii peccati & prauæ operationis quibus virtutes impugnantur veluti quibusdam armis & iaculis: ita ut peccatū & sensualitas medijs quibus eis fortificantur modo supradicto [sed exhibite] præparete & tribuite,

i. co. x

[vos deo] vosmetiplos libera ac humili voluntate ei
 præparando ac tribuendo [tanquam ex mortuis vi-
 uentes] tanquam ex vobismetipsis & ex vitijs a vo-
 bis perpetratis, & vitio a primo parente contracto,
 morte spiritali, mortui culpa ad vitam gratiæ redu-
 cti, & vita gratiæ viuentes deo qui omnium creden-
 tium parens est, & pater per iesum christum, cuius
 medio vita credentibus tribuitur [& membra vestra]
 quæ ad hoc facta sunt vna cū sensibus vestris, vt ne-
 cessaria procurent, et deo militent: exhibite [arma iu-
 stitiæ deo] instrumenta iustitiæ & virtutum & bona-
 rum operationum vitia expugnantia & ratione cor-
 roborantia vt ipsa contra peccati dominium militent
 & si id feceritis [peccatū enim] fomes peccati, & pec-
 cati delectatio, de qua dicitur. Difficile est quin vitijs
 tāgamur [vobis] supradicta facientibus, in vobis [nō
 dominabitur] aduersum vos non præualebit, vt olim
 præualere solebat, ex quo ipsis contra vos pugnantibus,
 nulli eorum consensum præbebitis, istud subse-
 quens [nō enim sub lege estis sed sub gratia] de lege
 mosaica exponi valet, & de lege euāgelica, & etiam
 de lege membrorum. De lege mosaica hoc modo [nō
 enim] in hoc tempore gratiæ [sub lege] mosaica que
 multa iuuebat, sed gratiam non conferebat [vitiū ostē-
 debat, sed gratiam ei resistendi non cōferebat] [estis]
 & hoc quia ipsa a christo in cruce pendente, quo ad
 obseruantiam ceremoniam consummata est, quan-
 do ipse dixit. Consummatum est [sed] estis [sub gra-
 tia] . Iesu christi liberante & iuante, & remissionē
 peccatorū conferente. De lege euangelica hoc modo.
 Non enim exhibeatis vos deo, tanquam ex mortuis
 viuentes & membra vestra arma iustitiæ deo: ita vt
 in vobis non dominetur peccatum [sub lege estis]
 euangelica, quasi ab ea coacti qui legem euangeli-
 cā non voluntarie imolentes estis [sed] estis [sub gra-
 tia] ex quo peccato in vobis non dominante & vo-

bis tanquam ex mortuis deo viuentibus, & ei mem-
 bra vestra arma iustitiæ exhibentibus, absque peccato
 estis vobis a deo collata gratia. De lege membrorum
 hoc modo [non enim] in vos deo exhibeatis tanquam
 ex mortuis viuentes & membra vestra arma iustitiæ
 deo & peccatū in vobis non dominetur [sub lege] me-
 morū vestris] ex quo & si ipsa membrorum lex ad malum
 & peccatum vos incitat, & legi mentis repugnet, nō
 tamen suæ incitationi cōsensum præbetis [sed] Dño
 deo & legi eius, Et exinde [sub gratia] iesu xpi estis.
 Ex quo ipsa in vobis dominatur [quid ergo peccabimus,
 quoniam non sumus sub lege sed sub gratia, ab-
 sit] apostolo hanc scribente epistolam, quidam homi-
 nes carnales proprijs dediti sensibus, solum sensum
 literæ accipientes, istud supradictum apostoli. Non
 enim sub lege estis, sed sub gratia, false & erronee in-
 terpretādo apostolo aduersantes ex illo suo dicto in-
 ferebant, homines nulli legi esse subditos. & hinc ad
 nullius legis præceptorum adimplentionem obligatos
 esse. Et exinde impugne vitia posse ac peccata per-
 petrare, istorum opinionem refellere volens aposto-
 lus ait. Quid ergo. Peccabimus, quoniam non sumus
 sub lege, sed sub gratia, absit, ac si diceret. [Quid er-
 go.] Contra hos dicemus qui supra dictum nostrum
 istud non enim estis sub lege, sed sub gratia, false &
 erronee epicalando interpretantur nos dixisse homi-
 nes nulli legi subditos esse, & ad nullius legis præce-
 ptorum adimplentionem obligatos esse. An dicemus
 cū eis impugne homines posse vitia & peccata per-
 petrare cum eis impugne dicentes [peccabimus, quo-
 niam nō sumus sub lege, sed sub gratia] huic questio-
 ni respondendo ait [absit] ac si diceret, Absit a nobis
 istud asserere. Ex quo nulli hominum est peccandi
 concessa facultas.

¶ An nescitis quoniam cui exhibetis. *Textus.*

vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis siue peccati ad mortem siue obediitionis ad iustitiam. Gratias autem deo quod fuistis serui peccati. Obedistis ei ex corde in eam formam doctrinae in qua traditi estis, liberati autem a peccato serui facti estis iustitiae.

Notula. **¶** Seruum esse alterius, est aliquem sub potestate alterius submissum esse, vt ei obediatur, eius parēdo mā datis, cui colla submissit. Nam obedire debitum est serui, ex quo illud domini suo debet iuxta illud apostoli, serui obedite dominis carnalibus. Apostolus pro se aut fidelibus gratias deo referens ideo in plurali videtur ponere gratias: & non in singulari gratiam, vti hic facit. Et primē ad corinth. xv. dicens. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam, per dominū nostrū iesum christum, & secundā corinth. ii. dicens. deo autem gratias qui semper triumphat nos in christo iesu & odorem noticiā suā manifestat, per nos in omni loco vt differret a gentilibus, qui cum deos plures colerent, gratiā in singulari numero reddebant, dicentes. Dñs gratiam & ab apostolo doctrinam sumens ecclesia militans & christicolę vnus solius dei cultores iuxta ecclesię consuetudinem deo gratias persoluentes dicunt deo gratias. Obedire alicui ex corde est ei ex bona cordis voluntate & non ex simulatione, sed ex cordis puritate obedire. Videtur apostolus in hac sua sententia: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinę in qua traditi estis ponere differētiā inter doctrinam & formam doctrinę: ita vt euangelium & quę ex euangelio extrahuntur videatur vocare formam doctrinę. Cognitionem vero quam in patria

obedire ex corde.

beatī habent videatur appellare doctrinam. Et hoc quia ipsi ex illa cognitione edocti sunt, absque vlla imperfectione cognoscentes iustitiam & charitatem & sapientiam & ceteras virtutes cognoscendo christum perfecte qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio. Ideo euangelium & quę ex ipso extrahuntur forma doctrinę vocantur, quia doctrinam habent informantem, & in mores bonos hominem conducentem velut per modum formę meę imaginem demonstrantem, per tñ speculū in enigmate, & ex parte & non plene modo perfectio: iuxta illud apostoli. Videmus autē per speculū in enigmate tunc autem facie ad faciem: Dicens apostolus. liberati autem a peccato serui facti estis iustitię nomine peccati omnia vitia intelligit, & nomine iustitię omnes virtutes.

prig. co. i.

f. co. xliii.

¶ An nescitis] an ignoratis [quoniam cui exhibetis] cui preparatis & tribuitis & presentatis [vos seruos ad obediendum] eius dominio vos submittendo [serui estis eius] voluntati eius seruire habetis [cui obedistis] ei cuius voluntati colla submisistis [siue peccati] ducentis [ad mortem] culpę in via & poenę in gehenna. Nam ad hęc perducit seruitus peccati [siue] [obediōis] ducētis vos [ad iustitiam] ad iustitię perfectionem & cōsummationem. Et hoc quia hi qui in hac via per fidem iustificati sūt diuinis pręceptis obediendo ad summam iustitię perfectionem ascendent [gratias autem] ego apostolus refero [de]o] cui de omni bono agenda est gratiarum actio & pro vobis ei gr̄as refero, eo [quod] vos qui [fuistis serui peccati] peccati in vobis dominante [obedistis eam] peccati a vobis derelictis deo nō ex timore sed [ex corde] ex animo propt̄o, atque spontaneo, obedistis tendentes [in eam formam doctrinę] seu regulam euangelicę doctrinę & eorū quę ex euangelio extrahuntur [in qua]

Expo. text. ad literam

regula euangelica & doctrina informantē & conducēte mores vestros [traditi eitis] mediante gratia iesu christi scolæ eius siue ecclesiæ quæ est corpus eius vt tenendo hanc formam sitis filij ac discipuli christi & eius ecclesiæ liberati autem a peccato] primo & principaliter per christi passionem & mediante effectu passionis christi exhibet̃, & p̃ diligentē vitiōrū eliminationem quæ per gratiam christi cōfertur. [Serui facti estis iustitiæ] consentiēdo eis & operando ea quæ christo placent qui effectus est nobis sapientia & iustitia & etiam eius ecclesiæ quæ quidam seruitus summa est libertas ex quo libertas est a peccato.

Textus.

¶ Humanū dico p̃pter infirmitatē carnis vestræ, sicut em̃ exhibuistis mēbra vestra seruire imūditæ & iniquitati ad iniquitatē, ita nūc exhibite mēbra vestra seruire iustitiæ ī sanctificationē

Notulæ.
humanū

¶ Illud dicitur humanum quod vires fragilitatis humanæ non excedit quod congruum est imbecillitati humanæ a deo adiutę, & quod tam leue ac sine onere est vt nulla ratione infirmitatis excusari valeat homo: iuxta aliquorum dictum. per iniquitatem intelligit aposto. spiritualia peccata quibus quis proximo nocere appetit. Hic tamen p̃r iniquitatem intelligere videtur, quodlibet peccatum siue internum siue externū siue quo appetit quis nocere proximo siue non. [Humanum dico] ore aut litera aut sentētia vobis propono quod humanos a deo adiutos non excedit. Ex quo vires vestræ id portare valent. Rationem quare id dicat romanis ac ceteris christicolis subiungit aposto. dicens [propter infirmitatem] debilitatem & fragilitatem [carnis vestræ.] qua debiles estis non valentes adhuc maiora præcepta implere infirmique infirmitate ex carne procedente quia corpus, quod corripitur aggrauat animam & terrena cogitatio de-

sapien. ix.

primit̃ sensum multa cogitantē. & vt paruuli in christo estis, quibus lac potus dandus est & nō esca quid humanū romanis & ceteris christic. dicat aposto. i. co. iij. declarat ipse dicens [sicut em̃] non coacti, non cōpuli sed mero vestro arbitrio [exhibuistis] preparastis tribuistis, disposuistis & applicastis [mēb. ṽra seruire] op̃ado [imūditæ] libidini & luxurię. Itavt malū opus cōceptū executioni per opus sit demādatū, adimplēdo libidinē, quæ carnē maculat [& iniquitati] iniquæ actiōi siue interne siue externe ducētī [ad iniquitatē] aliā maiorē de vno peccō in aliud progrediēdo, ita vt per incrementa malorū sp̃ in peius p̃gressus fieret ex quo peccator adiciet ad peccandum. Et qui in sordibus est, fordescat adhuc, dicente gregorio Peccatum quod statim per penitentiam nō deletur: suo pondere ad aliud trahit, & incurrere facit maledictionem: dicente esaiā. Vt qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plausiri peccatum, [ita nunc] vos ad deum conuersi a christo christiani vocati, & a peccato liberati a vobis agnita veritate [exhibet̃.] preparate, disponite, applicate, & tribuite, absque coactione aut cōpulsione, sed mediante dei auxilio mero vero arbitrio [membra vestra] quæ vestri iuris sunt [seruire] operando per boni operis executionem conformiter ad actum internum bonum, [iustitiæ] christo qui a deo nobis factus est iustitia, & etiam virtutibus vniuersis, manibus elemosinam dando, pedibus ad ecclesiam eundo, oculis peccata deplendo, auribus verbum dei audiendo, ore deum laudando: quia christus & virtutes ducunt [in sanctificationem]. Ex quo mediante christo & virtutibus sanctis acquiritur, & acquisita augetur, & omne bonum consummatur, ex quo amor christi & iustitiæ & ceterarum virtutum ac in eis delectatio tanta est, vt quem cunque perfecte eas amantem continere faciant non solum quicquid in hoc mundo delectabat,

i. co. iij.

eccl. iij.
apocal. vi.

esaię. ij.

sed etiam & quicquid terret aut eruciat: & exinde dicitur homo ab eis in sanctificationem.

Textus. Cum enim serui essetis peccati liberi fuistis iustitiæ, quem ergo fructum habuistis, tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem. Finem vero vitæ eternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem dei, vita æterna, in christo Iesu domino nostro.

Notulæ.

Nullus dicitur liber esse a iustitia qui arbitrio suo libertatis a iustitia alienus est, qui mediante opere ab eo libere producto aut omissione libera caret iustitia & dominio eius alienus ab ea effectus a bono iustitiæ spoliatus, quia domini libere reliquit mandata. Hic accipit apo. iustitiam pro christo qui nobis factus est iustitia, & etiam pro virtutibus, dicens apostolus, Nam finis illorum mors est, cum loquatur de operibus, quæ quis sub peccato positus egit, & postea animum suum & propositum ad se conuertit de eis erubescendo. nō loquitur de communi morte, qua a corpore anima separatur, ex quo nullus post hanc mortem ad deum conuertitur, de prioribus male gestis poenitentiam agendo, nec etiam de morte spirituali, qua anima perpetuo a deo separatur. Ex quo homo ad deum conuersus de suis peccatis erubescendo non separabitur a deo. **¶** Sed loquitur de morte qua quis propter christum peccato moritur, seipsum vitis, sceleribus, & concupiscentiis mortificando, peccatis omnibus finem imponendo, nā hac morte terminatur & finem habet peccatum.

iustitia:

Differunt manumitti & liberari manumissio ei est libertatis datio, qua quis sua voluntate cum qui sibi est seruitute addictus, ab obligatione seruitutis absoluit liberumque abire iubet. illi dicuntur liberari qui a pena aut obligatione qua alicui tenentur eripiuntur, siue interueniente voluntate illius cui prius obligabantur, siue non. Et hinc peccatores dicuntur a peccato non manumissi, sed liberati ex quo ab obligatione qua a dæmoni ad penam eternam obligabantur sunt a christo erepti nolente dæmone. Hic aposto. loquens de fructu peccati & etiam iustitiæ de fructu arboris loquitur, de qua scribitur. non potest arbor bona malos fructos facere, nec arbor mala bonos fructus facere. Quæ arbor voluntas hominis vocatur, quæ si bona sit arbor bona est. si mala arbor, mala dicitur, cuius arboris fructus sunt opera, de quibus dixit christus. Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructum eius malum. Differunt stipendia & authoramentum. Authoramentum enim dicitur id quod non ex debito, nec quasi pro meritis persoluitur, sed quod ad obligandum donatur, vt est illud quod militibus datur vt ad militiam se obligent. Stipendium vero dicitur id quod pro opere militiæ tanquam debitum redditur & persoluitur ex seruitute impensa, dicens apostolus. Stipendia enim peccati mors accipit mortem pro spiritali morte, quæ hominem a deo separat, de qua dicit ezechiel. anima quæ peccauerunt ipsa morietur. Etenim quandoque in scripturis accipitur pro eo quod in presenti seculo finem non habet, iuxta illud ecclesiastes primo. generatio præterit & generatio aduenit, terra autem in eternum stat. Etiam quandoque accipit pro spacio temporis alicuius rei, vt puta vitæ vnius hominis iuxta illud. in omnibus operibus tuis memorare nouissimi tui & in eternum non peccab, hoc est te in hæc viua vite si id seceris peccatum morte eterna dignum non committes.

manumissio.

liberari.

math. vii.

math. xij

authoramentum.

1. cor. 13.

stipendium

ezech. xvij

multipliciter accipitur eternum.

ecclesi. vii.

duplex vi
ta eterna.

Etiā accipitur eternum pro eo quod nec in hoc seculo nec in alio finē habet, Et ita hic accipit apostolus dicens Gratia autē dei vita eterna. Est vita eterna quę est in christo iesu: est & vita eterna, quę non est in christo iesu. Vita eterna quę non est in christo iesu: est vita damnatorum, qua ipsi æternaliter viuēt in confusione & in opprobrium sempiternum. Vita eterna: quę est in christo iesu est vita beatorum qua ipsi in christo, & cū christo qui eos redemit æternaliter viuēt.

Exp. tex.
ad literam

¶ [Cū em̄] vos romani & cæteri christicolę [serui essetis peccati] peccato in vobis domināte, vobis obediētib; concupiscentiis ac passionibus vestris dæmoni, mundo: & carni [liberi fuistis iustitię] ex quo tūc mediāte vestro libero arbitrio alieni a iustitia fuistis modo supradicto [queri ergo] dum peccatis inuoluti essetis [fructum] perfectum aut vtilitatem [habuistis tunc] dū scelerate viuēbatis in im̄mundiciis peccatorum inuoluti. [In quibus nunc erubescitis] cū sane mentis estis scelerum ac vitiorum vestrorum recordatione habita, verecundiam habentes ad deum conuersi atque diuinitus illustrati peccati opera infructuosa & inutilia relinquentes, de quibus Esaię scribitur. Opera eorum operi inutilia. [Nam finis] terminus [illorum] scelerum ac vitiorum supradictorum, de quibus quis perfecte erubescit [mors est] qua per deo gratam sensualitatis & carnis mortificationem vitis oibus terminus imponitur. Hic de fructibus peccati seu eius operibus loquens apostolus ait eorum finē, esse mortem: in quo tamen sint fructus illi, postquam liberati sunt homines a peccato, non asserit, sed tacet. Loquens vero postea de fructibus iustitię dicit eos in sanctificationem esse & eorum finem esse vitā eternam, & hoc quia fructus peccati seu opera. Postquam homines liberati sunt a peccato, nec in sanctificatione sunt nec in damnationem. Non in sanctificationem ex quo operibus a Deo hominem separantibus, pu

Esa. lix.

ta furtis, homicidiis, & adulteriis, nō sanctificatur homo, licet ex eorum contritione sanctificetur. Non etiā sunt in dānationem: ex quo a peccatis liberati remissionem omnium suorum præcedentium delictorum impetrant, & dei gratiam in qua si vque in finē perseuerent, vitam consequentur eternam. [Nunc vero] vos romani & cæteri christifideles cum conuersi estis ad patrem per christi gratiam [liberati a peccato] cui seruēbatis: nunc vero ab eo erepti per christi passionem exhibitam, velut per meritoria causam vniuersalem, & per actualem vestram poenitentiam & fidē spem & charitatem: velut per meritoria causam particulare. ex quo mediantibus his ab obligatione qua antea demoni ad poenam eternam obligati eratis, erepti estis, nolente demone, & non solum a peccati seruitio erepti estis, sed vltra, [serui autē facti deo] estis ex quo in omnibus vos deo submissistis & submittitis eius adimplendo voluntatem, & id faciendo [habetis] dum dei veri serui estis [fructum vestrum] opera bona ab arbore bona quę est voluntas vestra procedētia vobis, vtilia & congrua a spiritu sancto ducti [in sanctificationem] animarum vestrarū ex quo fructuosus est ex fide quę per dilectionem operatur, ex qua homines iustificantur, & animę purę & mundę efficiuntur: vt deum clare videant: iuxta illud christi dictum. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbūt: nec solum hoc habebitis sed etiam [finem vero] laboris quem in dei seruitio sustinetis percipietis [vitam eternam] corporis & animę quę erit tota merces vestra. Hic aposto. de fructibus seu operibus malis loquens, & etiam de bonis prius de malis & sine eorum mentionē facit, & secundo de bonis & fructu eorum qui est in sanctificationem & eorum finem, qui est vita eterna. & hoc ideo vt in hoc intelligere daret peccatorem, nisi prius peccato moriatur carnem suam propter christum mortificando, non posse

mathei. v.

per iusticiam viuere deo in hac via per dei gratiam,
 & in patria per gloriam eternam. [Stipendia ei peccati] id quod pro opere militiæ auersionis a deo & conuersionis illicitæ ad creaturam, tanquam debitum redditur & persoluitur pro seruitute impensa dæmoni; mundo, aut carni, est [mors] & hoc quia militiæ diaboliç mors eterna, tanquam debitum redditur. [gratia autem dei] est medium per quod iustis datur pro præmio [vita eterna] lex quo ipsa effectiue & obiectiue a deo beatis confertur, & meritorie ex passione christi exhibita, tanquam ex merito primo & generali & principali. Et etiam meritorie ex iustorum fide, spe, & charitate, quas habuerunt dum in hac via uiuerent, tanquam ex merito particulari a merito passionis exhibitæ dependentē, quod quidem meritum iustorum ex gratia dei pcedit. Ex quo dum bonum operamur, non illud ex nobis tanquam ex nobis operamur, sed deus est, qui in nobis primo illud operatur. Ex quo ipse est qui operatur uelle & perficere pro bona uoluntate, Et hoc primo & principaliter, & nos cum illo illud cooperamur, tanquam eius cultores: & agricultura. & ista de causa recte dicit apostolus. Gratia autem dei uita eterna, & non dicit uita eterna sine pluri, sed huic dicto adiungit, [in christo iesu domino nostro.] In hoc declarans beatis non solum tribuendam esse uitam eternam. Ex quo illa contribuitur damnatis, non in christo iesu, sed in eorum confessionem & opprobrium sed eis tribuendam esse uitam eternam in christo iesu, seu consimilem uitæ, qua christus secundum humanitatem eternam uita beata in anima & corpore, & qua consimili uita uiuit beati eternam in anima & corpore, beatificati cum christo & in christo, qui eos redemit. De uiatoribus iustis dicente apostolo. Saluatorem expectamus dominum nostrum iesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis sue. **¶ Cap. V II.**

Philip. ij



Agnoratis fratres, sciētibus enim legē loquor
 Quia lex in homine dominatur, quanto tempore uiuit. Nam quæ sub viro est mulier uiuente viro, alligata est legi. Si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est a lege uiri. Igitur uiuente viro uocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autē mortuus fuerit uir eius, liberata est a lege uiri, ut nō sit adultera si fuerit cum alio viro. Itaque fratres mei & uos mortificati estis legi per corpus christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit ut fructificetis deo. Cum enim essemus in carne passionibus peccatorum: quæ per legem erant operabantur in membris nostris ut fructificarent morti. Nūc autē soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur; ita ut seruiamus in nouitate sp̄s & nō in uetustate literę.

¶ In hac apo. inia, lex n. in hoie dñatur quanto tempore uiuit, ly uiuit non refertur ad hanc dictionē hō, sed ad hanc dictionē lex, quæ lex tandiu in homie dñatur, quandiu ipsa uiuit. Dicitur uiuere lex, qñ autoritatē habet, qñ ad obseruādū ea quæ in ipsa cōtinētur hoies obligat sibi subditos. Lex uiri dicitur lex qua ipse cū

Textus.

Notula

vxore copulatus est ac coniunctus, ratione cuius con-
iunctionis, tenetur ipse debitum reddere vxori suæ,
& nulli alteri, & vxor ei & nulli alteri, et quo ad
hoc ad paria iudicantur vir & mulier; apostolo pri-
mè ad corinthios, vñ. Dicente vir vxori debitū red-
dat, similiter autem & vxor viro. mulier sui corporis
potestatem non habet, sed vir. similiter autē & vir, sui
corporis potestatem non habet, sed mulier. & po-
stea aliquibus intermedijs ibidem dicit. His autem qui
matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed domi-
nus, vxorem a viro non descendere, quod si dicefferit,
manere in nuptiâ, aut viro suo reconciliari, & vir vxo-
rem non dimittat. Etiam vir sua lege supra mulierem
hoc habet vt caput sit mulieris: apostolo in quiente,
i. cor. xi. Volo autē vos scire, quod ois viri caput xp̄us est, ca-
put autem mulieris, vir. Caput vero christi deus, ita
vti caput in cætera mēbra influit, ita et vir in mu-
lierē influere debet, eam regendo, quæ bernādo, & in-
i. co. xiiñ. struēdo aposto, dicēte. Si quid autē volunt mulieres di-
cere, domi viros suos interrogent, & quo ad hæc mulie-
res viris subditæ sunt; domino deo euz in persona sua
gener. iñ. & omnium mulierum nuptarum dicente. Sub viri
potestate eris, & ipse dominabitur tibi, & aposto-
ad eph. v. in quiente. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domi-
no, quoniam vir caput est mulieris, sicut christus, ca-
pitoloc. iñ. put est ecclesie. Mulieres subditæ estote viris vestris,
sicut oportet in domino. Ille dicitur adulter corporali-
ter, qui aliam mulierem a sua vxore carnaliter cogno-
scit, & spiritualiter qui lege cui subditur relicta ad
idola conuertitur, aut ad vitia, aut ad legem abolitā,
aut consummatam. Idem dicatur de muliere erga vi-
rum suum, & legem adulteriñ. Illi dicuntur mortifica-
ti legi, qui a lege mortua soluti sunt, qui ab eius obli-
gatione dei gratia subtracti sunt, qui a debito & ri-
gore eius erepti sunt, & soluti ita vt ipsa lex mortua
nihil in talibus habeat quod puniat. Illi dicuntur esse

in carne, qui carnalibus desiderijs astricti tenentur, qui
de carne præsumunt, qui totam eorum spem in seip-
sis ponunt. Dicuntur passiones peccatorum insentia
vitiorum & vehementes concupiscentiæ. Ideo dicuntur
passiones, quia intrinsicus mentem affligūt, homines
idcirco vincentes, aut quia eos in malo loco reperiunt,
aut non ad bonum dispositos. Illi dicuntur fructificas-
re deo, qui opus internum aut externum ei gratū pro-
ducunt, mediante eo opera studiosa producendo, &
qui ei animas multiplicant & acquirunt exēpto ver-
bo opere & doctrina. Illi dicuntur fructificare morti,
qui opus internum aut externum dæmoni mundo, aut
carni gratum producunt, mediante eo opera vitiosa
producendo: & qui dæmoni animas multiplicant &
acquirunt verbo, doctrina, opere, aut exemplo: istud
apostoli dictum. Nūc autem soluti sumus a lege mor-
tis, in qua detinebamur, exponi valet de lege mēbro-
rum, & etiā de lege mosaica. Illa lex dicitur lex mor-
tis, quæ per peccatum ad quod inducit causa est mor-
tis: & præcipue spiritualis: & hoc modo lex mēbro-
rum lex mortis dicitur. vel quæ etiam occasionaliter
mortem spiritualem infert, culpam augendo, aut inci-
tando concupiscentiam occasionaliter, virtute sup pro-
hibitionis ostendendo, peccata ratiōe cuius natura cor-
rupta ad malū prouocatur. Et quæ etiā gñ am nō con-
fert, nec ratione sui, nec suorum sacramentorum,
aut quæ transgressoribus suis temporale infert mor-
tem. Et hoc modo lex mosaica, lex mortis dicitur. Illi
dicuntur seruire deo in nouitate spiritus, qui spiritua-
lis gratiæ præceptis obediūt, qui circuncisionem spiri-
tualiter obseruant, sua circuncidendo corda, ab omni-
bus vitijs quiescendo: iuxta apostoli dictum. Renouā
te veritatis, illi dicuntur seruire in vetustate literæ, qui
litera accepta in solo sensu literali qui occidit spirituā

passiones
peccatorū

fructificas-
re deo,

lex mortis

eph. iñ.

si relicto in obseruationibus literalibus seu ceremonialibus veteris testamenti seruiunt, circuncisionem, & sabbatum, & sacrificia, & neomenias carnaliter obseruando, per carnalem illam legis obseruationem saluari posse exultimantes. Apostolus in huius capituli exordio, legem Mosaicam cessasse probat, per exemplum hominis mortui, dum viueret matrimonialiter, coniuncti cum uxore, relicta libera ad alium virum ducendum, comparando legem mosaicam mortuam, que ante passionem christi exhibitam erat, vt vir in ordine ad naturam humanam, & precipue iudaicam, que post passionem christi exhibitam mansit, vt mulier orbatavirum ad ducendum alium virum, videlicet leg. euang. & christum in quo fundata est lex. Et istud coparans roma. dicit: **Ro.** An ignoratis fratres? Ac si diceret, O vos romani, fideles, an nescitis vtrum ignoratis quare dicitur sum scio quia non ignoratis ea, quia dum loquor vobis [sci entibus enim legem loquor] Alloquebatur apostolus romanos, inter quos pro tunc multi natione hebrei erant. Alii gentiles in christum credentes, & vtrique hominum sciebant legem in homine dominari, quantum ipsa viuunt iudei in christum conuersi, legem moysi sciebant. & exinde legem matrimonii non ignorabant, nec etiam gentiles romani ad christum conuersi, vt deducitur ex sententia immediate subsequente, que ex auctoritate patris Augustini, lib. secundo de ciuitate dei, capite. xvi. & ex distinctione. vij. cap. Moyses. & ex Tito Livio lib. tertio ab vrbe condita. & etiam ex. ff. veteri. de origine iuris. l. ij. extrahitur, cuius quidem sententiae pars ex vno. pars ex alio, eadem aliquando pars ex pluribus habetur. Numa Pompilius leges quasdam romanis dedit, sed romanorum exactis regibus cum lege tribunitia omnes leges exoleuissent: populusque romanus incerto iure viginti prope annis usus est: Anno. ccc. ab vr. cond. publica auctoritate viri decem constituti sunt (quorum quilibet decemvir appellabatur) per quos ab atheniensibus leges peterentur,

vt legibus romana ciuitas fundaretur, quas in tabulis eburneis per scriptas posteris reliquerunt, quique auctoritate eis concessa aliquid primis illis legibus deesse animaduertentes, sequenti anno, alias duas eisdem tabulas adiecerunt, & ita ex accedenti, duodecim tabularum leges dictae sunt, & sub diuersis titulis collocatae, & ita factum est, vt earum aliqua sub titulo de nuptiis collocaretur, vt Valerius Max. lib. ij. de iustitia antiquorum collocauit. Et etiam Plutar. Theronius lib. proble. in quo dicit coniugum oia esse coia. Et vt scribitur in. ff. veteri. de iust. & iure. l. i. quae est Vlpiani Et in decre. distin. i. cap. ius naturale, cum maris & foeminae coniugatio (quam nos matrimonium appellamus) & liberorum successio, & puerorum educatio, sint de iure naturali, vt declaratur in glosa, capiendocius naturale pro instinctu naturae, ex ratione proueniente, quod dicitur naturalis equitas, concluditur eos qui habuerunt leges, vt fuerunt Romani inter suas leges vnam habuisse de matrimonio, & exinde cum talibus loqueretur apo. scientibus legem eum loquutum fuisse, de qua ipse subiungit. [Quia lex] mosaica & civilis iura matrimonii precipies [in homine dominatur] in ipsum dominum ac imperium habendo tanto tempore [quanto ipse viuunt] quantum vigorem & statum sortitur lex ipsa auctoritatem habens, qua homines sibi subditos ad obseruandum ea, que in ipsa continentur obligat. nam sua deficiente auctoritate, abolita dicitur destructa euacuata & consummata quod ad haec in quibus consummata est & mortua, vt a lege euang. superueniente, consummata destructa & abolita est. lex mosaica, & precipue quo ad sua sacramenta sacrificia neomenias & sabbata & ceremonialia, dicente christo. Lex & prophetae usque ad ioh. & apost. Nec glorificata est. in hac par. pro. excel. glo. si est euacuatur per gloriam est multo magis quae manet in gloria est. ad cessationem legis mosaicae per comparationem hominis mortui dum viueret matrimonialiter coniuncti cum uxore, relicta

Luc. xvi.
ij. cor. ij.

libera ad alium virum ducendum deuenit apostolus
 [nam] viro nupta [quæ sub viro est mulier] viro sub
 dita quo ad eius regimen, gubernationem & instru
 ctionem [viuente viro alligata est legi] diuine quo ad
 math. xix. virum & mulierem æquali, de qua christus dixit, quos
 ergo deus coniunxit, homo non separat. Et etiam legi
 vni, qua iux. dictum apostoli supra expressum. Hoc
 priq. co. xi. supra mulierem nuptam vir nuptus habet, vt mulie
 ris sibi nuptæ, caput sit, vt in ipsa regimē influat gu
 bernationis & doctrinæ. ita (vt ipsa iuxta domini dis
 ad eph. v. ad coll. iij. ctum istud. sub viri potestate eris) obligata sit viro in
 gene. iij. licitis obedire [si aut mortuus fuerit vir eius] morte
 corporali siue naturali, siue ciuili aut violenta [soluta
 est a lege viri] ex q̄ tunc absoluta est a lege qua viro
 viuente tenebatur reddere debitum. ita vt si resurge
 ret non teneretur ipsa eum recipere in virum: nisi (vt
 aliquibus placet) ex decentia quadam, vt alijs placet,
 nisi de nouo ipse cum ea contraheret. Nec huic dicto
 contrariatur illud apostoli ad hebræos. Acceperunt mu
 lieres de resurrectione mortuos suos. Ex quo non res
 ceperunt mulieres maritos suos, virtute matrimonij
 hebr. xi. contracti ante mortē martyri sed filios suos: vt mi
 tier vidua filium suum ad preces heliæ suscitatum su
 gum. xvij. scipit. & etiam helisei hospita filium suum mortuum
 quarti. ad preces ipsius helisei suscitatum suscepit. Cum lex
 reg. iij. diuina quam hic posuit apostolus istud contineat, vt
 mulier nupta debitum coniugale viro suo reddere de
 beat: & nulli alteri per modum conclusionis: istud sub
 iungit apostolus [igitur] lex præcedentibus conclu
 ditur quod [viuente viro] mulier nupta recte & iuste
 [vocabit adultera si fuerit cū alio viro] carnali copu
 la cōiuncta. Et hoc, quia adulteriū est vnus partis nu
 ptæ cōcubitus carnalis, perpetratus cū eovel ea qui v
 quæ non est sua pars [si autem] mulieris nuptæ [mor
 tuus fuerit vir eius] morte corporali, siue naturali, siue
 ciuili, siue violenta [libertata est] absoluta est [a lege

vir] mortui: qua dum viueret iure ei subdita tanquā
 suo capiti & ei obligata erat reddere debitum matri
 moniale, & nulli alteri, & ita absoluta est: teste apo
 stoli vt non sit adultera si fuerit cum alio viro] debi
 te matrimonio coniuncta, & ei carnaliter commixta
 ex hac apostoli sententia secundæ nuptiæ, terciæ, quar
 tæ & consequenter deinceps, non veniunt damnadæ.
 Nam matrimoniali lege per mortem soluta parti in
 hac via remanenti, licet ad alia vota transire. ita vt
 cui vult nubat, in domino tamen: aposto. dicente. Mu
 lier alligata est legi, quāto tēpore vir eius viuuit, quod
 si dormierit vir eius, liberata est a lege cui autē vult
 nubat, tamen in domino. Declarata lege matrimonij
 quomodo mulier nupta mortuo viro soluta est a lege
 viri. Declarat consimiliter lege mosaica mortua eos
 qui subdebantur illi legi absolutos esse a lege illa, vt
 sint alterius legis: videlicet legis euangelicæ, quæ erit
 vt eorum vir dicens [itaq; fratres mei] de vobis dicē
 dum est erga legē mosaicam, vti de muliere viro nu
 pta dictum est. Ex quo vos generis humani creaturæ
 & præcipue iudaicæ gentis estis in comparatione le
 gis mosaicæ vti mulier viro orbata. Ex quo mosaica
 lex ante passionem christi exhibitam veliter sponsus
 spiritualis fuit, cui quandiu ipsa vixit, seu in vigore
 & virtute fuit, non euacuata, non cōsummata, non de
 structa, vos illi subditi fuistis vti mulier viro suo sub
 dita est. Ex quo ipsa vos rexit, & in suis ceremoniali
 bus sacramentis sacrificijs & neomenijs direxit & in
 struxit: ita vt vobis ab ea recedentibus per ydola
 triam aut in obedientiam spirituali adulterio adulteri
 iuste fueritis vocati de populo iudaico: ezechiele dicē
 te. Nec facta est quasi meretrix fastidio augēs præciū
 sed quasi mulier adultera quæ super virum suum indu
 cit alienos omnibus meretricibus dantur mercedes, tu
 autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, &
 dona donabas eis vt intrarent ad te vndique ad for
 i. co. vñ. ezecc. xvi

mandū tecū: factū est in te contra consuetudinē mulierū in fornicationibus tuis & post te nō erit fornicatio in eo enim quod dedisti mercedē & mercedē nō accepisti. Factum est in te contrarium. Propterea meretrix audi verbum domini. Legem mosaicam quā ante passionem christi exhibitam fuit velut spiritalis viri mortuam esse ostendit apo. dicens. [& vos mortificati] dei gra. substracti & absoluti [estis legi] mosa. ex quo mortua est [per corpus christi] per misterium corporis christi, & passionis in suo corpore exhibitę. Et hoc ideo [vt sitis] veluti spiritalis sponsa [alterius] viri videlicet christi & eius euangeli. legis. Ex quo christo non pudet vos, & totum humanum genus in sponsam accipere [qui] christus [Ex mortuis resurrexit] superata & calcata morte, in eternum viuens, vt vos quos moriendo acquisiuit possideat, & [vt fructificetis deo] opus virtuosum internum, & externum deo gratum producendo, atque animas acquirendo & multiplicando verbo, opere, doctrina & exemplo [cum enim essemus in carne] in hac via desideranti carnalibus desiderijs de nobis ipsis præsumentes, totam nostram spem in carne & carnalibus obseruantijs ponentes [passiones peccatorum] ardentis concupiscentiæ mentes humanas affligentes [quæ per legem] membrorum [erant] Effectiue: ex quo ipsa membrorum lex fomite in homine manente, has passiones efficit, & contra rationem insurgere facit. Et etiã he passiones per legem mosaicā & præcipuā in sensu carnali & literali acceptam, erant occasionaliter. ex quo legis mosaicæ prohibitio occasionaliter causa fuit, vt in hominibus carnalibus, tales peccatorū passiones auerentur & operentur. subiungente apostolo [operabantur in membris nostris] corporis membra ad mali operis concepti opus ducendo: ita vt os loqueretur mendacium, & oculi viderent illicita & ap

tes delectarentur audire praua, & manus alium cederet. Et ideo passiones hæc operabantur in membris nostris: teste apostolo [vt fructificarent morti] vt mediantibus membris nostris produceretur opera vitiosa mundo carni & demoni placentia. [Istud apostoli dictum immediate subsequens de lege membrorum sic exponitur. [nunc autem] ipse legis euangelicę nos deo adherentes, spiritali matrimonio christo cõiuncti ei mediante fide, spe, charitate vniti [soluti sumus a lege mortis] a lege membrorum quæ ideo lex mortis dicitur, quia de per se ad vitia homines inducit: & exinde de per se, mortis spiritalis causa est] in qua detinebamur] ei adherendo antequam domini dei præceptis obediremus: ideo a lege membrorum soluti dicimur non quia in nobis post passionem christi exhibitam nulla sit membrorum lex, sed quia christus fortis demone fortior ac lege membrorum demone vi- lucc. xi. cit, & vniuersa eius arma in quibus cõfidebat abstulit, demonis ac legis membrorum virtutem debilitando. De lege mosaica supra dictum apostolo, dictum sic exponitur. [Nunc autem] ipse legis euang. dicatur [residuum modo suprad.] [soluti sumus] nos gratie iudæi [a lege] mosaica, quæ iō lex [mortis] dicebatur, quia ipsa occasionaliter spiritaliter inferebat mortē culpā suā prohibitionis virtute culpā ostenderet occasionaliter nature corruptę vires ad malam concupiscentiam inducendo, & suos transgressores ad temporalem mortem adiudicando, quibus nec virtute sui, nec virtute suorum sacramentorum gratiam conferebat [in qua detinebamur] nos genere iudæi, ex quo ante passionem christi exhibitam ei obligari eramus [ita] etiam nos apostoli & veri christiani erepti sumus a lege mortis, in qua detinebamur: [vt seruiamus domino deo in nouitate spiritus] non solum xpm & christo credendo, sed & in christo exploado sum per legem fidei, cum humilitate eius auxilium

Textus.

[et] vt [non] deinceps seruitiū nostrū impēdamus [in vetustate literæ] cum litera vetusta ceremonialia ac legis mosaice sacramēta & sacrificia obseruādo.

¶ Quid ergo dicemus lex peccatum est: absit, sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebā, nisi lex diceret. Non cōcupisces, occasione autem accepta peccatū per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam, sine lege aliquando, sed cum venisset mandatum peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum & inuentum est mihi mandatū quod erat ad vitam hoc esse ad mortem. Nā peccatum occasione accepta per mandatū seduxit me, & per illud occidit, itaque lex quidem sancta & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est mihi factum est mors, absit, sed peccatum vt appareat peccatum per bonum operatum est mihi mortem, vt fiat supra modū peccās peccatum per mandatū.

Notulæ.

¶ Dicens apostolus, lex peccatum est, absit, & similiter peccatum non cognoui, nisi per legem accipit peccatum pro offensa, mediante qua deus offenditur, siue

interne siue externe siue contraueniendo eius præcepto, siue prohibitioni: Dicendo sed peccatum non cognoui nisi per legem, illic accipit legem siue pro mosaica lege siue pro naturali. Est cōcupiscentia bona, est & concupiscentia mala. Concupiscentia bona est desiderium est appetitus quo quis quæ deo placet, quæ conueniunt, quæ expediunt, quæ bona & iusta sunt, appetit & desiderat. Concupiscentia mala est appetitus est desiderium quo quis quæ deo nō placet, quæ non conueniunt, quæ non expediunt: quæ mala & iniusta sunt appetit & desiderat. In hac apostoli sententia. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces fit loquutio non solū in persona apostoli, sed etiam & totius generis humani, & illic accipitur concupiscentia pro concupiscentia mala, & lex pro lege siue mosaica siue naturali. In hac apostoli sententia, occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, accipitur peccatum pro dæmone qui auctor est peccati & etiam pro fomite & lege membrorum & mandatum pro lege siue naturali siue mosaica, & concupiscentia pro concupiscentia mala. In hac apostoli sententia, sine lege enim peccatum mortuum erat, ego autem viuebam sine lege: aliquando accipi potest lex pro lege mosaica: & eam exponēdo de lege mosaica, accipitur mortuū vt tantū valeat præ debilitate ad mortem tendens, vt dicit de homine agonizante, mortuus est iste. Attamen verius ad litteram accipitur pro lege naturali. Et hoc quia cum illic loquatur apostolus in persona omnium hominum & sua: & de seipso dicat. si quis alius videtur cōfidere in carne, ego autem magis circumcissus octaua die ex genere israel de tribu beniamin ex hebræis hebræus, secundum legem pharisæus, secundum emulationem persequens ecclesiam dei secundum iustitiam, quæ in lege est conuersatus sine querela. Et ipse apostolus sicuti & cæteri homines paruulus

duplex cōcupiscentia.

ad phil. iij

dicit pec-
catū reui-
uere.

lco. xv.

seducere.

fuerit aliquot annis discretionis annos non attingens absque vlla lege tunc existens etiam naturali. Ex quo ob etatis defectum inter bonum & malum discernere non valebat, nullam pro tunc boni aut mali cognitionem habens. In hac parte ego vivebam sine lege aliquando apostolus non solum in persona sua sed generaliter in persona omnium hominum loquitur, in hac apostoli sententia, sed cum venisset mandatum peccatum reuixit, vsque ad illud, lex quidem sancta accipitur mandatum per lege siue mosaica, siue natu, aliquid precipiente aut prohibente. Ideo dicitur hic peccatum reuiuere in omnibus a massa ad infecta descendebus, quia peccatum in adam qui scienter peccatum commiserat vitam habuerat, sed in filiis suis orig, ab eo contra, infectis, quousque ad annos discre, puenerit: ita ut inter bonum & malum discernere valeant peccatum mortuum manet. Ex quo pro tunc quae de se mala sunt & peccata, ut (puta percutere patrem vel matrem) si ab eis perpetrantur peccata minime pro tunc dicuntur, sed postquam ad annos discretionis peruenerint, haec si ab eis perpetrantur peccata dicuntur. Et exinde peccatum quod in adam vitam habuit & etiam fomes & membrorum lex. Et postea in supradictis modo supradicto mortuum est, incipit habere vitam, & ex consequenti reuiuere. ex quo postquam vitam habuit & mortuum est iterum vitam habet. Exponendo supradictam apostoli sententiam de lege mosaica: ideo dicitur peccatum reuiuere, quia occasionaliter lege data peccati virtus aucta est: iuxta illud aposto, virtus vero peccati lex. Illud dicitur aliquem seducere quod falsa sua dulcedine ipsum decipit, & seorsum a bono ducit, & ad malum trahit, rationem eius subuertendo, ut potius bono commutabili ac caduco inhaereat quam summo & increato. in hoc textu, ego autem mortuus sum & inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam hoc esse ad mortem loquens apostol, de morte, acci-

pit mortem pro morte spirituali, qua per peccatum anima a deo separatur: etiam in eodem textu loquitur non solum in persona sua, sed etiam omnium hominum. In hac apostoli sententia, itaque lex quidem sancta & mandatum iustum sanctum, & bonum, cum postquam posita est lex immediate ponitur mandatum, accipitur lex secundum quod malum prohibet, ut cum dicitur. Non concupisces, non furaberis. Mandatum autem accipitur secundum quod facere bonum praecipit, ut cum dicitur. Honora patrem, & matrem, diliges proximum tuum sicut teipsum. Etiam accipitur lex pro lege siue mosaica siue naturali, in hac apostoli sententia: Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem, accipitur peccatum pro demone, auctore peccati, & etiam pro fomite & membrorum lege, in hac sententia. Ut fiat supra modum peccans, peccatum, accipi potest lex peccatum pro peccatore, & etiam pro actuali peccato, per prauaricationem perpetrato, et tunc accipietur lex peccans, ut tantum valeat sicut occasionaliter per mandatum legis peccare faciens. Opinione aliquorum videbatur apostolus per sua dicta legem culpasse, & hinc sentiens contra dictorum suorum obscuritatem nonnullos commoueri prior voluit ipse dicere & remouere id quod sibi obicere aliquis poterat: puta istud. Quia dixisti apostole paulo peccatorum passiones esse per legem, & nos solutos esse a lege mortis, in qua detinebamur & etiam quia dixisti ut seruamus in nouitate spiritus, & non in veteritate literae, videtur lex peccati esse, ne istud ei proponeretur contra ex his dictis suis commotos dicit.
[Quid ergo dicemus] an dicemus, an affirmabimus ex dictis nostris velut consequens bene illatum [lex peccati est] lex ad peccatum de per se inducit aut peccatum efficit, aut ut fiat docet. & exinde ipsam esse vitiosam eunque consequenter qui legem dedit peccatale talem ferendo legem [absit] a nobis istud asserere.

exo. xx.
diuersi
mode acci-
pitur
peccatum

expo. tex.
ad literam

Ex quo ipsa prohibet peccata, & præcepit quæ iusta & bona sunt, & docet quid appetendum sit quidve vitandum, ordinaturque ad discernendum inter bonum & malum, inter virtutes & vitia, ut mala vitentur, & bona agantur. Ipsa enim velut bonus medicus est, qui homini prohibet a cibis venenatis abstinere, & a succo venenatæ herbæ quæ si quis comederit aut biberit non medicus mortis sue causa dicendus est, sed ipse semetipsum etiam & lex peccata prohibendo præuaricantium mortis spiritualis causa dicenda non est sed ipsimet transgressores suæ mortis causa dicendi sunt. Dicitur subsequens de lege mosaica hoc modo exponitur [sed peccatum] ita perfecte & communiter [non cognoui] uti per legem datam cognoscitur [nisi per legem] seu per instructionem legis, nec etiã quæ pena debita peccatum debuit puniri, non cognoui nisi per legis instructionem, nec etiam peccata adeo grauius esse, uti sunt, aut etiam aliqua quæ sunt peccata non cognoui esse peccata, nisi per legem datam. De lege naturali hoc modo exponitur [sed peccatum non cognoui] esse peccatum [nisi per legem] nisi postquam ad annos discretionis perueni legem naturali in tabulis cordis mei descripta delatatis paginis carnis cognoui benefactori beneficium rependendum esse, & proximum iniuste non esse damnificandum. Et exinde nullum esse occidendum autoritate propria, & nulli faciendum quod mihi iuste fieri nolui. Dicitur subsequens de lege mosaica hoc modo exponitur. [Nam concupiscentiam] quæ appetitus est inordinatus [nesciebam] peccatum esse tam perfecte & tam communiter, uti nunc scio peccatum esse poena æterna iuste puniendum [nisi lex diceret] in suo præcepto [non concupisces] nam ipsa dicente non concupisces intellexi cuiuslibet prohibiti concupiscentiam peccatum esse: de lege naturali hoc modo exponitur. [Nam] ego dum paruulus essem ante annos discretionis & si concupis-

centiam malam habueri [concupiscentiam] tamen illam [nesciebam] peccatum esse [nisi lex] suo instinctu naturali [diceret] mihi sicuti post discretionis annos interne dicere incepit [non concupisces] contra id quod lex naturalis iubet aut prohibet nesciuissem illa peccata esse sed cum suo instinctu hæc dicere incepit sciuisti illa peccata esse [occasione autem accepta] a demone, qua considerauit parentem primum transgressionem ac præuaticationem qua legem a domino sibi datam transgressus est, ac præuaticatus quo ad ipsum actualem peccato cecidisse, & quo ad suos posteros originali, & in adam & suis posteris ex illa sua transgressionem aduenisse fomitem & membrorum legem [peccatum] demon qui auctor est peccati aut etiam fomes & membrorum lex [per mandatum] rationem mandati siue naturalis legis siue mosaicæ. Cum considerauit ipse demon per legis obseruantiam siue mosaicam siue naturalem hominem ad veniam rediturum ei inuidit, sicuti & primo parenti. Et mediante hac sua inuidia [operatum est] peccatum seu demon peccati auctor [in me] paulo & etiam ceteris hominibus mediante sua tentatione, seu ad malum incitatione [omnem concupiscentiam] hominem incitando ad libidinis & omnium vitiorum concupiscentiam malam, ut per eam præuaricator legis firet. Et hoc ut peccato damnatur sicuti antea legis transgressio peccato damnatus fuit parens primus. Dicitur subsequens de lege mosaica hoc modo exponitur [sine] lege enim mosaica nondum accepta vel eius cognitione nondum adeptam [peccatum mortuum erat] & hoc quia peccati fomes debilius erat, ita ut non tantum excitaretur homo ad peccandum ut post legem acceptam excitatus est. Et etiã quia ante legem scriptam non tantum imputabatur peccatum, quantum postea imputatum est. Et etiam quia quodam modo latebat, quia non tantum apparebat, quantum postea apparuit post dationem legis.

gen. 3.

Nam tūc quasi sepultum erat, & hoc quia ad aliqua ignorabatur. [Ego autem] apostolus paulus vita cum cæteris hominibus [viuebā] vita corporali in hoc mūdo [sine lege] scripta a me cognita tali [aliquando] aliquo tempore, scilicet in tempore immediate sequente annos discretionis. Nam tunc aliquandiu homo viuuit, & si legi scriptæ subditus sit, nesciens tamen quæ sit lex scripta, quousque ab alio id sibi declaratum sit. De lege naturali hoc modo exponitur. [sine lege] naturali nondum adepti ob ætatis defectum, [peccatū mortuum erat] & hoc quia quæ peccata dicuntur nō imputabantur nec imputantur his qui ea tunc cōmittunt. [ego autem] apostolus vna cum cæteris hominibus [viuebam] vita corporali [sine lege],] vlla etiā naturali [aliquando] videlicet in annis puerilibus discretionis annos præcedentibus. Et hoc quia ob ætatis defectum: nulla tunc lex suscepta est, & nullius legis præceptis tunc obligantur paruuli, ita vt eis contraueniendo peccent. Dicitur subsequens de lege scripta hoc modo exponitur. [Sed cum venisset mandatum] præceptū aut prohibitio legis scriptæ obligantis, quæ antea non obligabat, ex quo lata non erat [peccatū] ex transgressione legis subortum in legis scriptæ transgressoribus] reuixit] vitam iterum habere incepit, sicut in primo parente [legis a deo sibi datæ transgressore] vitam habuerat, & postea modo supradictō mortuum est, vsque dum scripta lex hominibus daretur, sed postea reuixit seu vitam habere incepit, sicuti in primo parente habuerat, dum hi qui legem scriptam susceperunt eam transgressi sunt. De lege naturali hoc modo exponitur. [Sed cum venisset mandatum] præceptum aut prohibitio naturalis legis hominem post discretionis annos obligantis, quæ antea eum ob ætatis defectum, non obligabat [peccatum] fomes, & membrorum lex ex primi parentis vitio in suos posteros descendens, velut sui peccati pœna [reuixit] vi-

tam iterum habere cepit, sicuti in parente primo mediante suo actuali peccato vitam habuerat. Ex quo postea in adæ posteris ipsis annis discretionis nondū adeptis fomes & membrorum lex mortua ē, ex quo & si tunc fomiti adhæserint, non tamen tunc peccauerunt, sed post discretionis annos ei adherendo actuali peccato maculati sunt, sicut primus parens eo maculatus fuerat. [ego autem] apostolus vna cum adæ post eris ex viro & muliere conceptis, virgine maria excepta [mortuus sum] & ipsi supradicti homines mecum in nostra conceptione morte originalis peccati, & etiā actuali, dum post discretionis annos legis a nobis susceptæ præuaricatores effecti sumus, [& inuē tum est mihi] & etiā cæteris hominibus ad hoc datum esse [mandatum] siue naturalis legis siue scriptæ [quod erat ad vitam] æternam consequendam proficiens dū sancte & iuste obseruatum esset [hoc esse] per transgressionem aut omissionem vitiosam, [ad mortem] culpæ in hac via, & dānationis æternæ post hanc vitam. [Nam peccatum] [seu dæmon peccati] auctor cognoscēs parentem primum sua tentatione præceptum sibi datum transgressum fuisse, ex hoc [occasione accepta] cum vidit hominem per legis siue naturalis, siue scriptæ obseruantiam ad vitam æternam aditurum, mihi & cæteris hominibus inuidit sua inuidia, qua mors in hunc mundum intrauit, & [per mā datum] suæ voluntati contrarium. Ex quo virtute per seuerantiæ in mandatorum legis naturalis & scriptæ obseruantia vita contribuitur æternā, qua virtute cognita, ipse dæmon [seduxit me] ac cæteros homines, ex quo ipse vna cum fomite & membrorum lege sua falsa dulcedine nos fefellit & decepti. Et quia ego vna cum cæteris libera voluntate ei adhæsimus. [Et per illud] inconueniens adductum, [Occidit] me & etiā eos qui ei modo supradictō consenserunt &

adheserunt morte spiritali (qua homo adeo separatur) animas nostras interficiendo. Postquam apostolus his verbis supradictis, quid ergo dicemus. Lex peccatum est, ablitia a crimine legem defendit, eam verbis subsequentibus laudat non solum eam iustam esse asserendo, sed etiam eam sanctam & eius mandatum sanctum & iustum & bonum esse pronuntiando his verbis [itaque] non solum sine crimine est lex sed ultra debito pregonio predicanda est. Nam ipsa [lex quidem] siue naturalis siue scripta in se considerata & precipue, quia quae mala & iniqua sunt prohibet [sancta] est ex quo ipsa sanctitatem sine vitio in se continet a sordibus omnis vitii pura existens nihil iniquationis in se habet, licet sancti non sint qui ea male vitentur. Nam non in lege vitium est, sed in male vitentibus ea. Male vitentibus ea dicuntur qui ei non se cum pia humilitate subdunt & qui deo & legi eius non in omnibus parent [&] legis [mandatum] facere bonum praecipit [sanctum] esse dicitur. Et hoc quia sine vitio est sine reprehensione, & sine sordibus ac iniquatione: & omnino purum est ad diuinum cultum ordinatum, & non ad peccatum augendum, quamuis ex fomitis corruptione homo quandoque occasionaliter moueatur ad vitium audito legis praecipito [&] etiam [iustum] ideo dicitur mandatum, quia suos obseruatores iustos reddit praecipiendo praeter equitatem nihil faciendum esse [&] etiam [bonum] ideo dicitur mandatum quia vtile & fructuosum est ad vltimum finem (qui optimus est) dirigens. Dicente dauid, lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, lex domini immaculata conuertens animas testimonium domini fidele sapientiam praestans paruulis, in sequenti textu apostolus contra eum qui ex hac in hoc capite eius sententia inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam hoc esse ad mortem asserere praesumeret legem de se bona mortis spiritalis de per se esse causam loquitur per modum

psal. cxviii
psal. xviii.

questionis, dicens [quod ergo] an ex supradictis meis inferre licite possit quis legis mandatum quod [bonum est] in se consistens. Et hoc quia contra mortis opera datum est, & etiam quia vtile & fructuosum est in vltimum finem dirigens [mihi] & ceteris illud adimplentibus [factum est mors] spiritalis, aut spiritalis necis causa. Huic questioni respondet apostolus, dicens. [Absit] vt quis illud licite inferre valeat: ex quo non sequitur, inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam hoc esse ad mortem, & occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, & etiam occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit. Ergo mandatum de se bonum de per se causa mortis spiritalis factum est. Ratio est, quia non ex iustitia legis, sed ex malitia hominis bono legis abutentis spiritali morte morietur ipse homo, mortem sibi comparando dum mortem digna committit [sed peccatum] daemon peccati auctor & fomes & membrorum lex [vt appareat peccatum] vt appareat demon generis humani inimicus esse & fomes seu membrorum lex repugnans legi mentis & concupiscentis, aduersus spiritum [per bonum] per legem bonam, non directe sed ex occasione [operatum est] sua inductione, incitatione ac tentatione, seductione, ac deceptione, & ad malum inclinatione [mihi] paulo dum expugnator legis essem, ac ceteris generis humani adultis legis susceptae transgressoribus [mortem] spiritualem, quando ego vna cum ceteris daemone, mundo, aut carni, per legis transgressionem adhaesi. Quare supradicta a daemone & fomite, seu membrorum lege acta fuerint, declarat apostolus, dicens. [vt fiat] actuali peccato [supra modum] consuetum & ultra consuetam mensuram [peccata peccatorum] peccator. & hoc [per mandatum] occasionaliter, quia mandati transgressor factus est peccans, & ea ratione dicitur supra modum peccans, quia prauaricationis reatus accessit, & pecc

cati concupiscentia creuit, & etiam quia lege suscepta & cognitone eius habita, grauius efficitur peccatum. ita vt peccator quandoque ad mensuram peccati deueniat. De qua legitur dominum dixisse abrahe. necdum enim completę sunt iniquitates amorreorum, & christum iudęis. Implete męsuram patrũ velt rorum, accipiēdo vti accipi valet in supradictō textu ly peccatum pro actuali peccato, per prauaricationem perpetrato, vt supradictum est, accipietur ly peccans, vt tãtũ valeat, sicut occasionaliter per mādaturũ legis peccare faciēs. Et exponendus venit tex. vti expositus est excepto quod ly peccās supramodũ sic exponitur, vt fiat supramo. [peccās] peccare faciēs [pctm] actualē.

gene. xv.
mat. xxij.

Textus

¶ Scimus enim quod lex spiritalis est ego autē carnalis sum venūdatus sub peccato, Quod enim operor nō inteligo, Non em̄ quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malũ, hoc facio. Si autem quod nolo illud facio: cōsentio legi, quoniã bona est. Nũc aut̄ iam nō operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. Scio eĩ quod nō habitat i me hoc est in carne mea bonũ. Nam vel le adiacet mihi, perficere autē bonum non inuenio. Nō em̄ quod volo bonũ hoc facio, sed qđ nolo malũ, hoc ago. Si aut̄ quod nolo, illud facio. Nō iam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

Notusq.

¶ Ideo lex dicit̄ spiritalis, quia a spiritu sancto data

est, per spiritũ agelicũ: iux. illud de moyse scrip. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cū angelo, qui loquebat̄ ei in mōte sina, & cū patribus nr̄is, qui accepit verba vitę dare nobis & etiã quia ipa spiritalia mandat atq; spiritũ hoĩs alit ipm de diuinis & celestibus instruēdo. Et etiã quia se spiritaliter vult intelligi lex euangel. nō solũ spiritalis d̄r, sed etiã lex spiritus vitę teste aplo infra ca. viij. Et hoc quia nō solũ ipa a spiritu sancto data est, sed etiã eã spiritus sanctus cordibus fidelĩũ imprimit. Ille d̄r carnalis hō, qui in hac via carnaliter viuit, passionũ inclinationes imitādo, in carnalibus desiderijs & cōcupiscētĩs sp̄e suã ponendo. Ita homo, vt eius portio superior carni subdat̄. Etiã dici p̄t hō carnalis (satis large accipiēdo hominē carnalem) ille qui a carne impugnatur: Ita vt sit rebellio carnis ad spiritũ: iux. illud ad galath. v. Caro em̄ cōcupiscit aduersus spiritũ. Et hec carnalitas ex primi p̄ntis pctō provenit, quia ipa ad fomitē p̄tinet qui ex primi pat̄ētis pctō in hoĩes diriuat̄, sicut carnalitas priã, nō solũ ex originali pctō puenit, sed etiã ex actua, per qđ hō carnis cōcupiscētĩs obediēdo, se carnis seruũ cōstituit. Ille d̄r venūdatus sub pctō, qui seip̄m vedit, in seruũ pcti p̄tio, pprię volūtatis implendę. iux. illud eiaic. Ecce in iniquitatibus v̄ris venditi estis. Nã vedit se hō libero suo arbitrio ab aduersario suo pro p̄tio vile, bonũ recipiēs, videlicet delectationē pcti: aut suę inique voluntatis adimplentionē respōdētē helia achaab. Iucni (intelligat̄ te inimicũ mihi) eo qđ venūdatus sis vt faceres malũ in cōspectu dñi. Etiã ille dici potest venūdatus sub pctō qui cū originali cōcipitur a primo parēte descendens, qui se ipm & posteritatē suã hostiã vedit, eius t̄tatiōi adherēdo actũ volūtatis, & etiã actũ exteriori, accepta dulcedie pomi vetiti pro p̄tio. Iste tex. accipi valet, ita vt apostolus loquatur in persona propria & in persona hominis sub gratia constituti. Etiam accipi valet vt aposto. loquatur non in

Actu. vij.
cur lex spi
ritalis d̄r.

venūdatus
sub

esai. i.

ij. regum
xxi.

psalmo.
xxxvñ.

danie. ix

persona propria, sed in persona hominis ac hominum in peccato existentium vti ex scripturis extrahitur prophetas aliquando fuisse loquutos in persona peccatorum, vti loquutus est dauid dicens. Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum, quoniam iniquitates supergressæ sunt caput meum. Et daniel in oratione quã domino fecit in persona peccatorum dicens. Peccauimus iniquitatē fecimus impiē egimus & recessimus & declinauimus a mād. tuis ac iudicis. Nō obediuimus seruis tuis prophetis qui loquuti sunt in nomine tuo. Tibi domine iustitia, nobis autem cōfusio faciei. Et vt facilior sit intelligentia textus, de vtroque homine, ipsum exponēdo in tres partes diuiditur. Prima erit expositio huius partis in se, scimus enim quia lex spiritalis est. secunda erit ab hac parte ego autem carnalis sum. vsque ad hanc exclusiue. Scio enim quod nō habitat in me, hoc est in carne mea bonum, hanc partē exponendo primo in persona hominis sub gratia constituti, secundo in persona hominis in actua li peccato existentis. Tertia erit ab hac parte. Scio enim quod nō habitat in me, hoc est in carne mea bonum, vsque in finem textus præcedentis inclusiue, hanc partem etiam exponendo primo in persona hominis, sub gratia constituti, secundo in persona hominis in actua li peccato existentis, in textu subsequenti loquitur apostolus apostolica autoritate, dicens.

expo. text.
ad literã

[scimus enim]. Ego vna cum cæteris apostolis, & etiã illud a vobis sciri volumus [quod lex] mosaica, [spiritalis est.] Et hoc quia a spiritu sancto data est per spiritum angelicum, & etiã quia ipsa quo ad sua moralia spiritualia mandat & quo ad sua ceremonialia & sacramenta & sacrificia spiritualia præfigurauit. Et exinde spiritum hominis aluit, & de diuinis ac celestibus instruxit, & se a suis spiritualiter intelligi voluit. Etiam nos supradicti scimus & illud a vobis sciri volumus quod lex euangelica non solum spiritalis

est, sed etiam est lex spiritus vitæ, & hoc quia non solum a spiritu sancto data est spiritalia mandando de diuinis ac celestibus suos instruendo, vt a suis spiritualiter intelligatur, sed etiam a spiritu sancto infidelium cordibus impressa est. Et etiam quia sua sacramenta (ex opere operato) ea suscipientibus gratiam conferunt. Alia pars textus modo supradicto diuisa in persona hominis sub gratia constituti, sic exponitur. [Ego autem carnalis sum] quia carnales motus sentio, quia nondum spirituale corpus habeo, & ideo sum [vnum] datus sub peccato] quia parens primus a quo descendit sua transgressione me sub peccato ab initio vendidit recipiens pro pretio dulcedinem pomi vetiti [quod enim] ego homo sub gratia constitutus [operor] non opere exteriori nec interiori consensu nec affectu malum implendi, aut malo consentiendi, sed solum concupiscendo, non secundum rationem, sed secundum appetitum sensibilis passionem, quæ præter rationem & intellectum est, quia eius præuenit iudicium quo adueniente talis impeditur operatio. [Non intelligo] illud esse faciendum per voluntatem ei consentiendo, nec etiam per opus illud executioni demandando, nec etiam illud approbo iudicando illud esse faciendum [non enim quod] ego sub gratia constitutus [volo bonum] voluntate completa, qua volo non concupiscere [hoc ago] hoc non ago complete, ex quo concupisco [sed quod odi malum] scilicet nō concupiscere [illud facio] ex quo carne concupisco. Nā quandiu caro mortalis est, non potest nisi specialissime a deo adiuta a concupiscentiis penitus libera esse, minui concupiscentiæ quidem quotidie possunt, sed ex toto quandiu in hac vi uiuitur auferri non possunt. Et exinde quãuis sub gratia constitutus velit nō concupiscere odiens concupiscentiam, attamen concupiscit, quamuis concupiscentiæ non consentiat, nec desiderio peccati obediatur [si autem quod] ego sub gratia constitutus [nolo] nō

concupiscere conformiter ad legem dicentem, non concupisces, [illud facio] solo concupiscendi motu, concupiscendo [consentio legi] dicenti. Non concupisces. [quoniam bona est] ex quo bonum præcipit, scilicet non concupiscere. Et ego volo non concupiscere, Nā & si contra voluntatem meam concupisco, concupiscentiæ assensum non præbendo, sed ei resistendo, & ab ea mentem auertendo, & arma negando, consentio legi: quoniam bona est, ex quo quod non vult lex nolo cum lege. [Nūc autem] redemptus precioso sanguine iesu christi, existens sub gratia christi, quæ voluntatem meam a cupiditatis consensu liberauit, libertate gratiæ libera existente mente mea [iam non ego operor illud] concupiscentiæ delictum, quo aduersus peccatum concupiscit caro, ex quo a voluntate mea non producit illud delictum, nec ei consentit, sed uti valet membris corpora tenet ne fornicati ac membrorum legi, aut eius desiderijs obediant. [Sed quod habitat in me peccatū] fomes seu membrorum lex, quæ ideo peccatum vocatur, quia peccato facta est & primi peccati pena est, qui quidem fomes in me habitans operatur in me concupiscentiā, qua ego contra rationem concupisco. Supradi. tex. in persona hominis sub gratia constituti expositus in persona hominis peccatoris in peccato actuali existentis sic exponitur [ego autem carnalis sum] quia in hac via meus carni subditur spiritus, & ideo [venundatus sub peccato.] Quia ex libero meo arbitrio peccando me ipsum vendidi, & seruū peccati constitui ab aduersario suscipiens pro pretio peccati dulcedine aut inique meæ voluntatis adimplerem [quod enim] peccator, passionem vel peruersam habitus inclinationem, aut dæmonis aut mundi, aut carnis suggestiōe victus. [Operor] suggestioni supra dictæ adhærendo, aut sensualitatem sequendo. Non intelligo in præceptis veritatis legendo illud non agnosco, nec intus in rationis parte illud ma-

lum lego, tanquam rationi consonum, imo inuicem intelligo non esse operandum peccatum. [non enim quod] ego homo peccator actualibus peccatis inuolutus [volo bonum] volitione incompleta, qua in vniuersali homines bonum volunt, sicut & vniuersali iudicium rectum habent, licet eorum in particulari deprauetur voluntas: ita ut non agant quæ in vniuersali agenda intelligunt & agere volunt, [hoc ago] & hoc quia carnalitati vitæque consentio, desiderioque peccati obedio. [Sed quod odi malum] modo imperfecto, sedendum quod in vniuersali homo malum odit, licet odium illud per passionem & habitus inclinationem in particulari eligibili tollatur [illud facio] passionibus dæmonis, mundi, & carni consentiens etiam per operis executionem, [si autem quod] ego peccator peccatis inuolutus [nolo] volitione vniuersali & imperfecta, qua in vniuersali malum odio [illud facio] mundi, aut carnis, aut dæmonis suggestioni consentium præbendo: & dum hæc ago [consentio legi] quoniam bona est [legem approbando] ex quo quod illa prohibet ratio mea malum esse cognoscit. Pars textus subsequens ista, scilicet. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum de homine peccatore in actuali peccato existente exposita ut verum fatear extorte quodammodo & longe a textu exponitur. Et hoc quia fallitur qui consentiens mundo, aut dæmoni, aut concupiscentiæ carnis suæ, putat se adhuc vere posse dicere. Non ego operor, illud concupiscentiæ delictum, nam si concupiscit & consentit & agit, quomodo non ipse illud operatur, attamen ut totus iste textus subsequens de homine peccatore exponatur. De tali textus subsequens sic exponitur. [Nunc autem] ego homo peccator sub actuali peccato existens [non iam ego operor illud] concupiscentiæ delictum in quantum rationalis creatura cuius est abhorrentia & diligere virtutes iuxta rationis inclinationem

agendo, quæ quidem actio proprie hominis ut rationalis considerati dicitur [sed quod habitat in me peccatum] fomes in me habitans illud operatur, & etiam voluntas mea non rationi obediens, sed fomiti & membrorum legi, quæ quidem actio non proprie rationi ut ratio est attribuenda venit, sed potius fomiti & eius concupiscentiæ. Ex quo dum hæc agit homo iumentis insipientibus ratione carentibus comparandus venit. Alia pars textus modo supradicto diuisa in persona hois sub gratia constituti sic exponitur [scio enim] per rationem & experientiam reluctationis sensualitatis contra rationem. [Quod] bonum gratiæ quæ reformatus sum [non habitat in me] in sententia apostoli qua dicit. Scio enim quia non habitat in me falleretur quis, ex quo sub ly me, totus homo comprehenditur & exinde pars intellectiua in qua bonum habitat, puta synderesis, quæ in bonum tendit & contra malum remurmurat seipsum declarans apostolus subiungit [hoc est in carne mea] ut caro est ac in membris sensituius a carne ad operandum inclinatis non habitat [bonum] sed solum peccati fomes ac eius concupiscentia, quæ rationi aduersatur, & qua caro ac membra sensituiua inclinantur ad opera carnalia perficienda [nam velle adiacet mihi] homini sub gratia constituto, quo ego bona voluntate ad bona & honesta inclinor, & desydero non concupiscere, & repugno concupiscentiæ [perficere autem bonum non inuenio] in meipso tanquam ex meipso quamdiu in hac via uiuo, et hoc quia sicut malum perfici dicitur, dum desyderis malis obedientia prestat, ita & bonum perfici dicitur, quando in homine nulla sunt mala desyderia, ita ut nil mali concupiscat: ita ut ab eo mala concupiscentia totaliter sit exclusa. & exinde in hominibus quamdiu in hac via uiuit & si bona etiam meritoria in eis reperientur, non tamen bona ad totum perfecta. & hoc quia & si concupiscentiæ ad malum inducuntur

non consentiant, tamen concupiscunt non ad perfectum adimplentes illud exodi. xx. & deuteronomij. v. non concupisces. Ex quæ concupiscunt concupiscentia quæ motus primo primus vocatur quæ in potestate hominis non est, & nec ad penam nec ad culpam imputatur, & si hac sola concupiscentia concupiscant adimplentes preceptum illud: non concupisces, ad intentionem precepti dei, prout vult ipse in hac via pro vita eterna consequenda adimpleri, non tamen ad plenum & perfectum adimplent nec adimpletur in hac via, sed adimplebitur in patria, vbi nulla concupiscentia nihilque erit quod impediatur vel interpellat vel incitet in patria existentem ad malum. [Non enim quod] Ego homo sub dei gratia constitutus [volo bonum] non concupiscere [hoc facio] non concupiscendo. Ex quo non possum non concupiscere [sed quod] in noliotione completa quantum ex me est [malum] concupiscere, & concupiscentiam habere [hoc ago] ex quo concupisco & concupiscentiam habeo. [Si autem quod] ego homo sub dei gratia constitutus [nolo] in noliotione quantum ex me est perfecta ac completa non concupiscere [illud facio] ex quo inuitus concupisco] non iam ego operor illud [concupiscentiæ scilicet delictum: quo aduersus rationem concupiscit caro, ex quo a voluntate mea non producit, nec ei consentit, sed uti valet corporis membra tenet ne fomiti ac membrorum legi obediatur, aut desideris eius & cum ea quæ nobis nolentibus accidit non a nobis dicantur fieri. Recte hic dicit apostolus] non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum] fomes & membrorum lex, quæ in me habitans & contra rationem insurgens, concupiscentiam operatur. Supradictus textus in persona hominis peccatoris in peccato actuali existentis sic exponitur. [Scio enim] per experientiam reluctationis sensualitatis contra rationem & etiam peccati actualis in me existentis

[Quod non habitat in me] homine exteriore, carnalibus inclinationibus sensualitatis ac carnis adherente. [hoc est in carne mea] in sensualitatis parte, & in me carnali homine exteriori carni adherenti [bonum] & hoc quia gratiæ donum ac etiam virtus in sensualitate non habitat, nec in carne, nec in carnali homine, sed in spiritali, & in spiritu.] Nam vel le adiacet mihi] homini mortali existenti, quo ego voluntate incompleta ac generali volitione bonum volo ac etiam cognitione eadem iudico bonum faciendum esse. [Perficere autem bonum] in me ipso tamquam ex me ipso. [Non inuenio] & hoc maxime propter rebellionem sensualitatis aduersus rationem, & etiam quia sine dei gratia illud perficere nequeo, A posto. inquit te. Deus est enim qui operatur in nobis velle & perficere, pro bona voluntate. [Non enim quod] ego peccator peccatis inuolutus [volo bonum] volitione incompleta qua in vniuersali homines bonum volunt, & etiam rectum iudicium habent, licet eorum in particulari deprauetur voluntas: ita vt non agant quæ in vniuersali agenda intelligunt, & agere volunt. [Hoc facio] quia carnalitati & vitij consentio, desiderijque eius obedio [Sed quod nolo malum] nolitione quadam vniuersali & imperfecta ac incompleta [hoc ago] sensualitati & concupiscentiæ consentiendo, desiderijque peccati per operis adimplentionem obediendo. Pars textus subsequens ista, scilicet Si autem quod nolo, illud facio, non iam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. De homine peccatore in actuali peccato existente exponi valet, extorite tamen & longe a textu conformiter ad rationem supradictam super illud. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Attamen vt totus iste textus de homine peccatore exponatur de eo sic exponitur. [Si autem] ego homo peccator etiam sub mortali peccato existens [quod nolo] in vniuersali nolitione incom-

Philipp. ij

pleta atque imperfecta, [Illud facio] dæmonis suggestioni ac fomitis inclinationi & desiderij peccati cum sensum præbendo. [Nō iam ego operor illud] in quantum rationalis creatura ex quo eius est abhorre vitia & virtutes imitari, iuxta rationis inclinationem quæ agenda sunt agendo, quæ quidem talis actio rationis propriæ & hominis vt rationalis considerati actio dicitur. [Sed quod habitat in me peccatum] fomes in me habitans illud operatur, & etiam voluntas mea non rationi obediens, sed fomiti ac membrorum legi. Quæ quidem actio non proprie rationi vt ratio est attribuenda venit, sed potius fomiti & eius concupiscentiæ, ex quo dum hæc ago iumentis insipientibus comparandus venio.

[Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet, condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi menti meæ & captiuitatem meam in lege peccati quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, gratia dei per dominum nostrum iesum christum. Igitur ego ipse mente seruo legi dei, carne autem legi peccati.

Lex dicitur a ligando vel a legitima latatione habentis auctoritatem. Et exinde præceptum diuinum dicitur lex quia ligat, & legitime est latum, & eadem ratione præceptum naturale aut humanum dicitur lex.

lex dei.

lex mentis

lex fomitis.

Est quaedam lex dei, est quaedam lex mentis, est quaedam lex fomitis ac membrorum, est & quaedam lex peccati. Lex dei dicitur lex a deo legitime lata, aut in cordibus hominum impressa, uti est lex naturalis post discretionis annos, aut ab ipso deo expressa, aut per suos apostolos, aut eorum successores, aut per ecclesie communem determinationem. Lex mentis dicitur illa per quam hominis portio superior & ratio aduersus carnem concupiscens ac ei resistens aliquid esse faciendum aut omittendum iudicat. Lex fomitis ac membrorum dicitur illa quae ratione inobedientiae primi parentis, qua ipse a deo aduersus est, ab eo pro se ac suis posteris originali deperdita iustitia insurrexit in eo sensualitatis rebellio aduersus rationem, & exinde etiam in suis posteris, quae rebellio ac etiam ad hanc rebellionem dispositio inclinans fomes, peccati vocatur lex membrorum. Et ideo dicitur lex, quia homines in malo ligati: & etiam quia legitime factum est ut hominum caro spiritui resisteret, dum primi parentis spiritus inobediens creatori existit, nam supra hominem deus est, & infra hominem caro, & quia homo superiorē contempsit ab inferiori iuste torquetur, haec enim lex originaliter in appetitu sensitivo constitit, sed diffusiuè in omnibus membris inuenitur, lex peccati dicitur illa quae a peccato orta est, & ad peccatum inducit, uti est lex fomitis, ac membrorum aut etiam dicitur praceptorum ac prohibitionum transgressio, & etiam consuetudo peccandi, qua quis quasi obstinatus manet. Ille dicitur contumeliosus qui cum alio aut medio alicuius rei delectatur, Cum homo rationale animal dicatur compositum ex corpore & anima rationali recte duplex homo in scripturis nuncupatur, non secundum essentiam, sed secundum rationem, vnus interior, alius exterior: ita ut vna ratione homo interior dicatur, & alia ratione homo exterior appelletur. Homo interior dicitur secundum spiritum & rationis affectum, ac secundum rationis

iudicium. Exterior vero homo, appellatur secundum id quod exterius apparet, videlicet secundum corpus effigiatum, & etiam secundum fomitum legem in membris residentem, ac etiam ea quae ex fomitum lege procedunt. His rationibus dicitur homo exterior, ac verus homo. Ille captiuatur, qui ab alio capitur aut captiuus ab alio ducitur. Corpus illud dicitur corpus mortis, quod est mortale infirmitatibus, passionibus, ac languoribus subditum, uti est in hac via hominis corpus. Ille dicitur liberari de corpore mortis huius qui liberatus est a morte & ab omni infirmitate, & passione, & languore, & cuius corpus immortale est. Dicens apostolus. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet, loquitur non solum in persona propria, sed etiam in persona iudeorum, & etiam omnium christifidelium, & omnium gentilium post discretionis annos viuentium. De eisdem loquitur dicens. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Dicens. condelector enim legi dei secundum interiorem hominem de fidei loquitur, & etiam dicens. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Dicens igitur, ego ipse mente seruo legi dei, carne autem, legi peccati. loquitur in persona hominis iusti absque mortali peccato existentis.

expo. lex.
ad literam

¶ Inuenio igitur ego christifidelis [legem] diuinam euangelicam, & ego iudeus (legem) mosaicam & ego gentilis (legem) naturalem [volenti mihi facere bonum] conformem esse ac vtilem ex quo quae mihi vtilia sunt praecipit, & quae inutilia sunt prohibet, ideo mihi conformis, dum bonum facere volo, dicitur ex quo tunc mediante ratione bonum approbo, quod mandat lex & malum detestor, quod prohibet, quoniam ipsa lex bonum praecipit, & malum prohibet, ipsi legi non malum adiacet sed [malum] scilicet fomes ac membrorum

lex, ac etiam ex ea procedens delectatio seu concupiscentia [mihi adiacet] mihi inest nec me quod volo finit perficere. sed in pröptu est iuxta rationē meam iacens, quasi carnem meam inhabitans, vt rationem ad malum trahat, & eam sensualitati succumbere faciat, sed quia illi resisto, & corporis mēbra tenco, & ratiōi adhero. [condelector enim] medio ratiōis carni resistendo in superiore mea portione delectationē habens [legi dei] siue naturalis, siue diuinæ purę positiuæ. Ex quo quicquid deo placet, & eius legi similiter mihi placet [secundū interiorē hoīem] [secundū spiritū & ratiōis affectū, ac ratiōis iudiciū] [video autē] attendo & cognosco & experior [aliam legem] a lege dei & lege mentis, legi dei ac mentis oppositam, quæ lex fomitis ac membrorum dicitur qui originatim in appetitu sensitiuo cōsistit, sed diffusiuē in mēbris meis inuenitur, ita vt fomitis lex respiciat primo hominis mortale carnem vitiatam ac fragile, & ex carnis cōtactu deriuatur ad animam, quā cito corpori copulatur. Et exinde subiūgit apostolus. [repugnantē legi mentis mee] legi per quam hominis portio superior ac ratio nititur deo, in omnibus obedire & legi eius, siue natu. siue diui. puræ positi. in omnibus obtemperare dū sua rebellionē fomitis lex, ei cōtrariatur, & aduersatur, & aduersus eam concupiscit apostolo ad galath. v. dicente. Caro enim concupiscit aduersus spiritum [& captiuantem me] captiuare conantem & ad ei seruiendū me inducentem, & quandoque captiuum ducentem [in lege peccati] in lege quę volun. diui. aduersatur per cōmissionē aut omissionē aut ad mali inductionem [quæ] suprad. pecca. lex [est in membris meis] modo supradicto diffusiuē. Hęc lex diuersimode captiuat, sub gratia constitutum hominem, vt erat apostolus paulus, captiuat seu capit præcise quo ad concupiscentiæ motum, Ex quo concupiscit talis, sed concupiscentiæ non consentit.

Ita vt nec mortaliter nec venialiter peccet, hoīem vero sub peccato constitutum sic captiuat, vt eum capiat & captiuū ducat, quia cōcupiscentiæ consentit quę venialiter quę mortali. Veniali quando sic amat diuitias aut vxorem, aut honores, ita vt & si mihi legi contrarium facere velit, tamen sic supradicta amat vt retardetur ab amore dei & honore ei debito mortali concupiscentiæ consensu consentit, quando dei præcepta, aut prohibitiones transgreditur per omissionem aut consensum formale a: interpretatiuum aut etiam vna cum consensu per operationem [infelix ego homo] non in mente præcise homo, & in carne non homo, sed in mente homo & in carne etiam homo: Ideo infelix quia mens mea fomitis legi ac mēbro. cōsensū præbuit, quo ego peccatum commisi, & eo omisso: miser sum effectus. iuxta illud prouerbiorum. xiiij. Miseros autē facit populos peccatum, & ex consuetudine peccandi spiritualiter sum curuatus: dicente dauid, miser factus sum & curuatus sum, vsque in finem. Et etiā si sensualitati ac membrorum legi consensum nō præbui, & dei gratia iustus sum effectus, tamen infelix sum ego in hac via exiens: & hoc quia felicitate originalis iustitiæ priuatus sum & morti, ac diuersis, tum infirmitatibus, tum passionibus, ac etiam languoribus subiectus: ita vt intra me leges sibi inuicem contrariæ repugnant, & diuersa commoucant prælia ita vt caro spiritui aduersetur, & spiritus carni, & legi mentis repugnet membrorum lex in legem peccati captiuam ducendo animam, cum interior homo in lege dei delectetur. [Quis me liberabit de corpore mortis huius] quis potens erit ille, quis in prelio fortis me liberabit, nullus hoc facere poterit, nisi magnus sit, & fortis & potens in prelio, & nisi dominus virtutum & gloriæ. Nullus inquam nisi ille me liberare poterit de corpore mortis huius,

Nam nisi adueniat eius potētia non liberabitur summa
num genus a morte, & infirmitatibus, & passioni-
bus, ac languoribus, quibus subditum est. Et ideo mor-
tis corpus appellatū. Huic questioni rīdet apostolus
authoritate apostolica dicens [gratia dei] ipse deus est
fectiue & gratia eius in anima infusa formaliter, &
per modum formæ liberabit me hominem a corpore
mortis huius. [Per dominum nostrū iesum christū]
meritorie merito ab alterius merito non dependente
ex quo ipse sua passione exhibita, & sanguine eius
effuso meruit, vt in hac via a peccato liberaretur ho-
mo, & vt post generalem resurrectionem, omnes ele-
cti suis induti corporibus, a morte liberarētur, & ab in-
firmitatibus, & a passionibus & ab omni languore:
ita vt eorum corpora immortalia essent dotata doti-
bus impassibilitatis, agilitatis, subtilitatis, & claritatis
[igitur ego ipse] homo gratia dei a peccato liberatus
per iesum christum, ita vt non permittat me deus ten-
tari supra id quod possum, sed faciat cum tentatione
prouentū, [mente] superiori, mea portioe & ratione
[seruio legi dei] cōcupiscētiæ resistendo, & amando
iustitiā & volēdo que vult deus & eius lex, & nolēdo,
que nult deus ac eius lex [carne autē] tunc seruo [le-
gi peccati] non quidem dando membra iniquitatibus
committendis, sed tantum concupiscendo, quamuis
concupiscētiæ non dem manus. istud verum habet
de apostolo paulo post eius conuersionem, & de cæ-
teris apostolis post in die sancto penthecostes ab ip-
sis gratiam spiritus sancti receptam, & ei consimili-
bus, qui non peccauerunt peccato mortali aut veniali.
Quo ad alios qui etiā spirituales sunt, dicitur eos ser-
uire mente legi dei, & dum mente legi dei seruiunt
seruire legi peccati concupiscendo & concupiscētiæ
consentiendo, consensu non mortali sed veniali. Ex
quo & si mortalia non cōmittant, venalia tamen cō-
mittunt, que gratiæ non contrariantur.

Caput octauum.



Ihil ergo nunc damna-
tionis est, his qui sunt
in christo iesu, qui non
secundum carnem am-
bulant. Lex enim spi-
ritus vitæ in christo ie-
su, liberauit me a lege peccati & mor-
tis. Nam quod impossibile erat legi in
quo infirmabatur per carnem, deus
filium suum mittens in similitudinem
carnis peccati, & de peccato damna-
uit peccatum in carne, vt iustificatio
legis impleretur in nobis, qui non se-
cundum carnem ambulamus, sed secū-
dum spiritum,

Nota. In his dicitur nihil damnationis esse, qui origina-
li carent culpa, & mortali, & veniali: ita vt sic iusti
sint, vt nullo modo obligentur pœnam subire a culpa
contractam. Differunt esse sub christo iesu, & esse in
christo iesu illi dicuntur esse sub christo iesu, qui ex
aqua & spiritu sancto renati sunt, qui fideles sunt, qui
per dissentium, vel errorem a fide non discedunt, nec
a consuetudine ecclesiæ nec eius determinationibus,
licet quibusdam peccatis inuoluti sint, etiam mortalis
bus. Illi dicuntur esse in christo iesu, qui ei tanquam
membra capiti vniti sunt, & adhærēt per fidem, quæ
per charitatem operatur, & sub lege spiritus sunt, &
sic christo seruiunt, vt in eis sit iustitia & nihil iniusti-
tiæ, amor, & nihil odij, veritas, & nihil falsitatis &

sic de cæteris virtutibus dicatur. Illi dicuntur a**bu**la
 re secundum carnem qui desyderijs carnis acquiescunt
 qui carnaliter viuunt, qui carnalibus desyderijs fruun
 tur, ita vt eorum spiritus a carne superetur: & qui le
 gem carnaliter intelligunt & obseruant, illi dicuntur
 non ambulare secundum carnem, sed secundum spiri
 tum, qui vt i spiritus sanctus docet viuunt eius volũ
 tatem adimplendo desyderijs carnis non acquiescens
 do, sed resistenti carnalibus delectationibus, nõ fru
 endo: ita vt eorum caro a spiritu superetur: spiritua
 libus intenti legem non carnaliter, sed spiritualiter in
 telligentes, & obseruantes. Lex spiritus vitæ dicitur
 lex euangelica, & ideo spiritus vitæ quia ipsa per spi
 ritu sanctum addicitur ipso eam in christianorum
 cordibus imprimente, & quia in ea vita repromitti
 tur eterna, & etiam quia ipsa mentẽ viuificat per gra
 tiam quam noue legis sacramenta distribuunt. Illud
 dicitur impossibile fuisse legi quod lex ipsa nec at
 tingere, nec distribuere valebat, vt est damnare pec
 catum, & iustitiam ac gratiam distribuere. Nam mo
 saica lex hæc facere non valebat, nec ex se nec ex suis
 sacramentis, dempta circuncisione quæ ex opere ope
 ratam gratiam conferebat. In illo dicebatur infirmari lex mo
 saica in q̄ ipsa debilis erat, impotens, inefficax ac impos
 sibilitata. Et exinde dicebat infirmari per carnem, quia
 suos infirmos faciebat eis minando mortem, & eos nõ ad
 iuuando per gratiam. Et etiã quia sic impotens erat vt ei
 impossibile esset ex se: aut ex suorũ sacramentorũ su
 sceptione, sibi subditis gratiam cõferre. Et quia onus
 tam graue suis subditis imponebat, vt vix illud ferre
 possent: dicente petro. Nunc ergo quid tentatis dẽum
 imponere iugũ super ceruices discipulorum, quod ne
 que nos, neque patres nostri portare potuimus. Et præ
 cipue infirma dicebatur, quo ad eos qui eam carnali
 ter intelligebant & obseruabant sensu spirituali, qui
 viuificat relicto & literali qui occidit ab eis accepto

lex spiri
tus vitæ.

quid impos
sibile fue
rit legi.

in quo lex
mosaica in
firmabatur.

actuũ xv.

Est caro peccati, est & caro in similitudinem carnis
 peccati. Caro peccati est caro per libidinis vsum ge
 nerata in originali concepta ex quo tanquã pena pro
 cedit peccati fomes ac membrorũ lex & mors & in
 firmitates diuersæ ac passionēs. Caro in similitudine
 carnis peccati est caro quo ad essentiam eiusdem spe
 ciei cum carne peccati sine libidinis vsum generata &
 sine originali concepta in qua non reperitur peccati
 fomes aut membrorum lex, sed bene reperitur in fir
 mitates diuersæ ac passionēs sine peccato tamen & abs
 que vlla concupiscentia mala ac delectatione. Dicens
 apostolus, nihil ergo nunc dånationis est his qui sunt
 in christo iesu qui non secundum carnem ambulãt lo
 quitur in persona omnium apostolorũ & etiã aliorũ
 christifidelium qui nõ in parte carnales sunt & in parte
 spirituales sed qui in toto seu omni ex parte spiritua
 les sunt: ita vt nihil in eis damnatiõis sit modo supra
 declarato. ita vt si concupiscant nullo modo tamen co
 cupiscentiæ acquiescant. De eisdem loquitur aposto
 lus: dicens, lex em̄ spiritus vitæ liberauit me a lege pec
 cati & mortis. Dicens apostolus, nam quod impossi
 bile erat legi, in quo infirmabatur per carnem loqui
 tur de lege mosaica, & etiam (vt dici potest) de lege
 naturali, dicens apostolus. Et de peccato damnauit pec
 catũ: in primo loco, accipit peccatum pro hostia & sa
 crificio pro pec. oblato. In lege em̄ sacrificiũ pro pec
 cato oblatum peccatum vocabatur: iuxta illud osee
 quarto, peccata populi mei comedent. Et etiam quia
 christus hostia & sacrificiũ in cruce factus est, & pro
 peccatis nostris exhibitus est peccatũ vocatus est, iux
 illud. eũ qui nõ nouerat peccatũ pro nobis p̄ctm̄ fecit
 vt nos efficeremur iustitia dei in ipso in secundo loco
 accipit peccatũ pro originali & etiã pro actiua. p̄ctis
 nris quorũ remissionẽ cõsequimur in virtute passio
 nis xp̄i exhibitæ & etiã (vt dici p̄t) pro fomite qui in
 virtute passiois xp̄i exhibitæ debilitatus est in nobis.

Caro pecu

caro in si
militudi
ne carnis
peccati

ñ. co. v.

expo. text. ad literam 70 [Nihil ergo,] nec quo ad culpam nec ad pœnam pro peccato debitam [nunc] tēpore gratiæ, & legis euangelicæ passionem, christi exhibitam subsequente [damnationis,] seu obligationis [est] quo ad culpā originalis peccati aut mortalis, aut ventralis nec etiam quo ad culpam pro his peccatis debitā. [His qui sunt in christi. i.e.] & hoc quia nullo modo, sub lege carnis sunt, ex quo nullo modo carni seruiūt sed omnino sub lege spiritus sunt. Nam & si ipsi a lege fornicationis stimulentur, & stimulatī concupiscunt concupiscentiæ tamen non consentiunt, sed resistunt, & in virtutibus sic sunt radicati: ita ut pro originali cōtracto aut actualibus commissis nihil in eis nunc tempore legis gratiæ puniendū reperiatur. Non sine causa hic aponit apost. nunc quia & si parentes nostri qui passionem, christi exhibitam præcesserunt laudandi veniant ut viri gloriosi & misericordes, quorum pietates nō defuerunt & nomina uiuent in generatione & generationem, & laudem ipsorū nunciet ecclesia. De noe dicente scriptura. Noe inuentus est perfectus, iustus & in tempore iracundię factus est reconcilia. Et de abraham. abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria. & de isaac quod benedictionem omnium gentium dedit ei dominus. Et de iacob. Testamentum suum confirmabit dominus super caput iacob. attamen hi vna cum moysē aarō, & phinees, iosuē & caleph, & samuele nathan, dauid, salomōe, helia, helyseo, ezechia, esaya iosia, hieremia, ezechiele & duodecim prophetis, zorobabel, ioseph seph & sen (quorū laudes in ecclesiastica a. xliiij. capite vsque ad xlix. enarrantur) etiā & si essent in christo iesu, tamen in lymbū descenderunt nullam pœnam sensus illic habentes, carentes tamen lumine non gratiæ sed gloriæ: vsque dum christus in cruce passus est, & sanguinem suum effudit pro generis humani redemptiōe, ex cuius merito a loco illo

eccle. xliiij

inferni educti sunt, dicite dauid. Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me a descendentibus in lacum. Et istud actum est propter primi parentis ad peccatum, cuius cyrographum nondum ante passionem christi amotum abtulit christus in cruce, dicente apostolo. Et sicut in adam omnes moriuntur & ita in christo omnes viuificabuntur, nūc autē in christo iesu vos qui aliqui eratis longe facti estis prope in sanguine christi. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque vnum, & medium parietis maceris soluens inimicitias in carne sua legem mādatorum decretis euacuans, ut duos condat in semetipso in vnum nouū hominē faciens pacem ut reconciliet ambos in vno corpore per crucem interficiens inimicitias in semetipso [qui non secundum carnem ambulant] & hoc quia spirituali cursu iuxta viam mandatorum dei incedūt [lex spiritus vitæ] que ideo lex euangelica dicitur, quia ipsa est gratiæ lex & misericordiæ suorum mentes viuificans [in christo iesu] in merito passiois christi exhibitæ & sanguinis eius effusi [liberauit me] eripuit me libertate mihi donata, & etiam cuiusque christifideli qui in toto spiritualis est [a lege peccati & mortis] a lege ex peccato orta & ad peccatum inducente, vti est fornicationis lex, & etiam ab actu culpæ & pœnæ, pro culpa infligendæ. Et hoc per christum per quem gratia & veritas collata est: iuxta illud. gratia & veritas per iesum christū facta est [nam quod] damnare peccatum & liberare a lege peccati & mortis & dare iustitiam & distribuere gratiam [impossibile erat legi] naturali & etiam mosaicæ. Ex quo earum quælibet impotens erat damnare peccatum, & liberare a lege peccati & mortis, & dare iustitiā, & distribuere gratiam ex opere operato [in quo] supra dicto impossibili [infirmabatur] ex quo ipsa prædebitate spiritualiter suos iustificare non valens eis onus graue inferebat [per carnem] per obseruantias &

psal. xxxix.

i. cor. xv. eph. ij.

ioan. i.

justificationes carnales quæ non purificabant. Ex quo sacramenta legalia corporaliter tantum mundabant quæsdam inhabilitates seu irregularitates ab interiori in ductas, & ab ingressu templi atque similibus impedi entes tollendo [deus] pater, at ubi venit plenitudo tē poris [filium suū] vnigenitum, propriū & consubstā tialē atque coeternum [mittens] nō eū creans vel fa ciens, sed eum in hunc mundum mittens non per loca lem descensum, ex quo vbique est, & fuit, & erit per essentia, præsentiam, & potentia, sed per incarnatio nis misterium, dum factus est ex muliere & sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret [in similitudinē carnis pcti,] nō quasi caro nō esse, sed in similitudinē carnis peccati quia veraciter caro erat eadē in specie cum nostra, sed peccati caro non erat. Nostra em̄ caro peccati caro est, quia per libidinis vsum generata est, & quia cum originali cōcepti sumus & exinde in nobis procedunt tanquam pœna peccati fomes & mors & infirmitates diuersæ ac passiones, sed christi caro verā caro erat, non pcti, sed in similitudinē carnis pec cati. Et hoc quia ipsa sine libidinis vsum generata est in vtero virginali sine originali concepta in qua non est repertum peccatū, nec peccati fomes seu membrorū lex. Mors tamen vt nos redimeret in ea reperta est, ac etiam infirmitates diuersæ ac passiones, sine peccato tamen, & absque vlla mala cōcupiscentia aut delecta tione [& de peccato] de hostia & de sacrificio, quod factus est pro peccatis nostris ipse christus, quando in ara crucis extensus seipsum pro nobis deo patri ho stiam obtulit sua passione exhibita, & suo sanguine effuso genus humanū redimendo & a peccatis abluē do [damnavit] deleuit deliruxit [peccatū] tam origi nale quā actuale, & in nostra carne debilitauit fomitem peccati: ita vt tantæ virtutis nō sit post eius passionē exhibitā, quā fuit ante. Et etiā a peccato seu auctore peccati demone ex quo sua lusionē innocentē chri-

stum in quo non est inuentus dolus, & in quo nihil iu ris habebat demon, ipsum christum attētauit tradere morti ab eo, quem super genus humanū potestātē ha bebat abstulit: iux. apo. Omnia delicta delens quod ad coloc. ij aduersus nos erat cyrographum decreti quod erat cō trarium nobis & ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & expoliēs principatus & potestates [in carne] sua christus pro genere humano sustinendo mortem peccatū modo supradictō dānavit in sui corporis pas sione pro nobis vulneratus nostros ferens languores iuxta illud. Vere languores nostros ipse tulit, & dolo esaiē. liij. res nostros ipse portauit, ipse autem vulneratus est pro pter iniquitates nostras attritus est propter scelera no stra. Et illud hebr. christus semel oblatus est ad multo hebr. ix rum ex haurienda peccata. Et illud. Peccata nostra ip i. pct. ij. se pertulit in corpore suo super lignū vt peccatis mor tui iustitiæ viuamus [vt iustificatio] qua iustificati su mus & iusti coram deo effecti, ideo dicta [legis] non quia eam effecit lex, aut contulit aut distribuit ex se, aut ex suis sacramentis, sed quia eam promissit & spon pōdit & conferendā præfigurauit in suis sacramētis & sacrificiis [impleretur] perficeretur, vt impleta & per fecta est & perficitur & impletur [in nobis] per chris ti passionem exhibitam redemptis & a peccatis per baptismum liberatis qui in aliorum sacramentorū su sceptione gratiā iustificantē in lege præfiguratam, ac prægnunciatā recipimus, mō quo nō receperūt patres qui christi passionē exhibitā præcesserunt ex q̄ & si eis in merito passionis xpi exhibendæ collata sit gra tia per fidē quę per charitatē operatur, non tamen eis est collata per sacramēta ex opere operato, gratiā di stribuendā virtutem habentia: & exinde absoluti non sunt a reatu originalis peccati. Propterea in limbū pa trū descenderunt passionē christi expectantes. Nobis vero passionē xpi exhibitā subsequētibus in merito passionis xpi exhibitæ gratia cōfertur. nō solū per fī dē quę per charitatē operatur, sed etiā per sacramēta

ex opere operato gratiam distribuendi virtutem habentia. Et exinde in sacramenti baptismatis susceptio ne, non solum absoluti sumus a culpa origi. peccati sed etiam, & a reatu: & si adulti simus ab omni etiam pena peccatis actualibus debita. [Qui non secundum carnem ambulamus] qui non secundum carnem viuimus, nec etiam legem obseruamus in sensu carnali sed spiritali [sed secundum spiritum] ambulamus in hac via, a spiritu sancto adiuti, ut docet ipse uiuendo eiusque voluntati adherendo delectationibus carnis non fruendo, desiderijque eius non adherendo, sed resistendo: ita ut nostra caro a spiritu superetur, non intenti rebus terrenis & carnalibus, sed spiritalibus ac celestibus. Cum postquam apost. dixit deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis immediate post subiuerit. Qui non secundum carnem ambulat, sed secundum spiritum concluditur non esse asserendum aut dogmatizandum istud, scilicet christus pro nobis passus est, christus sua passione exhibita nos redemit. Ergo ut nos ad salutem consequamur a nobis non sunt bona opera facienda. Sed asserendum est christum pro omnibus sufficienter fuisse passum, ex quo sua passio sufficiens fuit ad redemptionem omnium, sed non passum fuisse pro omnibus efficaciter, sed pro his precise qui non ambulant secundum carnem, sed efficaciter secundum spiritum.

Textus.

Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Qui uero secundum spiritum sunt, quæ spiritus, sunt sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est; prudentia autem spiritus uita & pax quoniam sapientia carnis ini-

mica est deo legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt deo placere non possunt.

illi dicuntur esse secundum carnem qui carnaliter uiuunt, & carnalibus delectationibus fruuntur, & desiderijs carnis consentiunt & acquiescunt, ita: ut eorum spiritus, a carne superetur, & qui legem non in sensu spiritali, sed carnali, & literali, qui occidit intelligunt & obseruant. Illi dicuntur esse secundum spiritum, qui non carnaliter uiuunt, nec delectationibus carnali fruuntur, nec desiderijs carnis consentiunt aut acquiescunt, sed resistunt: ita ut eorum caro a spiritu superetur, non intenti rebus terrenis ac carnalibus, sed spiritalibus ac celestibus legem non carnaliter sed spiritaliter intelligentes & obseruantes. Prudentia carnis non uera prudentia est, sed apparens prudentia, quæ ideo prudentia appellatur, quia apparentem similitudinem habet cum uera prudentia. Et hæc duplex reperitur, una in credendis, alia in agendis. Prudentia carnis in credendis illa dicitur, quæ non credit, nisi quæ in rerum natura reperit, & quæ ex circulatione cælorum, & astrorum influenza concludere potest unde negat christum ex uirgine natum & eum esse deum & hominem. De hac dicente apostolo. Prudentiam prudentum reprobabo. Etiam dicitur illa qua quis astuto modo legem scit interpretari aut insequi in solo sensu literali qui occidit. Prudentia carnis in agendis, dicitur illa qua quis seipsum amando deo relicto sibi futura inconuenientia preuidet, & eis peccat, & quæ caro appetit preuidet & preordinat. De hac dicente christo. Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Differunt sapientia uera, & prudentia in hoc, quod sapientia dicitur meditatio, qua quis superna & celestia meditatur: ita ut ardentis sua meditatione peccatis relictis ac tempo-

i. corinth. i

luca. xvi.

Sap. i.

ralibus deo postpositis, totaliter in deum & celestis tendat. de hac scribente salomone. In maliuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. & prudentia vera dicitur illa qua quis moderate uti debet, disponit futura, ac presentia, & etiam qua quis legem uti debet interpretatur, & haec prudentia spiritus dicitur, quae duplex est. vna in credendis alia in agendis. Prudentia spiritus in credendis, est illa, qua quis legem interpretatur, non in solo sensu litterali, sed etiam in spirituali, & etiam qua quis non solum credit, quae in rerum natura reperit, & quae ex circulatione caelorum & astrorum influenza concludere potest, sed etiam quae naturam excedunt quae a deo reuelata sunt, in veteri, aut nouo testamento contenta, aut ab ecclesia determinata. Prudentia spiritus in agendis dicitur illa qua quis conuenienter sua disponit opera conformiter ad dei voluntatem, & qua mentis ratio disponit, malum pro malo non reddere, amicos in deum & inimicos propter deum diligere, & pro inimicis orare, cunctaque temporalia ac transitoria spernere, & gaudia caelestis patrie, toto mentis conatu appetere. Dicens apostolus, Prudentia carnis, mors est, & postea, sapientia carnis, inimica est deo, differentiam non ponit inter prudentiam carnis, & sapientiam carnis sed pro vno & eodem accipit. ideo dicitur prudentia seu sapientia carnis inimica esse deo, quia eius voluntati aduersatur tum in credendis, tum in agendis, & etiam quia suis preceptis contrariatur, ac suae legis mandatis: Cum hic dicit apostolus, sapientiam carnis non posse legi dei esse subiectam, sub his verbis, Quoniam sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta, nec enim potest, Non loquitur de carne quae est creatura dei, nec de homine illa sapientia prudente, sed de prudentia carnis, quae est vitium hominis.

Expo. text. [Qui enim] homines cuiuscunque gradus aut conditionis existant, [secundum carnem sunt] quia eorum

spiritus a carne superatur. [Quae carnis sunt sapient.] Ex quo carnalia, & quae ad carnem pertinent degustant, & temporalia cum suauitatis sapore attendunt, in eis delectabilem saporem accipientes, suo ventri seruietes: iuxta illud isra. xvi. cap. Huiusmodi enim christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. [qui vero] homines, cuiuscunque gradus aut conditionis existant, [secundum spiritum sunt,] quia spiritui acquiescunt, & consentiunt: ita ut eorum caro a spiritu superetur, esse supremum in quo trinitatis imago reluet, pensantes [quae spiritus sunt sentiunt] diuina & spiritualia bona intelligentes, & degustantes spirituali dulcedine repleti, spiritualia ac diuina cum sapore intelligunt, & sollicitè implent, & in eis occupantur, gaudia caelestis patrie querentes, rectum habentes sensum, in spiritualibus conformiter ad salo. Sentite de domino Sapientia in bonitate. [nam prudentia carnis] tum in credendis tum in agendis [mors est] in credendis. Ideo dicitur, haec prudentia mors, quia peccatum mortale est. & hic in hac via per culpam hac prudentia prudentem a deo separat, & cum ea decedentem in gehennam mittit. Et etiam prudentia carnis in agendis, [mors est] spiritualis, hominem in hac via a deo separans, & post hanc viam, mortem aeternam, in gehenna conferens, quia istorum causa est: dicente apostolo. Qui seminat in carne, & de carne metet corruptionem. [Prudentia autem spiritus. Tum in credendis, tum in agendis est] vita & pax [in credendis est talis prudentia] vita & pax. Et hoc ideo vita spiritualis, quia in hac via, animam spiritualiter viuere facit, & deo unitam reddit, ex quo ea mediante hac prudentia, prudens gloriae eterne vitam meretur & adipiscitur. Ideo haec prudentia dicitur pax, quia est causa pacis. Ex quo animam in hac via deo pacatam acceptam & gratam reddit. Dicente propheta, Pax multa diligentibus legem tuam. po. cxviii et etiam quia in gloria aeterna cum qui in hac via usque

in finem hac prudentia vsus est pacificum & gloriosum reddit: ita vt a nullo patiat, nec pati valeat. Et etiam prudentia spiritus in agendis est vita & pax, quæ id dicitur vita spiritua, quia in hac via animam deo vni tam reddit spirituali vita viuente. & etiam, quia hac prudentia prudens mediante ea vitam meretur eternam & adipiscitur. & ideo dicitur hæc prudentia pax quia in hac via hominem cum deo pacem habentem reddit, & multis virtutibus ornat: dicente iacobo in sua canonica, quæ autem desursum est sapientia primum quidem pudica est, deinde pacifica modestia suadibilis bonis consentiens plena misericordia & fructibus bonis iudicans sine simulatione. Et etiam cum ipsa sit pax effectus est iustitiæ impedimenta pacis remouentis. Dicente esaya, erit opus iustitiæ pax. Est etiam iustitiæ fructus dicente iacobo, fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem. Etiam hæc prudentia ideo dicitur pax, quia in ea perseverantem vsque in finem in futura patria gloriosum reddit, & sic pacificum, vt nullus ei aduersari valeat, & a nullo possit pati [quoniam sapientia carnis] supradicta, de qua scribitur. Non est ista sapientia desursum descendens a patre luminum, sed terrena animalis & diabolica. [inimica est deo] non quasi ipsa possit deum ledere, resistendo enim diuinæ voluntati atque sapientiæ, ei inimica est non nocendo deo, sed illi in quo est talis sapientia carnis [legi enim dei] ipsa carnis sapientia seu prudentia [non est subiecta] quia non credit nec agit, quæ lex diuina tradit credenda esse aut agenda, sed ab his nititur hominem retrahere: de prudentia carnis sapientibus dicente hieremia, sapientes sunt, vt faciant mala bene autem facere nescierunt [neque enim potest] sapientia carnis legi dei esse subiecta, quia de directo ipsa legi dei opponitur. Et vnum oppositorum alteri non subicitur sed repugnat. Nam lex diuina docet vltimum finem in deum esse constituendum, &

iacobi, iij.

esa, xxxij.

iacobi, iij.

iacobi, iij.

hier, iij.

carnem cum vitis & concupiscentis concrucifigendam esse propter deum. Hæc vero carnis prudentia instruit vt deo subditus ab eo recedat & carni laxet habenas, & ad hæc ipsum inducit. Et exinde sicut albedo nunquam potest esse nigredo, licet qui est albus possit effici niger: ita & carnis prudentia cum sit auersio a deo non potest subici legi dei: licet homo qui prudentiæ carnis subiectus est & exinde vitio, possit ab hac prudentia carnis & vitio liberari & deo subici, iuxta illud supra capite. vi. Liberati autem a peccato serui facti estis iustitiæ, nunc vero liberati a peccato serui autem facti deo habetis fructum vestrum in sanctificatione [qui autem] homines cuiuscunque gradus aut conditionis existant [in carne sunt] modo supra dicto carnaliter viuendo, ita vt in sensibilibus bonis finaliter existant, & in carne eorum sit confidentia concupiscentias suas imitando, deo placere non possunt] quandiu tales sunt, & taliter viuunt, possunt tamen reuerti & deo reconciliari, & tunc carnalitate relicta, effici dei serui & amici. Sed quandiu carnalibus delectationibus acquiescunt, consentiunt & fruuntur, non possunt deo seruire vt eius veri serui ab eo dilecti christo dicente. Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum continet. Non potestis deo seruire & mammonæ.

math, vi.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum christi non habet, hic non est eius. Si autem christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, Spiritus autem viuit propter iustifica

Textus

tionem. Quod si spiritus eius, qui suscitauit iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit iesum christum a mortuis viuificabit, & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem viueritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.

Notula.

ad gal. v.

ad gal. v.

ioan. xv.

illi dicuntur esse in carne, qui legi fornicis consensum præbent, qui opera carnis adimplent, quæ teste apostolo sunt, fornicatio, inmunditia, impudicitia, luxuria, ydolorum seruitus, veneficia inmunditiæ, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commestationes, & his similia. Illi dicuntur esse in spiritu, qui carni non consentiunt, sed ei contradicendo portioni superiori ac spiritui (quæ deo placent) obediunt, habentes fructum spiritus, qui, teste apostolo. Est charitas gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo fides, modestia, continentia, castitas. Dicens apo. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, & similiter, Spiritus autem viuuit propter iustitiam. accipit spiritum pro hominis spiritu, qui carni contrariatur, & aduersatur, & homini ostendit quæ deo placent, & ad hæc credenda & imitanda eum inducit. in alijs locis huius textus loquens de spiritu, accipit spiritum pro spiritu sancto, qui dicitur dei patris, & etiam christi, quia a patre & filio procedit: vnde christus spiritum sanctum simul sibi & patri attribuit: ipso inquitente. Cum autem uenerit paracletus quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium

perhibebit de me. Et hic spiritus sanctus aliquibus modis creaturæ humanæ contribuitur. Vno modo cum signo exteriori, sicut in die penthecostes, die quinquagesimo, post christi resurrectionem, apostolis in linguis igneis contributus est. Alio modo sine signo exteriori homini contribuitur, vt possit prophetare: iuxta illud de saule scriptum. & insiluit super eum spiritus domini & prophetauit in medio eorum. Tertio modo contribuitur hominibus ad intelligentiam scripturarum sicut in die paschæ christi discipulis contributus est: iuxta illud. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Quarto modo audientibus dei verbum, vt ea quæ docet verbum dei loquens ipsi intelligant vt loquente verbum dei petro, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Quinto modo creaturæ rationali, vt in ipsa per dei gratiam inhabitet. Et hoc modo suscipiunt baptismum primo contribuitur, sed postquam peruenit homo ad discretionis annos ipso fornicis ac membrorum legi & carni, per consensum ad herente effugatur: iuxta illud in genesi scriptum: dixitque deus, non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Sed postmodum si carnem suam cum vitijs & concupiscentijs mortificet homo propter deum & spiritui adhæreat dei patris ac christi spiritus habitat in eo, & quanto eius anima purior efficitur, tanto plus ei spiritus sancti gratia infunditur. Ideo dicitur corpus mortuum propter peccatum, quia propter primi parentis peccatum morti obstrictum est mortale ac fragile effectum necessitati moriendi subditum & infirmitatibus, ac passionibus, mortem inducentibus: domino deo primo parenti dicente. In quacunque die comederis, ex eo morte morieris. intelligatur necessitati mortis infirmitatibus, & passionibus, mortem inducentibus addictus eris, tu & tota posteritas tua. ideo dicitur humana corpora mortalia, non solum quia semel moritura sunt per animæ a corpore separationem

spiritus sanctus multipliciter hominibus tribuitur.

actuum. ij. i. reg. x.

iuce. viiij.

actuum. x.

gene. vi.

gene. ij.

sed etiam quia & si animæ nunquam separarentur a corpore, attamen possunt separari & hoc modo ante peccatum mortalis dictus est primus parēs, quia & si nūquam mortuus fuisset, attamen poterat mori. Ille dicitur alicui debitor, aut quia ab eo aliquid accepit tenetur illud ei aut æquiualens restituere, aut quia ratione subiectionis tenetur ei seruitium exhibere: homo quicumque deo debitor est, quia quicquid boni habet, ab eo accepit, & etiam, quia ratione subiectionis tenetur ei seruitium exhibere, & carni suæ obligatur homo ministrare victum ac vestitum. Ille dicitur viuere secundum carnem, qui mō suprad. desiderijs carnis consensum præbet. Facta carnis spiritu mortificare est ea propter christum destruere, ad nihilare, & extirpare, per adeptionem virtutum, illis factis opposita rum. Apostolus aliquibus scribens aliquādo quasi perfectis loquitur, aliquādo quasi perfecturis. Super hoc passu, vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis: beatus ambrosius dicit ambigue loqui apostolum. & hoc quia i lege in ducti non adhuc perfectæ erant fidei, sed spem in eis videbat perfectionis, & istud eius dictum veritati cō forme est, quia ab hoc passu: vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in vobis, vsque ad illud inclusiue. Si aut spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis, verba profert non declarantia ipsos perfectæ fidei esse, sed ad perfectam fidem habendam inducentia.

Expo. tex. ad litteram

esaię. xlii

[Vos autem] romani ad christum conuersi, eius fide suscepta [in carne non estis] a carnalibus desiderijs non detinemini, quia opera carnis non facitis, consentiendo concupiscentijs eius, [Sed in spiritu] quia secundum interiorum hominem condelectamini legi dei, secundum rationis iudicium, viuendo, adimplendo illud esaię. Redite preuaricatores ad cor [si tamen spiritus dei] spiritus videlicet sanctus: ideo dictus spiritus

dei, quia a patre & filio procedit [habitat in vobis] per gratiam in vobis manens, in vobis mansione faciens, mediante fide, spe & charitate. Nam hi quos sic inhabitat, spiritus sanctus in carne non sunt, sed in spiritu [si quis autem] homo quisquis sit ille cuiuscunque gradus aut conditionis existat [spiritum christi] spiritum videlicet sanctum, qui ideo dicitur christi, quia a filio procedit, & christus est filius dei [non habet] in eo per gratiam habitantem, mediante sacri baptismi susceptione, & si adultus sit mediante fide spe: & charitate, [hic non est eius] ex quo non est membrum christi ab eo per gratiam possessum, nec ei tanquam capiti per gratiam vnitum secundum præsentem dei similitudinem, licet interdum ad christum pertineat secundum æternam dei prædestinationem de numero prædestinatorum existens, licet in peccato mortali sit uti erat paulus quando consentiens, erat morti beati stephani. Et quando ante conuersionem suam, ecclesiam dei persequebatur & expugnabat. Et etiam uti erat petrus quando in domo cayphæ negauit christum, & in domo annæ. Nam tunc non erat ipse christi membrum ei tanquam capiti per gratiam ac fidem vnitum [si autem christus in vobis est] habitans in cordibus vestris, per fidem, spem, & charitatem, faciens amicos & inimicos diligere, & pro cœlestibus estuari, & carnem ceteri, & mentem a concupiscentijs frenari. [corpus quidem mortuum est propter peccatum] quia propter primi parentis peccatum, morti & passionibus & infirmitatibus diuersis subditum est [spūs vero] vester qui ratio dicitur [quo ad utranque sui portionem, superiorem & inferiorem. Superiorem ad deum dirigentem, & ad cœlestia & ratione synderesis in hac portione existentis, a malo reuocantem, & ad optima deprecantem aduersus malum quærule manens. Et inferiorem quæ terrena & inferiora respicit ipsa in deum referendo] viuuit ex fide, apostolo supra capite primo

actū. vii
gal. i.

mat. xxvi
marc. xiii
& lu. xxii
ioan. xvii

ad gal. ij. dicente. Iustus autem ex fide uiuit. & de seipso inquit
 ente. quod autem nunc uiuo in carne in fide uiuo filij
 dei qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me [p. o
 pter iustificacionem] spiritui hominis mediante pas
 sione christi exhibita collatam, qua peccata qua spiri
 tum vulnerabant, dimissa sunt, & etiam propter ius
 titia exercitacionem: christo di. Ego uenit vitam
 iohan. x. habeant & habundantius habeant [quod si spiritus
 eius] dei patris spiritus, qui est spiritus sanctus, ideo
 dei patris dictus spiritus, quia ab ipso procedit [qui]
 deus pater [suscitauit iesum a mortuis] ex quo ad vo
 cem patris de loco mortuorum (in quo per triduum
 actiū. ij. iacuit christi corpus) excitatus est, dice e. petro. Deus
 suscitans filium suum, misit eum benedicentem vo
 bis, vt conuertat se vnusquisque a nequitia sua. Et si
 deus pater sua virtute christum suscitauerit a mor
 tuis, etiam ipse christus sua propria virtute resurrexit
 Ex quo eadem est virtus patris & filij [Habitat in vo
 bis] spiritus sanctus. perseveranter usque in finem vi
 te presentis, ita vt in gratia decedatis [qui] deus pater
 & etiam ipsemet christus [suscitauit iesum christum
 a mortuis] eum post triduum mortis suae e sepulchro
 vita corporali sibi restituta, immortali effecto eius
 corpore [uiuificabit & mortalia corpora uestra] nō
 hic dicit apostolus mortua corpora uestra sed ait mor
 talia corpora uestra, quia in generali resurrectione
 corporibus beatorum nō solum referetur mors, qua
 dum essent in hac via morituri erant & mortui sunt
 necessitatem moriendi tunc habentia, sed etiam aufe
 retur potentia moriendi, qua primi parentis corpus an
 te peccatum potens fuit mori, ex quo, mori potuit
 primus parens: licet nunquam mortuus fuisset. Vtrum
 que istorum a corporibus beatorum auferetur, quia nun
 quam morientur, nec etiam mori poterunt. Nam ui
 uificata erunt eorum corpora, seu ad immortalem vi

tam resuscitata. Dicente iob. Scio quod redēptor meus
 uiuit, & in nou. die de terra surr. sum, & rursus cir
 cundabor pelle mea. Et esaya in persona domini in
 quiente. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent.
 Viuent iuxta apostoli sententiam quo ad corpora qua
 tuor dotibus dotati [propter inhabitantem] usque in
 finem uitae [spiritum eius in uobis] scilicet spiritum
 sanctum, qui spiritus dei patris dicitur [ergo fratres]
 sacro baptismate renati precioso sanguine iesu christi
 redempti, a christo christiani uocati, per meritum pas
 sionis christi exhibitae & sacrum baptismum spirituali
 fraternitate effecti fratres, cum prudentia carnis mors
 sit & eorum uiuificabit corpora christus, in quibus
 spiritus eius habitabit propter inhabitantem spiritum
 eius: in eis unum concluditur, scilicet quod [debito
 res sumus] deo, quia quicquid boni habemus, ab eo
 accepimus, illi subditi & obligati oia nostra, tā corp
 quā animam, tam interna quā externa ei offerre [nō car
 ni [vt secundum carnem uiuamus] non ait apostolus,
 Non sumus debitores carni, quia vnusquisque in hac
 via, etiam si in toto spiritualis fuerit, obligatur corpo
 ri suo carneo in victu & vestitu necessaria ministrare,
 sed ait. Debitores sumus, non carni, vt secundū car
 nem uiuamus. Quia & si debitores sumus carni de
 bito, quo victum ac vestitum ei ministrare obliga
 mur, non tamen sic ei debitores sumus vt oblige
 mur concupiscentijs carnis frui, eiusque desiderijs
 acquiescere ac consensum praebere [si enim] vos
 homines in hac via peregrinantes [secundum car
 nem vixeritis] concupiscentijs carnis fruendo, e
 iusque desiderijs acquiescendo [morimur.] Mor
 te non solum temporali qua a corpore anima separabi
 tur, sed etiam & in futuro seculo, spirituali mor
 te qua perpetua damnatione vexabitur. Non solum
 anima sed & [corpus. [Si autem] vos in hac via habi

job. xix

esaya. xxvi.

1. cor. xv.

fantes [spiritu] sancto a patre & filio procedente vos
exhortante illuminante & ad bonum inducente] fa-
cta carnis] iuxta spiritus sancti exhortationem illumi-
nationem: & ad boni inductionem suę voluntati pa-
rentes, eius coadiutores, effecti ea quę a carne proce-
dunt, & ad quę fomitis lex inducit, vt sunt adulteriũ,
ebrietas & his similia [mortificaueritis]: ita vt ppter
christum ea quę carnis sunt a vobis annullata, extirpa-
ta, destructa & extincta sint conformiter ad illud a-
post. Mortificate membra vestra quę sunt super ter-
ram, vt sitis christi, ex quo, qui christi sunt carnem su-
am crucifixerunt, cum vitijs & concupiscentijs [vis-
uetis] vita charitatis & gratiæ in ecclesia militante
& fruitionis & gloriæ in triumphante.

colloc. iij.
gala. v.

Textus.

Quicumque enim spiritu dei agun-
tur, hi sunt filij dei. Non enim accep-
istis spiritum seruitutis iterum in timo-
re, sed accepistis spiritum adoptionis
filiorum, in quo clamamus: abba pa-
ter. Ipse enim spiritus testimoniũ red-
dit spiritui nostro, quod sumus filij
dei. Si autem filij & hæredes quidem
dei, cohæredes autem christi. Si tamen
compatimur vt & glorificemur.

Notulæ.
qui a spũ
dei aguntur

¶ Illi spiritu dei aguntur, quos spiritus sanctus ducit
& dirigit, & interi⁹ illuminat, eis quid agere debe-
ant, ofidēdo eos, instruendo & exhortando: ita vt eo-
rum virtus ac potentia ad bonum cogitandum, volen-
dũ, & operãdum, a spiritu sancto moueatur, & sic ex-
citetur vt ad bonum dei sint agricultura & coadiuto-
res: ita vt ipsi vna cum deo bonum cogitēt velint &
operantur, deo illud bonum primò & principaliter

operante, dicente apost. deus est qui operatur in vobis
his velle & perficere pro bona voluntate. Vnus est deus
filius naturalis, secunda in diuinis persona æqualis pa-
tri, vnus cum eo in essentia ei connaturalis. alius in
persona æternaliter ab eo genitus, Adoptiui multi sũt
filij dei per adoptionē & gratiã in eius filios adopta-
ti, venit em̄ vnigenitus dei filius nostra soluere pecca-
ta, quibus implicabamur ne adoptaret nos pater pro-
pter eorum impedimenta, quibus solutis filij dei esse-
ti sumus fratres, christi effecti, ac eius cohæredes.
Vnus est spiritus sanctus tertia in diuinis persona a pa-
tre & filio procedens eis æqualis & cõnaturalis, in es-
sentia idem cum patre & filio. Sunt enim quidam spi-
ritus boni angelici, & etiam alij spiritus mali angeli-
ci sunt & similiter spiritus quidam humani. Spiritus
boni angelici dicuntur spiritus illi beati nũcũ my-
steriales ad mysterium missi propter eos qui heredita-
tem capiunt salutis: De quibus ita scribit dauid, qui fa-
cis angelos tuos spiritus. & daniel. Benedicite spiritus
& animæ iustorum domino, benedicite angeli domi-
ni do. Spiritus mali. Angelici dicuntur spiritus illi dũ
nati velut carnifices ad exigendas de peccatoribus pe-
nas missi & vt mysteria exhibeant erga pœnas ini-
quis hominibus infligendas: dicente dauid. Emisit
in eos iram indignationis suę, emissiones per ange-
los malos. Et scriptura regnorum de saule. Spiritus
autem domini discessit a saul, & exagitabat eum spi-
ritus nequã. Spiritus humanus rationalis dicitur an-
te ma quo ad vtranque sui portionem, superiorem, que
deum & superiora respicit, & inferiorem quę infe-
riora ac agenda conspicit. Est spiritus seruitutis in
timore, est & spiritus adoptionis filiorum. Spiritus ser-
uitutis in timore est spiritus sanctus consideratus, prout
ipse hebræis legem dedit in tabulis lapideis auditis
vocibus & sono buccinę monteque fumante, itaque
vt præteriti ac pauore concussi sint israelitę ipsis moy
philip. ij.
Fo. clj.
daniel. iij.
po. lxxvij
i. reg. xvi.
spũ ser-
uitutis.
exodi. xx.

si dicentibus loquere tu nobis & audiemus te. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur: Ita ut qui sub lege fuerunt sub pedagogo fuerint, apostolo dicente, itaque lex pedagogus noster fuit in christo. Est etiam spiritus quo quis timore penarum ductus a malo retrahitur & bonum facit, velut paruulus sub elementis mundi positus tunc existens. Nam sicut paruulus sub pedagogo reductus sub tutoribus & actoribus est vsque ad presinitum tempus non actu scientiam habens nec faber actu existens, aut vir armorum aut laicus, aut religiosus, sed hec omnia in aptitudine habens, ita etiam qui timore penarum a malo retrahitur sub timore est, tanquam eius tutore & actore ac pedagogo non actu sed aptitudine habens virtutes, que in christo fuerunt, puta veritate, & nihil facilitatis bonitatem & nihil malitiae sapientiam, & nihil insipientie & sic de ceteris virtutibus. aliquando tamen actuales virtutes habiturus quando ad id aetatis spiritualis peruenient, ablato timore ut spiritum adoptionis filiorum habere mereatur, Spiritus adoptionis filiorum est spiritus sanctus cuius gratia homines in dei filios adoptantur, ita ut ablato timore deo libere seruiant propter seipsum. Abba nomen hebraicum est, eidem valens quod pater. Testimonium perhibet spiritus sanctus spiritui alicuius quod ipse est filius dei aliquibus modis. Primo per manifestam & claram reuelationem siue illa fiat per spiritum sanctum immediate, siue per angelum ita ut homo cognoscat se in gratia dei esse, ut cognouit paulus de seipso inquitens. Gratia dei sum id quod sancti & gratia eius in me vacua non fuit, & dixit mihi (scilicet dominus) sufficit tibi gratia mea: & ut cognouerunt apostoli iuxta illud de eis scriptum. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus sed spiritum qui ex deo est ut sciamus quod a deo donata sunt nobis. Hoc modo habraam cognouit se filium dei esse cum

Gala. iij.

Gala. iij.

spiritus adoptionis

Multiplex

spiritus sancti

Testimonium

Prig corin

thorū xv.

ij. cor. xij.

i. cor. ij.

ei promissit dominus, quod decederet in senectute bona. Secundo modo cum homo postquam de conscientia sua diligentem a se factam discussionem remorsu peccati non habet, sed diligenter mandata domini custodit, auditque verbum dei, & in veritate illud cuius stodit subito in se sentit quandam spirituales infusionem, qua spiritualiter consolatur, que spiritualis consolatio testimonium dicitur spiritus sancti, quo quodam modo testificatur eos qui talem consolationem habent aut filios dei esse. Illi dicuntur aliquorum heredes, qui eis in bonis ab eis dum viueret possessis post mortem succedunt. Illi dicuntur heredes dei qui mediane passione christi exhibita, & mortificatione, qua propter christum carnem ac membra sua mortificant se christo conuincendo, cum vicis & concupiscentiis, sic in hac via gratiam dei suscipiunt, ut eis ad gloriam accessus pateat, quo ipsi eam post mortem sunt adepturi, accipientes tunc pro hereditate dominum deum ab eis clare visum, in persona cuiuslibet saluum, dicente psalmista dauid. Dominus pars hereditatis mee. Et, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Illi dicuntur coheredes christi, qui in hac via sic propter christum mortificant membra sua, ut post mortem sint adepturi cum christo & sub christo, tanquam membra cum capite, & sub capite gloriam, quo ad animam & corpus, ipsis immobiliter in hac via existantibus & in omni opere domini habundantibus, postpositis terrenis & celestibus amplexis sic domino adherentibus, ita, ut de eis verificetur illud apostoli dictum ad philippen. tertio cap. Saluatorem expectamus dominum nostrum iesum christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre configurati corpori claritatis sue. Illi dicuntur compati, qui cum alio patientis patientem pietatem habentes aut passionis aut patientis parte penes ferentes. Illi dicuntur christo compati, qui passionum christi participes efficiuntur parte

sionibus eius se configurantes. ita ut qualia pro nobis
 passus est, & nos talia pro nomine eius pati non recu-
 semus. propter eum patienter huius mundi tribulatio-
 nes sustinendo, & eius passionem iuxta vires nostras
 imitando. Nam (teste petro) christus pro nobis passus
 est. nobis relinquens exemplum ut sequamur vesti-
 gia eius. Illi dicuntur christo cōglorificari qui cū chris-
 to omnium beatorum capite glorificantur facti here-
 des dei & coheredes christi. **¶** Quicumque
 enim] christū cuiuscumq; gradus aut conditionis exi-
 stant] [spiritu dei agūtur] a spiritu sancto ducti directi
 & interius illuminati eorum intellectu voluntate, ac
 memoria omnique potentia ab eo sic inductis, ut ipsi
 vna cum deo bonum faciant [hi sunt filij dei] ex fili-
 orum carnalium similitudine. qui per carnale semen a
 patre procedentes generantur. Per spirituale [semen
 a patre procedens (de quo scribitur. Omnis qui natus
 est ex deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius
 manet in eo) in filios dei generati per gratiam adoptā-
 tem ac filialē amorem, iohanne inquit. Videte qua-
 lem charitatem dedit nobis pater ut filij dei nominē-
 tur & simus [non enim accepistis] in lege euangelica
 in lege gratiē, in qua nunc tēpore gratiē viuistis] spi-
 ritum seruitutis] quo deo seruiliter quasi inuite seruia-
 tis timore pōnarū ducti perterriti ac pauore cōcussi
 [iterum in timore] sicut olim in lege israeliticis acce-
 pit populus lege pro tunc hebreos per timorem cogē-
 te comminatione pōnarum & ad sui obseruantiam
 eos inducēte; iuxta illud exodi xxxi. Custodite sabba-
 tū meū sanctū est enim vobis, qui poluerit illud morte
 moriatur. Qui fecerit in eo opus peribit anima illius
 de medio populi sui. Sex diebus facietis opus in die
 septimo, sabbatum est requies, sancta in domino omnis
 qui fecerit opus in hac die morietur & ipsi iudei ti-
 more penę quo a causa spiritali, scilicet deo pōnam
 pati refugiebant legem obseruantes seruiliter seu cum

i. pet. iij.

Christo cō
glorificariExpo. tex
tus ad lit.

i. iohan. i.

i. iohan. iij.

timore seruili, & non sponte, sed coacti metu penę,
 itū defectū non a spiritu sancto habebant, sed ex eo-
 rum culpa & si per huiusmodi timorem bonum ali-
 quod facerent: non tamē bene faciebant quānō spē
 sed coacti metu penę, quod proprię seruorum est. Lau-
 dandi veniebant quantum ad hoc saltem quod ab
 eis deus timebatur, & secundū hoc hic timor a spiri-
 tu sancto erat sicut & fides informis quantum ad id
 quod fidei est a spiritu sancto est, nō autem eius infor-
 mitas. Ea vero ratione quā ipsi malū refugiebant bo-
 no spiritali oppositum peccata vel separationem a
 deo timebant hęc iuxta dei vindictā incurrere, cū vtrū-
 que illorum rem respiciat spiritalē & cum hoc oculo
 habeat ad penam ipsi timore illo timere diceban-
 tur tanquam initiali timore, qui in hominibus esse so-
 let in suarum conuersionum initio timent enim penā
 propter pręterita peccata & timent per peccatum a
 deo separari propter gratiam; charitati infusā, de hoc
 timore dicente scriptura. Initium sapientię timor do-
 mini. Et hic timor a spiritu sancto est in quantum a pec-
 cato retrahit, & ad gratiam disponit [sed accepistis]
 vos ex aqua & spiritu sancto renati, vos ex fide iusti-
 ficati, vos perfecta charitate deum diligentes vestra
 spe in deum posita [spiritum adoptionis filiorū] spiri-
 tum sanctum qui in die pentecostes in igneis linguis su-
 per vnunquemque discipulorum insedit, non eos ti-
 more concutiens, sed charitatis ardore ardentem rede-
 dens: ita ut varijs linguis loquerentur, prout spiritus
 sanctus dabat eloqui illis. Hunc spiritum sanctum vos
 christicolę ex aqua & spiritu sancto renati, ex fide iu-
 stificati per dei gratiam accepistis: ratione cuius in dei
 filios adoptati estis: ita ut a vobis timore ablato deo
 humiliter seruiatis ex charitate perfecta, quę foras
 mittit timorem. Dicente iohanne perfecta charitas, fo-
 ras mittit timorē [in quo spiritu sancto] ab ipso in fili-
 os dei adoptati, & ipso nos monente [clamamus] nō

ecclesi. i.

actu. ij.

i. ioh. iij.

tantum sono vocis quam cordis intentione, quæ propter sui magnitudinem, clamor dicitur dño ad moysem dicente ipso ore non loquente. Quid clamas ad me, loquere filijs israel, vt proficiantur toto mentis affectu clauso ore labijsque immotis, vt anna in corde domino loquens, quæ in corde suo domino loquebatur: ita vt tantum labia mouerentur & vox penitus non audiretur, domino dicentes siue labijs motis siue in motis, Pater noster qui es in celis. Domino clamantes [abba pater] vt dictum est hoc est abba quod pater & propter vtrunque populū circūcisionis videlicet & præputij qui ad angularem lapidem, videlicet iesum christum accessit. Hæc duo nomina posita sunt idē significantia, hebrei enim fideles clamant, abba, gentiles autē pater, Et quid clamore petunt respondetur illud scriptum mathei. vi. Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen tuū, adueniat regnū tuum: & quæ sequuntur. Et etiā eternā possidere terrā: & consolari & misericordiā cōsequi, & saturari & eternaliter filij dei vocari deū eternaliter vidēdo, vt in eis adimpleatur, hæc xpi sentētia. Beati pauperes spū, quoniā ipso rū est regnū celorū. Beati mittes, quoniā ipsi possidebunt terrā. Beati qui lugēt qm ipsi cōsolabuntur. Beati qui esuriūt & sitiunt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiā consequentur. Beati mundo corde, quoniā ipsi deū videbunt. Beati pacifici quoniā filij dei vocabuntur. Etiam apostolus hic posuit, abba pater, vt non prætermitteret sacramentū, quo beatus marcus dominum dixisse commemorat non solum pater patrem orans, sed abba pater his verbis. Abba pater, omnia tibi possibilia sūt transfer calicem hunc a me, sed non quod ego volo, sed quod tu. Volens euangelista ostendere propter aliquod sacramentum vtrūque hæc christum dixisse vt scilicet ostēderet illam se tristitiam in persona sui corporis ecclesiæ suscepisse qui factus est agularis la-

pis venienti ad eum, partim ex hebrais ad quos pertinet, quod ait. Abba, partim ex gentibus, ad quos pertinet, quod ait. Pater oportuit enim vt bonus magister & verus saluator christus infirmioribus compatiens in seipso demonstraret non debere suos martyres desperare, si qua forte eorum cordibus temporē passionis irrepēret ex humana fragilitate tristitia cum eam vinceret voluntati suæ, præponendo voluntatem dei, quia ille scit quid expediat quibus consulit hoc est enim pater quod abba pater sed vt sacramentum planius intimaret, hic posuit apostolus, in quo clamamus: abba pater. Et etiā ad galath. quarto dicens. Quoniam autem estis filij dei misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba pater [ipse est spiritus] a patre & filio procedens tertia in diuinis persona spiritus sanctus [testimonium reddit] non quidem exteriori voce, sed per amoris filialis effectum, cum post peractam cōsciātrū nostrarū sufficientē probationem in nobis infundit quandam consolationem spiritualem, qua spiritualiter ab eo recreamur, quæ dicitur valet testimonium, quod spiritus sanctus in corde nostro sine vocis strepitu per occultam inspirationem reddit [spiritui nostro] animæ scilicet nostræ quo ad vtrunque sui partem, tam inferiorem quam superiorem, quæ deum respicit & cælestia, & inferiorem quæ inferiora respicit: & a nobis agenda [quod sumus filij dei] per adoptionem per gratiam spiritus sancti & meritum passionis christi exhibitæ & sanguinis eius effusi in dei filios adoptati [si autē filij] dei sumus adoptiui ab eo adoptati [et heredes] erimus in patria per beatificantem gloriam. Nam filij dei adoptiui non solum in hac via munerarum spiritualium dantur aut spiritus sancti dona, sed etiā pars hereditatis paternæ quæ est gloria æterna. Et pro huius dicti confirmatione adducitur illud gene. deditq; habrahā cū ea quæ possiderat ysaac. Filij autem concubinarum

psal.
xxxvi.

largitus est munera. in cuius rei factio figuratur secū
dum abraham, scilicet dominum deū patrē & etiam
iesum christum daturum esse filijs ancillatum aut cō
cubinarum videlicet iudeis & gentilibus, non ad chri
stum conuersis, & christianis, qui a christo recedunt
diuersa spiritus sancti dona, & spiritualium rerum mu
nera, & quandoque authoritatem & temporalium bo
norum habundantiam, iuxta illud regij prophete, vi
di impium superexaltatum & eleuatum, sicut cedros
libani, eis vero qui per ysaac figurati sūt per spiritus
sancti gratiam & passionis christi exhibite, meritum
in dei filios adoptati sunt. in ysaac deo vocati semen
filijs promissionis existimati in hoc semine daturum
esse hereditatem paternę glorię. Nam mercedem ser
uus expectat, hereditatem filius sperat, heredes qui
dem dei nos in dei filios adoptati erimus mediante
christi gratia in hac via adepta qua ad gloriam perdu
cemur [coheredes autem christi] nos supradicti dei
filijs efficiemur, cum reformauerit ipse corpus humili
tatis nostrę cōfiguratum corpori claritatis suę gloria
quo ad animam & corpus a nobis suscepta [si tamen
compatimur] christo non de eo pietatem habentes,
sed passionum eius participes effecti, & passionibus
eius configurati, nostram hauriendo crucem, & eius
imitando vestigia, vt qualia pro nobis passus est, &
nos talia pro eius nomine pati non recusemus, nō pro
humano fauore, vel temporali cōmodo: sed pro illius
amore aduersa sustinēdo ac mundi tribulationes [vt
& conglorificemur] cum christo glorificato omnium
beatorum capite sententiā adimpleta qua ad patrem
dixit. Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis
vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. ego in eis &
tu in me: vt sint consummati in vnum & cognoscat
mundus, quia tu me misisti & dilexisti eos: sicut &
me dilexisti. Pater quos dedisti mihi volo, vt vbi sūt
ego & illi sint mecum, vt videant charitatem meam

ioan. xvij

quam dedisti mihi.

¶ Existimo enim quod non sunt con
dignę passionis huius temporis ad fu
turam gloriam, quę reuelabitur in
nobis. Nam expectatio creaturę reue
lationem filiorum dei expectat. Van
itati enim creatura subiecta est: non
volens, sed propter eum qui subiecit
eam in spe: quia & ipsa creatura liber
abitur a seruitute corruptionis in li
bertatem glorię filiorum dei. Scimus
enim quod omnis creatura ingemiscit
& parturit vsque adhuc.

Textus.

¶ Illud dicitur alteri condignum quod sic alteri est
proportionatum, vt secundum iustitię rigorem sit ei
eguale aut equiualens. Hic apostolus per passiones hu
ius temporis intelligit pœnas persecutiōes, temptatio
nes, passionis & pœnarum acerbitates. Hic per futurā
gloriā intelligit ipse gloriam eternam, seu vitā qua
spiritualiter beati viuunt. Hic per creaturam dicens.
Nam expectatio creaturę dicens etiam vanitati enim
creatura subiecta est, & cum dixit. Quia & ipsa crea
tura liberabitur. Et cū etiā dixit. Scimus enim quod
omnis creatura ingemiscit, intelligit hominem. Et
hoc quia cum omni creatura participat cum angelo
habendo intellectum ac intellectiōem. Cū brutis p ani
mam sensitiuam ac sensationem. Cum plantis per ve
getationem, cum his quę carent anima ac formā ve
getatiuā, per esse quantum ad longitudinem, latitudi
nem, & profunditatem. Cum elementis & syderis
bus per essentiam qua esse habet, & etiam quia pro

Notulæ.

psal. viij.
Expecta
tio creatu.

pter hominem omnia creata sunt. Et in subsidij eius dicente dauid de homine. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Expectatio creature est ipsa creatura aliquid expectans, seu desiderans & anhelans cōsequi. Affirmari potest hic apostolum per creaturam, non solum intelligere hominem, sed etiam omnem aliam creaturam. Cum vanitas dicatur res quæ inanis est falsa vacua quæ defficere valet, quæ mutabilis est de vno in aliud, quæ caduca est ac instabilitati subdita mortalitati multisque penis, ideo dicitur creaturam vanitati suborta, quia subdita est mortalitati, & diuersis pœnis & instabilitati & deffectui & mutabilitati, qua de vno in aliud mutari valet aut in melius aut in deterius. Seruitus corruptiōis est seruitus, qua creatura in hac via seruit seruitute corruptibili, cum sollicitudinibus vitæ & cura querendi victum ac vestitum ac alia quibus hæc corruptibilis vita sustentatur, & qua seruit in suo defficere valens seruitio, & qua cum instabilitate seruit & mutabilitate. Libertas gloriæ filiorum dei est libertas, qua filij dei glorificati liberati sunt ab omni corruptione, & a seruitute corruptiōnis, ab omni deffectu & ab omni pœna. Ingemiscere est propter, huius vitæ angustias gemere, flere, aut in hac valle lacrimarum contristari, aut affligi, aut in dolore esse, aut in pœna, partim propter mala quæ patitur creatura partim propter bona sperata quæ differuntur, aut cum dolente vel gemente dolorem aut gemitum habere, etiam si ipsa creatura gemendi vel dolendi causam non habeat, tamen pro eo qui causam gemendi vel dolendi habet dolet aut gemit. Qui quidem huius creature dolor aut gemitus metaphorice dolor dicitur, aut gemitus: sicut tempus exultare dicitur, & pratum ridere. Et in hoc consistit talis creature gemitus vel dolor, quia hominis beatitudinem expectat, qua post generale iu-

dicium in anima & corpore glorificandus venit. Et hoc mō beati, & angeli boni, & quatuor elemēta, vna cum sole, luna, & stellis, nunc ingemiscere dici valet parturire. Parturire prout hic accipit apostolus, est cum difficultate bonum opus facere, aut aliquem spiritualiter regenerare, iuxta illud apostoli. Filij mei quos iterum parturio, donec formetur christus in vobis, aut spiritualis regenerationis esse causam. Hoc modo dicitur angelus bonus hominē parturire & etiam beatus pro eo orans. Eius similiter aliqua sic se habere vt ex eorū accidentali clarificatione hominis beatitudo accidentaliter augeatur. Et hoc modo elementa dicuntur hominem parturire, quia id facere expectant. **Expo. fex**
[Existimo em] & si cum dicit quis puto vel existimo dubitare videatur: hic tamen apostolus dicens. Existimo enim nō dubitat quæ postea dicit, nec quasi incertus aut dubitans loquitur, sed sobrium loquēdum modum seruans nos edocet, ne in asserendo immoderati simus, ac etiam dubitantes increpando loquitur. Nam ista verba puto, vel existimo, putas vel existimas: & si verba dubitationis sint, quandoque a loquēte ponuntur, non denotant ipsam dubitare, sed increpant eos qui dubitant. Ex quo ipse dominus qui omnia scit, generis humani futuram infidelitatem increpans dixit. Veruntamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra. Et iob amico resurrectionē, negare dixit. Putas ne mortuus homo rursus. Vt nec more viri iusti loquēs qui in eo quod certū & solidum sentit infirmi verba transfert vt in fide & bonis moribus eum firmū reddat. Ac si diceret, tu generalē resurrectionem nō credis sed ego credo, quia cū tuis diebus, quibus nunc milito expecto donec veniat imutatio mea iudice supræmo in die generalis iudicij vt firmiter absq; hesitatiōe spero in aia & corpo. vitā mihi cōdonaturo eternā. Et etiā ipse apost. ad quosdā suos contēptores loquens ait. puto autē qd & ego spi-

galath. iij

tus ad lit.

iob. xiiij.

lucæ. xij

i. cor. vij

ritum dei habeam, ita etiam & homines de his rebus
 quas certas habent in suis loquutionibus increpatius
 verbum dubitationis ponunt cum corde non dubitant
 veluti si quis seruo suo indignetur & dicat. Contem-
 nis me, puto quia dominus tuus sum, ita & nunc hic a-
 postolus dicit [Existimo enim] increpando eos qui non
 hoc existimabant, vel noti existimant, scilicet per tol-
 lerantiam passionum homines peruenire ad glorifica-
 tionem. Nam nonnulli sunt qui dum futura gaudia mi-
 nus attendunt intolerabilia esse putant, presentia que
 preferunt & illorum pusillanimitatem & infidelitatem
 nunc increpat apostolus dicens [existimo enim] ego a-
 postolus qui utrumque expertus sum, nos in hac via
 debere passiones & tribulationes, tolerare, & ut glo-
 rificemur. Ipsi apostolo credendum est, quia ipse ha-
 bundanter passiones sustinuit, etiam in laboribus &
 carceribus habundantius. Et etiam ipse future glorie contem-
 plator fuit quia raptus est in paradisu, & audiuit ar-
 chanaverba, que non licet homini loqui. Et hinc ipse mul-
 ta cogitavit, iuxta illud ecclesiasti. vir in multis exper-
 tus cogitabit multa, & multa cogitans dixit [existimo
 enim] quod vos non existimatis, & ego indubitanter
 scio [quod non sunt condigne] secundum iustitie rigo-
 rem, sic proportionate passiones huius temporis ad fu-
 turam gloriam, ut ei equales sint aut equiualeant [pas-
 siones huius temporis] huius vite diuersae pene [ad
 futuram gloriam] ad gloriam eternam, ac vitam qua
 spiritualiter viuunt beati, mediante clara dei visione,
 fruitione, & tentione. Nam hec gloria est beatifica
 dei visio, cum fruitione, & tentione, estque plena men-
 tis in deo leticia & status omnium bonorum aggrega-
 tione perfectus, ad quam promerendam temporales,
 supradicte passiones non sunt condigne considerate,
 prout a libero arbitrio procedunt vel acceptantur. Nam
 & si omnes simul ponerentur, ut puta, carceres, lapida-
 tiones, conuulsiones, frisiones in sartagine, perda-

h. cor. xi.

h. cor. xij.
 ecclesia.
 xxxiij.

p. modo

ones temporalium, uti iob sustinuit: qui non solum
 ea que extra ipsum in facultatibus & liberis esse vi-
 debantur perdidit, verum etiam ossa & carnem spiri-
 tus malignus tetigit eum vulnere pessimo persecuten-
 do a pedibus usque ad caput. Non essent haec omnia
 condigna ad futuram gloriam, ex quo hec secundum
 iustitiam rigorem proportionata non sunt glorie eter-
 nae equalia aut equiualentia. Si vero haec consideren-
 tur prout spiritus sanctus liberum est arbitrium mo-
 uens huiusque processionis vel acceptationis principiu
 dicitur meritum esse de condigno eo quod principiu
 meriti eiusdem rationis extitit, cum premio, & ei equa-
 le est apostolus hic dicens. Existimo enim quod non
 sunt condignae passiones huius temporis ad futuram
 gloriam, non loquitur ipsas secundo modo considera-
 do, sed primo modo [que reuelabitur in nobis] ex quo
 ita in nobis manifestabitur: ut clare & coram omnibus
 nobis praedestinatis praestetur, ita ut in vno quoque
 nostrum maneat & foris appareat [nam expectatio
 creaturae] qua homo viator qui iuxta illud christi di-
 ctum de homine. Predicite euangelium omni creatu-
 re dictus est omnis creatura quia cum omni genere creatu-
 rarum communicationem habet & in aliquo conuenit,
 & etiam propter excellentiam quia omnia creata pro-
 pter ipsum creata sunt & ipse expectans est in hac via
 dum carnem suam mortificat christo cum vitis & con-
 cupiscentiis, & concupiscentie delectationem frenat
 & esuriam & sitim per abstinentiam sustinet & iniu-
 riarum lacerationes ac contumeliarum aculeos pro patien-
 tiam tolerat neglectis ac reiectis voluptatibus huma-
 nis fructum matris ecclesiae expectans hic subiungen-
 te apostolo [reuelatione filiorum dei expectat]. Quia
 ipse christus eos qui passiones huius mundi usque in
 finem sustinebunt propter sui nominis exaltationem
 saluandos esse reuelauit ipso suis apostolis dicente, qui
 autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit.

2. modo

marc. vii.

2. modo

mat. x &
 xxiiij.

Hæc est reuelatio filiorum dei, circa hanc tendit ex-
pectatio creaturæ ex quo ipsa creatura eam expectat
& ad eam tendere ac peruenire anhelat expectans &
iob .xliij. sperans gloriam consequi quo ad animam & corpus
ad titū. ij. iob dicite. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto
donec uentat immutatio. Et apostolo. Expectantes bea-
i. io. cap. iij. tam spem & aduentum gloriæ magni dei & saluato-
ris nostri iesu christi. & iohanne in sua canonica pri-
ma. Charissimi nunc filij dei sumus & nondum appa-
ruit quid erimus scimus quoniam cum apparuerit si-
miles ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est.
psal. xli. Et psalmista in persona omnium iustorum. quemad-
modum desiderat seruus ad fontes aquarum ita de-
siderat ani. mea ad te de. sicuti anima ad deum fon-
tem uiuum quando veniam & apparebo ante faciē
dei: istud apostoli dictum. Nam expectatio creaturæ
reuelationem filiorum dei expectat. de qualibet crea-
tura exponi ualet. Etiam de creatura insensibili quæ
post iudicium manebit. De angelica ex quo ipsa ap-
petit & desiderat generalem hominum resurrectio-
nem & iustos quorum custodiam habuit glorifican-
dos in corpore & anima. De insensibili quæ post diē
iudicij manebit uti est quodlibet elementorum cum
talis creaturæ expectatio sit respectu eius a deo ordina-
tio, qua a deo ad aliquem finem ordinatur, aut in ea
aliquam formam aut uirtutem naturalem imprimen-
do, ex qua ad aliquem finem naturalem inclinatur,
qua dicimus arbor expectat fructificationē, & ignis
expectat locum sursum aut qua a deo ordinatur ad fi-
nem aliquem qui formam eius naturalem superexce-
dit, & pro hoc dicitur quod sicut humanum corpus
quadam supernaturali forma gloriæ induetur: ita crea-
tura insensibilis elementaris in illa filiorum dei glo-
ria quadam gloriæ nouitatem consequetur, iuxta illud
apocalipsis. Et uidi cælum nouum & terrā nouam.
Primum enim cælum & prima terra abijt & mare

iam non est. nam terra tunc in superficie lucida erit ut
uitrū aqua ut cristallus, aer ut cœlurti, ignis ut stel-
læ, luna ut sol, & sol in septuplo lucidior erit quā nunc
sit. Hanc gloriam expectare dicitur creatura insensibi-
lis & per hunc modum expectare reuelationem filio-
rum dei [vanitati enim creatura subiecta est]. Et hoc
quia nunc subijcitur homo uiator & subijcitur cor-
ruptioni uarijsque miserijs, Et etiam quia quilibet alia
creatura potissimum in hac uia existens subdita est
aut instabilitati aut defectui aut mutabilitati [non
volens] ideo dicitur, homo uanitati subiectus non vo-
lens quia ipsa uanitas siue quo ad mortalitatem, si-
ue quo ad pœnas subeundas, aut instabilitatem aut
mutabilitatem est ei in pœnam peccati inflicta, quæ
pœna est homini inuoluntaria. Ex quo eam non spon-
te sed inuite patitur, licet peccatū actuale in eo sit uo-
luntariū. Et etiam dicitur inuoluntaria, quia peccatū ori-
ginale peccatū est, quod (secluso in adam) in omni-
bus est inuoluntarium seu non suis uoluntatibus com-
missum, & quo cogitur homo tales pœnas tolerare,
& ideo has non uolens sustinere homo dicitur
[sed propter eum qui subiecit eam in spe] propter
dei sententiam, qua propter peccatum homo primus
ad pœnas tolerandas adiudicatus est, & tota huma-
na natura. ita ut defectibus subdita sit, sed tamen
in spe quandoque euadendi huiusmodi pœnas ac tri-
bulationes, qua sperat ipsa in anima & corpore glo-
rificati. Etiam istud exponi ualet de qualibet crea-
tura, quæ uanitati subiecta est, & præcipue de ea
quæ post diem iudicij manebit, quia quilibet talis
ideo uanitati subdita dicitur, quia aut mortalitati aut
penæ subdita est, aut instabilitati, aut defectui, aut mu-
tabilitati, aut motui. Et hoc quodamō nō uolens, quia
iux. dei ordinationē aliā formā ei supernaturalē expe-
ctat seu quādā glæ nouitatē i qua sine fine pmanebit

Cenc. iij.

Et exide propter cum qui tam subiecit in spe, seu propter ordinationem dei, qua vsque ad diem iudicij vanitati subdita est in expectatione gloriose nouitatis, de qua supradictum est [Quia &] cum ab homine in signaculo imaginis propter peccatum amisso, non tamen tota penitus imagine deleta remansit ipse tantum modo creatura, & non qualiscunque creatura, sed & ipsa creatura, qua nondum vocatur, sed vocanda est filiorum forma perfecta, & vt veraciter talis vocetur [liberabitur] in futura resurrectione [a seruitute corruptionis] a seruitute corruptibili qua eius corpus mortale est & corruptibile, & qua pœnis subdita est [in libertatem glorie] filiorum dei. in gloriosam libertatem, qua glorificabitur homo securus de felicitate perpetua tunc existens. Etiam istud apostoli dictum exponi valet de omni creatura vanitati subiecta, & precipue qua post diem iudicij manebit hoc modo [quia & ipsa creatura] alia ab homine vanitati subiecta, aut quia instabilis est, aut mutabilis, aut motui subdita, [liberabitur] in die iudicij [a seruitute corruptionis,] qua nunc suo motu homini seruit, suam expectans beatitudinem [in libertatem glorie] filiorum dei. [Qua tunc a motu libera erit & homine quo ad animam & corpus forma glorie induto quandam glorie nouitatem, de qua supradictum est ipsa creatura consequitur vt in ipsa creatura hac gloria consequuta delectetur & quadam beatitudie accidentali beatificetur homo beatus, mediante cognitione qua cognoscat, dum esset in hac via, se creatura propter ipsum creata, bene usum fuisse, ex qua cognitione & ex cuius initio i eo resultabit quedam accidentalis delectatio. [simus enim] nos apostoli per spiritum sanctum instructi [quod omnis creatura] tam rationalis quam irrationalis [ingemiscit.] creatura rationalis in hac via existens, ideo ingemiscit quia propter huius mundi flagella in hoc miseriarum fonte diuersis affligitur penis, etiam nonnun-

quam vsque ad lachrimarum effusionem & rationalis creatura in patria existens: ideo ingemiscere dicitur & si ipsa gemendi aut dolendi causam non habeat, quia cum ea creatura rationali que gemit hominis beatitudinem expectat, qua post generale iudicium in corpore & anima glorificandus est homo, & hic gemitus methaphorice dicitur gemitus & hoc modo angeli beati & anime beate ingemiscere dicuntur. Ideo creatura irrationalis, & precipue que post iudicium manebit vsque ad diem iudicij ingemiscere dicitur, quia ipsa mouetur & vsque ad diem illum mouebitur. Ita vt motus eius desinat esse in loco determinato, & incipiat esse in alio iuxta dei ordinationem, cum glorificatus fuerit homo, expectando terminationem illius motus & quandam glorie nouitatem in qua modo supra dicto accidentaliter beatificabitur homo [& parturit] tam creatura rationalis, quam irrationalis, ideo rationalis creatura in hac via existens parturire dicitur, non solum quia fetum concipit, sed etiam quia cum difficultate bonum opus producit. Nam sicut mulier cum magnis doloribus & conatibus filium profert ita fidelis homo multis magnis & laboribus fructum boni operis producit, laborat enim & affligitur, vigilijs & ieiunijs alijsque sanctis actionibus, cum quadam animi afflictione glorie expectate sustinendo dilationem aut etiam quia per sacramentorum susceptionem, aut verius collationem aut euangelice doctrine instructionem alium mentaliter regenerat spiritali regeneratione. Ideo dicitur natura angelica hominem parturire, quia ex spiritali eius custodia aut inspiratione spiritali regeneratione in hac via existens, regeneratur homo. Ideo dicitur anima beata viatorem parturire, quia suis orationibus pro viatore deo prestat, & a deo acceptis quadam spiritali regeneratione in hac via existens regeneratur homo. Ideo creatura irrationalis, & precipue illa que post diem iudicij manebit viatorem parturire

dicitur quia ipsa iuxta dei ordinationē ordinata est ad quandam gloriæ nouitatē suscipiendā, vt in eius aspe-
ctu & consideratione delectetur homo, & quia iuxta
dei ordinationem non solum propter seipsum, sed et-
iam propter hominem supradicta expectat hæc ex-
pectatio ad hæc directā parturitio dicit [vsq; adhuc]
intelligatur creaturam tam rationale quā irrationa-
lem ingemiscere & parturire modis supradictis, ab
fabricæ mundi initio vsque ad tempus præsens & etiā
vsque ad diem generalis iudicij.

Textus.

¶ Non solum autem illa, sed & nos-
ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi
intra nos gemimus adoptionem filio-
rum dei expectantes redemptionem
corporis nostri. Spes enim salui facti
sumus. Spes autem quæ videtur non
est spes. Nam quod videt quis quid
sperat. Si autem quod non videmus
speramus, per patientiā expectamus.

Notulæ.

exo. xxiij.
exodi.
xxxiiij.

Iuxta illud exodi. Primitias frugum terræ tuæ dese-
res in domum domini dei tui, & illud. Solēnitatē heb-
domadarum facies tibi in primitiis frugum messis
tuæ triticeæ, & solēnitatē quā redeunte anni tēpore
eunēta cōdōtur. Primitiis appellatur ea quæ priuatiū
tenēt, ea quæ in ordine ad alia prima sunt ea quæ opti-
fima ac chariora sunt. Cū spiritus sanctus inter quos-
vunque spiritus primus sit, & priuatiū tenet & opti-
mus & charior & dignior sit alijs gratiam conferens
primitiis spirituum recte appellari potest. Et exiade
illi primitias spiritus habere dicuntur, qui primi spi-
ritum sanctum acceperunt, isti fuerunt apostoli qui in
die resurrectionis sub signo visibili spiritum sanctum
acceperunt christo insufflante & dicente eis. Accipite

ibaz. xx.

spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remit-
tuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Et etiā
in die penthecostes dum sub linguis igneis super eos
venit spiritus sanctus. Etiam primitiæ spiritus ecclesia
sticæ primæ potestates dicuntur, quia spiritualitatem
includunt apostoli iux. illud apo. & ipse dedit quosdā
quidem apostolos quosdā autem prophetas. Alios ve-
ro euangelistas. Alios autem pastores & doctores. Et
iam primitiæ spiritus dicitur quicquid est summum
& magnum inter spiritus sancti dona, de quibus scri-
bitur. Illud inter cæteros acceperunt apostoli, ita vt
æmulatores effecti fuerint spiritu ad edificationē
ecclesiæ. Et spiritus eis subditus fuerit, eo quod ipsi spi-
ritum prophetiæ habentes, nō inuiti loqui coacti sunt
vt illi qui spiritus immūdos habent, sed quando volue-
runt & ratio postulauit loquuti sunt adimplētēs illud
ecclesiastes, tēpus tacendi & tēpus loquendi. Et pote-
statem etiā acceperunt in omnium gentium linguis lo-
quendi & miracula faciendi & primo annunciandi
euangeliū ac sacramenta ministrandi ita vt ipsi post
christi humanitatem & virginē gloriosam præ om-
nibus mortalibus habundantes & gloriosi exstant,
quacunq; prærogatiua etiā præfulgeant, siue virgi-
nitatis, siue doctrinæ, siue martyrij his præferendi tā-
quā habundantius spiritum sanctū habentes, & si ali-
qui dentur sancti qui maiora sustinuerint tormenta,
& maiores austeritates propter christum quam apo-
stoli, dicitur tamen ipsos nō plus meruisse quā merue-
runt apostoli, quia per quantitātē operū meretur hō
premiū accidentale, quod est gaudiū, de talibus operi-
bus & premiū essentiāle in clara dei visioe, fruitione,
& tentione consistit. Et exinde in gaudio quod habe-
tur de deo quod conformiter datur ad opera siue in-
terna siue externa, quæ beatus dum esset in hac via
produxit quæ si ex magna charitate multum intē-
sa procedant in patria magni meriti sunt digna. Et

actuum. ij.

*has pte
acceperunt

ephe. iij.

i. cor. xij.

i. co. xiiij.

ecclesia. iij.

ad eph. iij. dicitur apostolos sua produxisse opera ex maiori charitate quam quis alius ab eis fecerit. quæ unicuique secundum mensuram donationis christi contribuitur, ita ut unicuique detur gratia proportionata ei operi ad quod eligitur. Sicut homini christo data est excellentissima gratia quia ad hoc electus est, ut eius natura in unitatem personæ diuinæ assumeretur. & post eum maximam gloriæ plenitudinem habuisset. virgo maria quæ ad hoc electa est, ut esset mater christi. Inter ceteros autem ad maiorem dignitatem sunt electi apostoli immediate a christo accipientes, ut alijs traderent ea quæ ad salutem pertinent. Et sic in eis quodam modo fundaretur ecclesia. Iuxta illud apocalip. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim & in ipsa duodecim nomina duodecim apostolorum & agni. & ideo deus eis præ cæteris habundantior gratiam tribuit: mediante qua ex maiori charitate præ cæteris opera sua fecerunt, & ex qua habebant, cor ad multa maiora facienda si fuisset oportunum. Etiam illi sunt primitias spiritus habentes, quorum iam spiritus tanquam sacrificium oblatis sunt deo & diuino charitatis igne comprehensissimi. Sunt enim primitiæ hominis, quia veritas primum spiritum nostrum obtinet, ut per hunc cetera comprehendantur. Inter ceteros primitias spiritus deo oblatas habuerunt apostoli, quorum quilibet dixit illud apostoli supra capite. vñ. *Mente seruo legi dei carne autem legi peccati. Non concupiscentiæ consensum tribuendo sed solum concupiscentiæ illud supra capite primo. Testis enim mihi est deus cui seruo in spiritu meo in euangelio filij eius. Spes importat motum animæ in aliquid non habitum tenentem. spes enim est certa expectatio future beatitudinis ex fide quæ per dilectionem operatur orta patientia tolerantiam tribulationum impertat ac diuersitatem cum quadam equanimitate ac animi tranquillitate quam habere nos admonet iacobus dicens.*

apoca. xxi

spes.

Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, do- iacobi. v.
nec accipiat temporaneum & serotinum. Patiētes igitur estote, & vos, & confirmate cor dextera, quoniam aduentus domini appropinquabit.

[Non solum autem illa] apostolus in præcedētibus exponens non solum autem nullū postea pronomen relatiuum adiecit, ut puta cū supra capite quinto dixit, non solum autem sed & gloriamur in deo per dominum nostrum iesum christum. Hic vero pronomen relatiuum adiecit dicens, Non solum autem illa in hoc (ut videtur) aliquid singulare denotans quo notificare voluit, non solum creaturam rationalem non in toto spiritualem, in hac via existentem ingemiscere, propter huius viæ angustias flendo, & in hac lachrymarum valle contristando, & in dolore esse, & in afflictione & in pœna, partim propter mala quæ hic patitur, partim propter bona ab eo sperata, quæ differuntur, sed etiam creaturam in toto spiritualem in hac via habitantem, uti quilibet apostolorum post in die penthecostes spiritus sancti receptionem erat, subiungente apostolo [sed & nos ipsi] apostoli [primitias spiritus habentes] quia spiritum sanctum, qui ideo primitiæ spirituum dicitur, quia primatum tenet, & optimus est, & charior, & dignior & alijs gratiam conferens, primi recepimus sub signo visibili, & etiam ecclesiasticam potestatem deo in ordine primo ponente apostolos. Et etiam, quia quicquid est summum & magnum inter spiritus sancti dona: ita ut emulatores effecti fuerimus spiritualium & spiritus prophetarum nobis subditus sit, & potestatem in omnium gentium linguis loquendi acceperimus, & miracula faciendi & primo euangelium annunciandi & sacramenta ministrandi: ita ut post christi humanitatem & gloriosam virginem humanitatis christi genitricem, ad maiorem dignitatem inter ceteros simus electi, nostris in hac via spiritibus tanquam sacrificium deo oblati: &

Expo. tex
tus, ad lit.

primati.

diuino charitatis igne cōprehensū [& ipsi] nos supra dicti apo. [intra nos gemimus] & si nō corā hominibus gemimus tamen intra nos in interiore nostro gemimus nec fictus est gemitus noster sed intra mentis archana resonās, tum quia ex interiori cordis affectu procedit, tum quia est propter interiora bona dilata, quæ cum magno desyderio expectantur, & etiā propter corporis glorificationem quæ a nobis expectatur [adoptionem filiorū dei] Cōpletā & huius filiatiōis adimpletiōē ac cōsummationē, Nā & si i hac via per dei gratiā sumus i eius filios adoptati, tñ huius filiatiōis cōpletionē per plenam adoptionis filiatiōē & cōsummationem gloriam sumus [expectantes]. Nō solum animæ glorificationē expectādo, sed & [redēptionē corporis nostri] quo redimētur & liberabit a mortalitate pœnis laboribus & doloribus ipso agilitatē recipiēt & subtilitatē ac claritatē. & istud absq; hēsitatione, expectantes [spē em salui facti sumus] non in re quia nūdū apparuit nobis quid erimus, nec adhuc deū faciē ad faciē videmus, sicuti est, nec adhuc reformatū est corpus nostrum ipso configurato corpori claritatis christi, sed in spē qua (ex fide & claritate orta) absq; hēsitatione speramus in animā & corpore glorificari [spes autem quæ videtur] res sperata quæ videtur quasi præsentialiter habita ac obteuta [non est spes] ratio quia spes est futuri boni nundum habiti expectatio. Istud probando dicit apostolus [nam quod videt quis] quia iam illud in promptu habet, & quia præsentialiter ac visibiliter illud ei adest [quid speratur cur illud sperat rei enim vis non est materia spei. (Ex quo spes importat animæ motum in aliquid nō habitum tendentem) sed potius scientiæ, aut euidentiæ aut experiētiæ [si autem] nos viatores [quod nō videmus] eternum scilicet bonum quo ad animam & corpus beatitudinem includens [speramus] certa expectatione ex fide ac charitate orta absque hēsitatione

Ioan. iij.

ne expectantes illud [per patientiam expectamus] in hac via propter christum diuersas æquanimiter tolerantes tribulationes ac aduersitates quandoque diurnas & longuanimes animæ ac corporis beatitudinē expectantes.

Textus,

C Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desyderet spiritus qua secundum deum postulat pro sanctis.

¶ Hic in tribus locis accipit apostolus spiritū pro spiritu sancto tertia in diuinis persona. Dicit etiam potest in illis tribus locis ipsum accipere spiritū, pro spiritu humanitatis christi. Infirmitas de qua hic loquitur apostolus est carnis concupiscentia aduersus spiritum, consurgens ex fomite & membrorum lege orta, puritatem spiritus impediens, in spiritualibus hominem debilitans, ipsumque a bono retrahens, & ad malum inducens, quandoque sic vt ipsum succumbere faciat. est etiam hæc infirmitas a gendorum ignorantia, quæ ex primi parentis vitio quilibet nostrum incurrit, et etiam impotentia faciendorum qua in primi parentis peccati pœnam facere non valeamus, nisi a deo specialiter adiuti. Oratio est eleuatio mētis in deū qua cœlestia & diuina, aut quæ in humanitate christi celebrata sunt contemplantur, aut qua cum dehita regula quæ decet aut expediunt a deo petunt. Cū postulatio sit quædā desyderiorū explicatio, postulare est quæ desyderamus petere. Aliqñ capitur gemitus pro

Notulæ,

infirmitas

Oratio.

postulatio
postulare

Gemitus

fletu, aliquando pro sono ex angustia pectoris procedente, & hoc modo inanimata nimis onusta gemere dicuntur, aliquando pro cantu flebili. ut est turturis, aut columbe, aliquando pro voce flebili quae est sine fletu. Et hoc modo dici potest spiritum humanitatis christi, modo a nobis inenarrabili postulare pro nobis velut noster aduocatus gemitibus inenarrabilibus. Totus iste textus dempta hac parte. Nam quid oremus si cut oportet nescimus exponetur de spiritu sancto & etiam de spiritu humanitatis christi, primo de spiritu sancto, secundo de spiritu humanitatis christi. His modis primo exponitur haec pars. similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram, secundo haec pars sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Tertio haec pars. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Textus subsequens de spiritu sancto hoc modo exponitur.

Expo. textus ad lit. [Similiter autem] sicut spes & patientia, nostram sustinent & adiuuant infirmitatem: ita & spiritus sanctus [adiuuat infirmitatem nostram] quam ex primi parentis offensa incidimus nos ipsos infirmitatibus spiritalibus plenos, adiuuando, illuminando, intellectum, accedendo affectum, dum videt spiritum nostrum in aduersando carni debilitari, ei manum porrigit, velut magister discipulo rudimenta suscipienti qui ut eum docere possit & instruere inclinatur se ad discipuli rudimenta prius coram discipulo nomen literae nominando ut discipulus respondendo discat: ita & spiritus sanctus nostrum adiuuat spiritum, & dum eum videt a fomite & carnis concupiscentia impugnari ipse velut magister spiritus nostri nostrum inspirat spiritum ad ostium cordis eius tangendo ei quid agere debeat interne demonstrando. ut spiritus noster velut eius discipulus ei per adhesionem respondeat, & ut id facere valeat ipsum spiritali motu monet, & po-

testatem ei confert qua membrorum legi fomiti ac concupiscentiae eius resistere valeat. nos ipsos spiritaliter corroborando doctrina ab eo interne nobis data, qua ab eo inspiramur & qua facit ipse nos orare nostram in deum eleuando mentem de se ipso testante ezechiel. spiritus quoque leuauit me & assumpsit me & ab huius amarum in indignatione spiritus mei. Manus enim domini erat mecum confortans me. Textus praecedens de spiritu sancto expositus de spiritu humanitatis christi hoc modo exponitur [similiter autem]. Sicut in hac via patientia & spes nostram sustinent & adiuuant infirmitatem: ita & [spiritus] humanitatis christi in statu huius vitae in quo adhuc infirmitati subijcitur [adiuuat infirmitatem nostram] qua modo nunc sus praedicto infirmi sumus, nos subleuando & consolando noui testamenti mediator effectus, & noster apud patrem aduocatus existens, etiam si peccauerimus. [Nam quid oremus] nostra mente in deum eleuata ab ipso aliqua petendo [sicut oportet nescimus] non quid in generali sed quid in speciali orando petamus & etiam modum quo petere debeamus. Nam in generali scimus quid oremus christo nos edocente his verbis: sic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in caelis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Et etiam in generali scimus modum, quo nos orare oporteat iac. nos instruente sententia hac. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a deo qui dat omnibus affluentem, & non improbat & dabitur ei, postulat autem in fide nihil hesitans, sed in speciali quid conuenienter oremus scire non valemus. primo quidem quia si aliquod virtutis opus facere desideramus, quod est dei implere voluntatem, sicut in caelo & in terra contingere valet quod illud virtutis opus non erit nobis vel alteri congruum. Exempli gratia. Alieni qui utiliter possent in actione proficere non expedit contemplationis quies, & econuerso, ei qui contemplatione

ezech. iij.

math. vi.

iacobi. i.

eccl.v.

ij.co.xij.

sapient.ix

math.xx.

potest proficere non expedit vite actiue operatio. & inde non immerito prouerbiorum xiiij. scribitur. Est via que videtur homini iusta. nouissima autem eius deducunt ad mortem. secundo quia quandoque aliquis aliquod temporale bonum ad vite sustentationem desiderat quod est petere. Panem nostrum quotidianum quod tamen sibi in periculum mortis vertitur. Nam multi propter diuitias perierunt, dicente scriptura diuitiarum conseruata in malum domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima. Tertio quia quandoque quis liberari desiderat ab aliqua molestia temptationis, que tamen est sibi ad humilitatis custodiam, sicuti paulus a deo petit a se amoueri carnis stimulum, qui tamen ei datus erat, ne magnitudo temptationum eum extolleret propterea ipsum ter dominum rogante ut ab eo discederet ei a domino dictum est. sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. & etiam quia molestias tribulationum a nobis auferri petimus que plerunque profunt vel ad sanandum timorem superbiam & ad probandam exercendamque patientiam cui probate & exercitate clarior merces superiorque seruatur, vel ad quecumque flagella abolenda, & tamen nos nescientes quid ista nobis profint & quando nobis profint ab omni optamus tribulatione liberari. Propterea salomon dixit. Quis poterit cogitare quid velit deus cogitationes enim mortalium timida & incerte prouidentiam nostram. Etiam in speciali modum quo nos oporteat orare nescimus, quia in speciali motus cordis nostri vsque a deo discernere non valeamus, ut puta vtrum aliquid ira petamus, vel ex zelo iustitie, vnde a christo reprobata est petitio filiorum zebedei, quia licet viderentur participationem diuine glorie postulare tamen ex quadam gloria seu elatione procedebat eorum petitio. Textus subsequens de spiritu sancto, iuxta mentem beati ambrosij hoc modo exponitur. Sed nobis modo supradicto in speciali igno-

rantibus, quid & quomodo orare debeamus. [ipse spiritus sanctus tertia in diuinis persona postulat, pro nobis] & cum sit vnus substantie cum patre & filio quia si quandoque fideles aliquid petant per imperitiam & improuidentiam & ignorantiam & non per iactantiam contra salutem suam se interponendo medium inter nos & deum superfundit se precibus nostris, motu suo, improuidentiam nostram aperiendo, & ea que nobis profunt petendo non cum impulsu aeris, neque cum sonitu aut strepitu vocis, sed more nature sue, ex quo deo loquitur eo more quo ille loquitur a quo procedit & sicut diuinitati loqui competit. Et cum illud a nobis sit inenarrabile dicitur pro nobis postulare [gemitibus inenarrabilibus] Ex quo spiritus sancti gemitus non sunt fletus, nec soni ex angustia peccatoris procedentes nec cantus flebiles, sed sunt petitiones, quibus diuinitati expediendi modo supradicto pro gementibus aliqua petit. De eodem spiritu sancto iuxta commune doct. expositionem hoc modo exponitur. [Sed ipse spiritus sanctus tertia in diuinis persona postulat pro nobis] hoc est postulantes nos facit in quantum in nobis recta causata desideria quibus que iuste desideramus petimus. & quia hec in nobis causata dicitur spiritus sanctus pro nobis postulare. Nam dicitur deus aliquid agere non tantum, quia ipse immediate sic agit, sed etiam quia nos sic facit agere iuxta illud dictum christi ad discipulos suos. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Et illud iussu domini dictum moysi ad populum israeliticum iam nunc deponite ornatum vestrum, ut sciam quid faciam tibi: hoc est ut scire te faciam, & illud domini verbum ad abraham. Nunc cognoui quod timeas dominum id est cognoscere te feci, & exinde quia spiritus sanctus postulare nos facit. Ideo postulare pro nobis dicitur [gemitibus inenarrabilibus] & hoc, quia facit nos celestia desiderate, que differunt quandoque cum fleui quandoque cum sono ex angustia peccatoris procedente, quoadque cum cantu flebili, & quicquid cum

math. x.
exodi.
xxxij.

gene. xxxij.

voce etiam flebili. Quæ desideria ideo dicuntur inenarrabilia, aut quia propter rem a nobis inenarrabile sunt, scilicet cœlestem gloriam, aut quia ipsi motus cordis secundum quod a spiritu sancto procedunt, sufficienter a nobis enarrari non possunt, quia quando que suspiria tam excessiua sunt, tam pro præsentis exilij deliberatione, quem pro adoptione cœlestis gloriæ, vt plene nequeant explicari. Et etiam quia nemo enarrare valet quantæ sint in cordibus fidelium tribulationes, vel quanta remuneratione digni sint coram deo, iuxta illud iob. Quis enarrabit cœlorum rationem. Textus de spiritu sancto expositus de spiritu humanitatis christi hoc modo exponitur [sed ipse spiritus] humanitatis christi [postulat pro nobis] desiderio, quo nostram desiderat salutem & meritum sue passionis exhibitæ nobis applicari, vt noster aduocatus humanitatem nostram, & quæ bene egimus siue interne siue externe coram deo patre cum oratione ostendendo etiam cum [gemitibus inenarrabilibus] voce non fletum includente, sed compassionem & misericordiam. Et quia vox qua christi humanitas pro nobis deum patrem orat compassionem & misericordiam includit. Ideo gemebunda dicitur inenarrabilis tamen quia non est qui enarrare valeat modum quæ tenet christi humanitas in sua oratione, dum nunc pro nobis coram patre orat. Textus subsequens de spiritu sancto hoc modo exponitur [qui autem scrutatur corda] deus scilicet pater vna cum filio qui omnia archana cordium & secretorum non solum hominum sed & angelorum penetrat: iuxta illud dauid scrutans corda & renes deus. Et illud sophonizæ scrutabor iherusalem in lucernis. Et illud primi regum. xvi. Homo enim videt ea quæ parent dominus autem intuetur cor. Scit non inquirendo quod nescit, sed inquirendo quod nouit, iuxta illud cognouit dominus qui sunt eius intelligatur eos approbando [quid desideret spiritus] dum iuxta supradictum

Job. xxx.
vii.

psal. vii.
sophon. i.

1. tymot. ii.

beati ambrosij spiritus sanctus se inter deum & nos interponit & se superinfundit precibus nostris, quæ nobis profunt decent, & expediunt petendo. Et etiam iuxta cōmunem doctorum expositionem, quid nos desiderare faciat spiritus sanctus illud a patre cum filio vna cum spiritu sancto approbante & exaudiente. [Quia secundum deum] [secundum dei voluntatē quæ vna & eadem est cum patre & filio & spiritu sancto] [postulat] ipse spiritus sanctus dum ipse nobis se superinfundit & precibus nostris & quæ nobis profunt petit [pro sanctis] a deo ad vitam æternam præordinatis. & etiam dum ipse spiritus sanctus eos qui ad vitam æternam præordinati sunt, quæ deo sunt placita postulare facit. Textus de spiritu sancto expositus de spiritu humanitatis christi hoc modo exponitur. [Qui autem] [scilicet deus pater vna cum filio & spiritu sancto] [scrutatur corda] in occulto omnium credentium archana videndo. Scit modo supradictio approbando & implendo [quid desideret spiritus] humanitatis christi, dum ipse vt noster aduocatus pro nobis orat, & quæ nobis conueniunt & expediunt & patri placent postulat: [quia secundum deum] ipsa christi humanitas secundæ personæ in diuinis hypostatice vnita, quæ deo placet cupiens [postulat] ipse humanitatis christi spiritus velut viatorum aduocatus apud patrem [pro sanctis] a deo ad vitam æternam præordinatis, vt eis pater suam conferat misericordiam & eis christi passionis exhibitæ efficaciam contribuendo, vt eos ad vitam æternam perducatur.

Scimus autem quoniam diligentibus Textus.
deum omnia cooperantur in bonum,
his qui secundum propositum vocati
sunt sancti. Nam quos præsciuit & præ
destinauit conformes fieri imaginis fi

lij sui, vt sit ipse primo genitus in multis fratribus. Quos autem prædestinat, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit.

Notulæ.

Omnia filijs dei adoptiuis diligentibus deum non timore sed amore ideo dicuntur cooperari in bonum quia quicquid accidit vel circa ipsos vel alias res totum in eorum bonum cedit. Nam & aduersa & prospera in bonum vertuntur illis. Bona enim & opera virtuosa siue interna siue externa eis directe cooperantur in bonum. Mala vero indirecte, siue ab eis perpetrata, siue ab alijs & ab eis cognita mala ab eis perpetrata, hoc ideo, quia si qui eorum deuiant & exorbitant etiam hoc ipsum eis proficit in bonum quia humiliores reddunt & doctiores ac feruentiores & robustius atque cautius post bonis actibus insistant. Etiam mala ab alijs perpetrata & ab eis cognita ideo dicuntur eis cooperari in bonum, quia talia cognoscentes cautiores redduntur ac humiliores & feruentius inducuntur a consimilibus actibus se retrahere, nitunturque aut instructione aut correctione, aut doctrina, aut ordine, vt peccantibus remittantur peccata. Prospera ideo eis cooperantur in bonum, quia in prosperis non exaltantur, sed coram deo humiliantur ei gratias reddentes. Aduersa ideo eis cooperantur in bonum, quia in aduersis eorum exercetur robur ac virtus in bonum. Nam ex ipsorum infirmitate exercetur humilitas ex afflictione patientia: ex contradictione sapientia, ex odio, benevolentia: petro scribente. sed & si quid patimini propter iustitiam, beati & dauid. oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Et folium eius non defluet, & omnia quęcunque faciet pro-

i. petri. iij.
psa. xxxiij.
psalmo. i.

operabuntur. Omnia supradicta ideo eis cooperantur in bonum quia in electis suis deus operatur dum illi agunt, & ipse cum eis, ita vt non dedignetur natura diuina, dux naturę humanę esse & eius itineris ad bonum, & ita cooperatur eis deus ipsis cum deo cooperantibus, vt omnia vertat in bonum & vtilitatem eorum. Illi dicuntur secundum propositum vocati sancti non solum qui credunt, quia omnes qui in christo credunt fide quę per charitatem operatur vocati sunt sancti, sed non omnes secundum propositum quia christiani reprobī non sunt vocati sancti secundum propositum, sed solum illi qui a deo sic vocati sunt vt ad gratiam sanctificantem adducti sint. Ita vt re & nomine veraciter sanctificentur, & si quando que peccent, gratiam tamen perseverantem & finale (quę solis electis præstatur) adipiscantur, ita vt in hac via deo seruiant, non in spiritu timoris, sed in spiritu amoris ei toto charitatis affectu inhaerendo, ita vt habeant bonum fixumque ac permanens propositum erga dominum deū, erga eius diuinum cultum, & erga opus virtuosum, ita vt in crescente tribulationum sole non arescant. Aliqua dicuntur præscita non secundum propositum. Alia dicuntur præscita secundum propositum. Illa dicuntur præscita non secundum propositum quę ab eterno deus præsciuit fore, antequam essent & præsciens qualia futura essent in eis amorem suum finale affectumque non posuit & in dilectione non habuit, nec sibi sociavit eos ad æternam gloriam approbando, & exinde tales dicitur nescire: iuxta illud de fatuis virginibus quibus christus dixit. Amen dico vobis: Nescio vos intelligatur non approbo vos ad æternam gloriam, habendam. Et tales etiam dicitur non cognoscere iuxta illud christi dictum. Multi dicent mihi in illa die domine, domine. Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.

vocati sancti secundum propositum

præscita non secundum propositum.

mat. xxv.

math. viij.

& tunc confitebor illis quia nunquam noui vos, intel-
 ligatur vos mihi sociando & ad æternam gloriam ap-
 probando. Deus tales nescire aut non cognoscere dici-
 tur, non quod aliquid eū lateat, sed quia indigni sunt
 ut ei per amorem sociantur. Illa dicuntur præscita se-
 cundum propositum quæ ab æterno deus præsciuit fo-
 re antequam essent & præsciens qualia futura essent
 in eis amore suum finalem affectumque posuit, &
 in dilectione finali habuit, & eos sibi sociauit ad æter-
 nam gloriam eos approbando tales per approbatio-
 nem cognoscendo: iuxta illud. Cognouit dominus qui
 sunt eius. Nam in scripturis capitur quandoque cogno-
 scere pro eo quod est illis se coniungere, & in illo affe-
 ctum amoremque suum ponere iuxta illud. Adam
 vero cognouit uxorem suam, intelligatur adiunctus est
 uxori siue eam amauit. & illud de rebecca dictum.
 Erat uirgine pulcherrima & incognita viro. Et et-
 iam de filiis leui qui occiderunt vnusquisque iuxta præ-
 ceptum moysi præuaricatores etiam fratrem & amicum
 & proximum, ita ut ceciderint in illa die quasi
 viginti tria milia hominum. Dicitur quod vnusquisque
 que eorum non cognouit fratrem suum & amicum,
 & proximum, & hoc quia tunc affectum suum aut amo-
 rem non affixit in fratre aut amico. Prædestinatio di-
 citur propositum diuinum quo dominus deus ab æter-
 no proposuit aliquibus dare vitam æternam. Illi dicitur
 prædestinati, quibus dominus deus ab æterno pro-
 posuit dare vitam æternam. Est imago dei naturalis,
 est imago dei adoptiua, est imago filii dei, est confor-
 mitas imaginis filii dei. Imago dei naturalis dicitur se-
 cūda in diuinis persona, non aliud a patre: ex quo eius-
 dem essentia est cum eo, sed alia a patre, ex quo per-
 sona patris non est persona filii & persona filii non est
 persona patris, habens omnimodam patris similitudi-
 nem quo ad diuinitatem, essentiam, potentiam, & vir-
 tutem. De qua imagine ad colloca. scribitur. Qui

h. tymo. h.
cognosce
re.

gene. iij.

gen. xx. iij.
c. xxxi.

prædesti-
natio
prædesti-
nati.

imago dei
naturalis.

collo. i.

est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creatu-
 re. estque imago bonitatis paternæ candor eternæ lu-
 cis & dei maiestatis speculum sine macula, iuxta illud
 Loquutus est nobis in filio quem constituit heredem
 vniuersorum, per quem fecit & secula. Qui cum sit
 splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansque om-
 nia verbo virtutis sue. Imago dei adoptiua, dicitur crea-
 turæ rationalis humana ad imaginem dei creata, quo ad
 eius intellectum, memoriã, & voluntatem, in dei filium
 adoptata: De qua supra in hoc capite dictum est. Non
 enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore
 sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. & ad eph.
 qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per iesu-
 sum christum. Imago filii dei dicitur humanitas christi:
 præcipue quo ad eius animam, & hoc quia eum to-
 tum atque ex integro suscepit, & in seipsa sic forma-
 uit, ut per omnia verbo ac sapientiæ dei ita cooptata
 sit, ut in nullo prorsus ab eius similitudine decolor ha-
 beretur. Illi dicuntur conformes fieri imagini filii dei,
 qui sic ad illam imaginem ac eius similitudinem ten-
 dunt: ita ut summam perfectionis ac beatitudinis gra-
 tiã consecantur, ita ut in eis nullus decolor habeatur.
 quia per oia verbo ac dei sapientiæ se conformant, &
 in beatitudine sub humanitate christi immediate sūt.
 Gratia & virtus & beatitudo in talibus existens con-
 formitas imaginis filii dei dicitur. Sola secunda in di-
 uinis persona dicitur dei patris filius naturalis. & hoc
 quia eiusdem essentia est cum eo & ab eo æternali-
 ter genita. Multi dicuntur filii dei adoptiui, illi scilicet
 omnes qui per eius gratiam mediante iesu christo in
 filios adoptati sunt. Ille dicitur vnigenitus qui solus ab
 alio genitus est, & hinc dei filius dicitur patris vnige-
 nitus, quia ipse solus eius filius naturalis est, etiam ali-
 quis dicitur alicuius puta sortis vnigenitus, qui solus a
 forte genitus est. Ille dicitur primogenitus qui sic ge-
 nitus est quod ante eum nullus siue postea aliquis ge-

hebreos. i.

imago ad
optiua.

ephe. i.

imago fi-
lii dei.

conformes
imagini
dei.

vnigenit⁹

primogeni-
tus.
iustificati.

magnif. cati. nſtus ſit ſiue nō. Illi dicūtur iuſtificati quia i mediā egſa xpi & fide, ſunt iuſti effecti. Illi dicūtur a deo magnificati, qui in hac viā mediāte dei gſa ſic in virtutib⁹ & dei gſa proficiūt, vt exaltādi ſint i patria per gloriā eternā aut qui iam per gloriā in patria exaltati ſunt.

Expo. textus ad lit. [Scimus autē] nos apoſtoli a ſpiritusancto inſtructi ac etiam cæteri chriſtifideles a deo & eius ſacris ſcripturis illuminati [qm̄ diligentibus deum] non in ſpiritu timoris ſed in ſpiritu adoptionis filiorum dilectione qua deū amore venerantur: ita vt ei toto charitatis affectu inherant in tali ſtatu vſque in finem perſeuerando [omnia] ſiue bona ſiue mala ſiue proſpera ſiue aduerſa [cooperantur in bonū] & hoc quia quicquid circa eos vel alios accidit totum in eorū bonum cedit, hæc omnia ſupradicta ideo dicuntur in bonum eis cooperari, quia cum electis ſuis deus operatur, & ipſi cum deo cooperantur, vt ipſis cum deo cooperantibus omnia vertat deus in bonum & vtilitatem eorum. Et ne videantur omnia indifferentem omnibus in bonum cooperari, & vt ſciatur quibus omnia in bonū cooperantur, ſubiunxit apoſtoloſ. [His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti] his ſcilicet qui ad gratiam ſanctificantem adducti ſunt, ita vt in hac viā deo ſeruiant, non in ſpiritu timoris ſed amoris, ei mō ſupradicto toto charitatis affectu inherendo. [Nam quos] dominus deus ab eterno [præſciuit.] Præſcientia ſecundum propoſitum, & ab eo ſic præſcitos [prædeſtinavit] ab eterno diſponendo eis conferre vitam eternam, & præordinavit eos tanquam effectū prædeſtinationis in ſua æterna diſpoſitione. [Cōformes fieri imaginis filij ſui] conformitate qua imaginem filij dei ſeu humanitatis chriſti, & præcipue quæ ad animam ſimiles efficiuntur, ita vt per omnia chriſto ſe conforment [vt ſit ipſe] xps dei filius [primogenitus] & hoc quia primus antequam nullus [in multis fratribus] ab eterno ab eo prædeſtinatis, quiſſes

eius ſunt ſecundū naturā aſſumptā, inter quos ipſe eſt primatum tenēs, quia ipſe eſt primo genitus. quia propria poteſtate reſurrexit, & quia primus reſurrexit impaſſibilis nō ap̄lius moriturus, & quia primus in celū aſcendit ſecū captivā ducēs captivitatē & dignitatis ordinē, tanquā eorum caput, & ius primogeniture poſſidens hereditatē patris habundantius percipiēdo, eamq; alijs diſtribuendo, quō nō dedignatur vocare fratres: de eo dicēte apo. non confunditur fratres eos vocare dicēs. Nunc iabo nomen tuū fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. Et chriſto marie madaleng. Vade autē ad fratres meos, & dic eis, A ſcēdo ad patrem meū & patrem veſtrum, deum meū, & deum veſtrum [quos autē prædeſtinavit] dñs deus propoſito quæ ab eterno propoſuit aliquibus cū nondū nati fuiſſent aut aliquid boni egiſſent, aut mali dare vitā æternam [hos] ab eo ſic prædeſtinatos [& vocavit] vocatione ſecundum propoſitum (qui effectus eſt prædeſtinationis) qua ſic a deo vocati ſunt vt ad gratiā ſanctificantem adducti ſint: ita vt re & noīe veraciter ſanctificentur toto charitatis affectu xpo mō ſupradicto inherendo vſq; in finē [& quos vocavit] vocatione ſecundum propoſitū [hos & iuſtificavit.] Non ſolum ſecundum præſentē dei iuſtitiam, eis pro tpe gratiā conferēdo, ſicuti & iudg pro tpe collata eſt quādo ipſe fide quæ per dilectionē opatur iuſtificatus eſt. Sed & ſecundū eternā dei dilectionē quæ prædeſtinationis effectus eſt, & qua hos iuſtificando, ſtatuit eū e vita migrarēt cognita eorū in bono perſeuerantia [quos autē iuſtificavit] mō nuperrime ſupradicto, ſecundū eternā dei dilectionē [illos & magnificavit] in hac viā eis gratiā conferēdo vt mediāte ea in virtutibus deo ad vitā eternā, acceptatis vſq; in finē proficiant, ita vt in patria per gloriā eternam exaltandi veniant, aut cum exaltati ſint prædeſtinationis vltimatū ſuſcipient effectum, quæ prædeſtinatio a ſolo deo procedit. Tria ſequentia videlicet vocatione etiā ſecundum propoſitū &

ephe. iij.

ad hebr. ij.

ioan. xx

justificatio, & magnificatio, partim a deo, partim ab hominibus procedunt. Ex quo ad hæc tria habēda cōcurrit ipse deus primo & principaliter & nō solum ipse deus, sed & homines qui ab eo vocantur & iustifici cantur & magnificantur.

Textus.

¶ Quid ergo dicemus ad hæc. Si deus pro nobis quis contra nos, etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit.

Notula.

¶ Dicens apostolus. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, nō sine causa addidit proprio, Nā supra in hoc ca. de multis filijs adoptiuis mentionem faciens dixit. Sed accepit spiritum adoptionis filiorū in quo clamamus, abba pater: ipse enim spiritus reddit testimonium spiritui nostro. quod sumus filij dei non addens, sumus proprij filij dei, sed sine pluri dicēs. Quod sumus filij dei, vt declararet aliquos esse filios adoptiuos, & vnum naturalem, qui ideo: quia nō adoptatus est, sed dei patris naturalis filius est proprius eius filius dicitur. Hoc verbum parcere aliquando idem significat quod dimittere, aliquando idem quod seruare iuxta illud in persona domini dictum. Et peperci nomini sancto meo quod poluerat domus israel in gentibus. Et hoc modo capit apostolus cum hęc dicit: Qui etiam proprio filio suo non pepercit. Aliquando capitur pro eo quod est pœnam culpæ debitam indulgere, & non ita capitur in proposito.

Expo. textus. ad lit.

¶ [Quid ergo dicemus ad hæc] Tot & tanta beneficia nobis a deo collata, mediante eius gratia, qua spiritus dei habitat in nobis, & qua spiritu dei agimur, & qua spiritum adoptionis filiorum accepimus, & qua

filij dei sumus, & hęredes dei, & coheredes christi, & qua primitias spiritus accepimus. Ita vt ipse spiritus postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus: & qua vniuersa creatura nobiscum gemiscit & condolet, & qua dū diligimus deum omnia cooperantur nobis in bonū, & qua secundum propositū vocati sumus sancti a deo præcogniti, & prædestinati, & sanctificati & glorificati. Quid ad hæc oīa dicemus? Quam deo gratiarū actionē reddemus? Dicamus cū psalmista. quid retribuam domino, pro omnibus quę retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. & hæc dicentes, cum omne donum perfectum, & omne datum optimum desursum sit, descendens a patre luminum, dicamus omnia bona dei gratiæ attributēda veniunt. & hinc. [Si deus pro nobis] sit nosipos vt suos prædestinatos, defendendo, vocando, & iustificando [quis contra nos] quis erit potens nos expugnare, ac si diceret, nullus. Nam & si aduersarium habeamus, & de quo scribitur. Aduersari⁹ vester dyabolus tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuoret, ille ex se potens non erit nos expugnare, quia teste apostolo. Fidelis est deus qui nō patietur nos tentari supra id quod possumus sed faciet cum tentatione prouentum, vt possumus sustinere. Nam et si impugnemur a mundo per dei gratiam, omnia nobis fiet meritorum materia, & si a sensualitate & propria carne impugnemur, ipsa nos non superabit, sed per dei gratiam sub iugo rationis ponetur. et etiam & si corpus occidatur anima per patientiam ad gloriam ordinabitur nobis, corde, ore, & opere, cum iob dicentibus. Domine pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnent contra me. Nam & si aduersarium habeamus: deo in nobis agente, & nobis cum ipso agentibus, nullus nos superare valebit: sed veraciter dicere poterimus illud dauid. dominus illuminatio mea, & salus mea quę timebo. dominus protector vitę meę, a quo

psal. cxv.

iaco. i.

i. petri. v.

i. cor. x.

iob. xvij.

psal. xxvi

trepidabo, & si sint mihi aduersarij ita vt appropiant super me, vt edant carnes meas, domino deffendente vitam meam infirmabuntur ipsi & cadent. Nam & si totus mundus contra nos insurgat & cum omni genere tormentorum in nos seuiat, quid potest totus mundus quando pro nobis est per quem factus est mundus Ex quo modo supradicto nobis deum diligentibus omnia cooperantur in bonum [qui etiam] deus pater prima in diuinis persona [proprio filio suo] in natura li non adoptato, sed eternaliter ab eo genito, & non factus eiusdem essentia, secum ei in potentia coequali. [Non pepercit] non intelligatur non pepercit, hoc est non ei indulsit poenam sibi debitam. Nam nulla fuit poena sibi debita, Ex quo ipse purus fuit impolutus innocens, in quo non fuit dolus: Sed intelligatur non pepercit, quia eum a poena non seruauit, ipsum a mortis angustia liberando apostolo subiungente [sed pro nobis omnibus.] pro omnium nostrum salute [tradidit illum] ipsum in morte exponendo per passionem eius exhibitam pro nostrorum peccatorum expiatione

esaye liij. iuxta illud esaye, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnus quisque in viam suam declinauit & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Et illud iohannis.

iohannis iij. sic enim deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret Et cum hic dicat apostolus, sed pro nobis omnibus tradidit illum dicitur christum deo permittente a iuda & iudeis. in manibus aduersariorum morti traditum fuisse. & a patre mediante eterna eius praedestinatione pro mundi salute in hostiam suauitatis traditum fuisse. quando inspirauit ipse in humanitate christi voluntatem patiendi pro nobis. Et quoniam ita voluit christum pati per modum praecipui, cui filius libentissime obe-

diuit: iuxta illud apostoli. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. sed semetipsum exinaniiuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo: factus obediens vsque ad mortem mortem autem crucis. Et etiam dicitur a seipso pro nostra redemptione in mortem traditum fuisse, vt nos a morte liberaret ipso voluntarie pro nostra redemptione morte patiente dic. esa. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum, & apost. Ambulate in dilectione, sicut & christus dilexit nos. tradidit semetipsum pro nobis oblatione, & hostiam deo in odore suauitatis intelliga. tradidit pro omnium nostrum salute, & non solum pro sanctis sed & pro impijs, & non solum pro amicis, sed etiam pro inimicis, & non solum pro magnis, sed & pro minimis, ideo si inimicorum aliquem & infirmorum lesat quis percutiens eius infirmam conscientiam in christum peccare dicitur, ex quo scandalizat eum pro quo christus mortuus est. Nam ipse pro omnibus sufficienter passus est. Ex quo passio eius exhibita omnes redimere sufficiens fuit, sed pro solis iustis & praedestinis passus est efficienter, quia voluit ipse eos qui vltimatum effectum passionis suae exhiberet (scilicet gloriam aeternam) suscepturi erant mortificari, seipso christo & carnem suam cum vitijs & concupiscentijs, tales sunt iusti & praedestinati & nulli alij [quomodo non etiam] deus pater [cum illo] vnigenito proprio & connaturali consubstantiali & coequali eius filio quem nobis donauit pro nostrorum delictorum expiatione in hostiam suauitatis [sola] nobis donauit. Et nobis aequalia & etiam superiora ac inferiora. Hic in spe, in patria in re. Ex quo omnia quae ad vitam aeternae gloriae spectant nobis dabuntur in patria in re iam nobis donata sunt, per christum in spe possessionis futurae, nam nobis datus est deus & christus per fidem &

esaye. liij.
ephe. v

spem, & angeli nobis dati sunt, velut nostri concives
atque custodes, & beati velut nostri intercessores. &
ea quæ in mundo sunt nobis subiecta sunt, vt eis be
ne vtamur, & dæmones vt sua tentatione ad bonum
nos exerceant. & animæ damnatæ vt suarum pœna
rum cognitione a malo retrahamur. in patria vero
nobis dabitur deus in re per claram eius visionem &
fruitionem & tentationem. Angeli & beati vt cū eis
perpetuo in deo gloriemur. & quatuor elementa vt
in eorum aspectu (quia dum in hac via essemus eis
bene vsi sumus) gloriemur, & dæmones ac animæ dā
natæ vta nobis iudicentur tanquam pœna perpetua
dignæ.

Textus,

**Quis accusabit aduersus electos dei,
Deus qui iustificat? Quis est qui con
demnet christus iesus qui mortuus est
imo qui & resurrexit qui est ad dex
teram dei, qui etiam interpellat pro
nobis.**

Nota. Et si percontari sit diligenter & curiose inquirere.
Differunt tamen percontatio & interrogatio, iuxta mē
tem beati aurelij patris augustini de doctrina christiana
libro tertio. Nam interrogatio est inquisitio ad quam
respondetur, ita vel non. Percontatio autem est inqui
sitio ad quam multa responderi possunt nō immedia
te respondendo, ita vel non. & quæque percontatio
ni respondendo datur sententia quæ enunciarī debet
per modum interrogātis, & post illud tacite aut sub
intellecte responderi debet: ita vel non. Et in tali per
contatione cum ambigua sit seruari debent regulæ fi
dei, & etiam præcedentis vel subsequētis perconta
tionē connexio sermonis vt hic. **Quis accusabit ad
uersus electos dei? ecce percontatio: istud subsequens.
Deus qui iustificat enunciarī debet per modum inter**

rogantis ac si diceretur, an deus qui iustificat, & po
stea responderi debet tacite non seruatis regulis fidei
& etiam seruata præcedentis & subsequētis percon
tationē connexionē sermonis. iste totus tex. & præci
pue ab illo passu, quis accusabit aduersus electos dei
vsque ad illud. **Qui est ad dexteram dei iuxta men
tem beati aurelij patris augustini in supradicto loco
legendus venit per percuntationem.** Secundum ve
ro mentem multorum aliorum doctorum legendus
venit per interrogationem. Christus dicitur esse ad
dexteram dei & secundum diuinam naturam & se
cundum humanitatem. ipsum esse ad dexteram dei dexteram
secundum diuinam naturam est eum esse in summo dei,
honore in plenitudine & magnitudine æternæ maie
statis, & equalitate patris. ipsum esse ad dexteram dei
scilicet humanitatem est eum esse in potioribus bo
nis. Differunt orare, aduocare, & interpellare. Orare
est eleuata mēte in deum contemplari, diuina aut cœ
lestia, aut misteria in humanitate xpi celebrata, aut a
deo petere quæ licent conueniunt & expediūt. Et hæc
interpella
facit pro nobis christus, similiter beati in paradiso, &
re.
in hac via id facere debemus vnusquisque pro se &
Orare.
vnus pro altero: dicite iacobo, Orate pro inuicem vt
saluemini. Aduocare est coram iudice alicuius bonas
partes tueri, aut pro eo orare bonas eius partes tuen
do & defendendo. Et hoc modo pro nobis apud pa
trē aduocat christus, dicē. io. Sed si quis peccauerit ad
uocatum habemus apud patrem iesum christum iu
stum. Etiam beata virgo maria sub christo tamen ad
uocat pro nobis, de ea canente ecclesia. Eya ergo ad
uocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos
conuertite. Interpellare est eum qui mediat inter deum
& nos ab eo omni pulso vitio secundum eius huma
nitatem cū videt nos ab aduersario nostro impugna
ri, cognita altitudine aduersarij nostri, & impudētia
nostra vt arceatur insolentia eius apud patrē pro no

differunt

ad

uocare &

interpella

facit

re.

Orare.

vnus

pro

altero.

dicite

iacobo,

Orate

pro

inuicem

vt

saluemini.

Aduocare

est

coram

iudice

alicuius

bonas

partes

tuen

do &

defendendo.

Et hoc

modo

pro

nobis

apud

patrē

iesum

christum

iu

stum.

Etiam

beata

virgo

maria

sub

christo

tamen

ad

uocat

pro

nobis,

de

ea

canente

ecclesia.

Eya

ergo

ad

uocata

nostra,

illos

tuos

miseri

cordes

oculos

ad

nos

con

uertite.

Interpellare

est

eum

qui

mediat

inter

deum

&

nos

ab

eo

omni

pulso

vitio

secundum

eius

huma

nitatem

cū

videt

nos

ab

aduersario

nostro

impugna

ri,

cognita

altitudine

aduersarij

nostri,

&

impudētia

nostra

vt

arceatur

insolentia

eius

apud

patrē

pro

no

bis orare, vt ipse nostri misereatur. Hic de eo dicitur te apostolo. **Quis** est ad dexteram dei qui etiam interpellat pro nobis. Et ad hebræos. viij. Vnde & saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Accipitur quandoq; tamen interpellare pro eo quod est sub deo & christo aliquem inter deum & homines mediare aliquid partim per orationem pro eis petendo & partim contra homines inuocando deum, vt eorum facta iudicet: iux. illud infra. xi. capite. An nescitis in helya quid dicit scriptura. **Quem** admodum interpellat deum aduersum israel. Aliquando capitur etiã interpellare pro eo quod est aliquem vocare, vt inter aliquos mediet, & precipue ad dandum iudicium: iuxta illud. Si fuerit causa inter aliquos & interpellauerint iudices Et illud in eodem libro. Si autem noluerit accipere uxorem fratris sui, que ei lege debetur perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicit q. Non vult frater viri mei suscitare seminem fratris sui in israel, nec me in coniugium sumere. Et illud. Cunque finiti essent anni septem, reuersa est mulier de terra philistinum, & ingressa est, vt interpellaret regem pro domo sua & pro agris suis. Et illud de paulo dictum. Et dixit festus agrippa rex & omnes qui simul adessetis nobiscum viri videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo iudeorum interpellauit me hierosolymis petentes & acclamantes non oportere eum viuere amplius. in hoc textu primo modo accipitur interpellare.

Quis accusabit aduersus electos dei] hæc apostoli sententia iuxta mentem aurelij patris augustini legenda est per percontationem, cui respondendum est [Deus qui iustificat] enunciando illud per modum interrogantis, ac si diceretur. An deus qui iustificat cui postea tacite respondendum est: non. Et in hac responsione seruantur regulæ fidei qua credimus deum accu-

saturum aduersus electos suos, quia teste apost. ipse eos elegit ante mundi constitutionem, vt essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate & eos predestinavit, in adoptionem filiorum per iesum christum secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in hac etiam responsione seruaturno nexio præcedentis sententiæ, qua dictum est deum eos quos prædestinavit vocasse, iustificasse, & magnificasse, & deum pro prædestinatis esse, & cum christo eis omnia donasse modis supra declaratis. Et etiam connexio sententiæ subsequenti hunc textum in qua dicitur. **Quis** nos separabit a charitate christi & que sequitur, Secundum mentem aliorum doctorum, hic text. quis accusabit aduersus electos dei, legendus venit per interrogationem hoc modo [quis] erit ille qui accusabit aduersus electos dei] aduersus electos qui non solum generali vocatione a deo vocati sunt, sed vocatione secundum propositum, & a deo sic electi sunt ita vt ab eis acceptis dei dono illud non neglexerint, & a vocationis suæ gratia in finem non desisterint, sed vti debuerunt aut debent operati sint aut operentur. quis inquam talibus aduersans contra eos accusationem afferet, vt eis in hora mortis, vel in die iudicij noscere possit, certe nullus quia proiectus est accusator fratrum nostrorum. Nam qui accusat improbat eum quem accusat. Non est autem alicuius iusta causatio aut improbatio contra dei approbationem, sed deus suos electos approbat & iustificat, subiungente apostolo [deus qui iustificat. Ieos scilicet quos prædestinavit & vocauit] quis est qui condēnet iux. mentem aurelij patris augustini istud legendum venit per percontationem cui respondendum est [christus iesus qui mortuus est, imo qui et resurrexit] per modum interrogantis, ac si diceretur. an [christus iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit] postea tacite respondendum est non in hac responsione seruantur regulæ fidei qua credimus deum non condē-

apoca. xij.

mat. xxv.

naturam electos suos, sed eis daturum gloriam eternam christo in extremo iudicio eis dicente. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum ab origine mundi. In hac etiam responsione seruatur connectio sententiae textus, hunc textum precedentis ab illo. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, vsque ad textum presentem vna cum connectio textus sequentis, in quo dicitur. Quis ergo nos separabit a charitate christi, vsque ad finem capituli. Secundum mentem aliorum doctorum legendus venit per interrogationem: hic textus. Quis est qui condemnet a deo electos qui ab eo vocati sunt vocatiōe secundum propositum, qui vsque in fine avocationis sue gratia non desisterunt, certe nullus. Quia deus eos iustificauit, & eis nihil peccati imputauit, & eis multa contulit beneficia christus iesus secundum diuinitatem & secundum humanitatem. Secundum diuinitatem eos iustificando & nihil peccati eis imputando. Secundum humanitatem pro eis mortem passionem suam exhibita sustinendo, & tertia die resurgendo, vt & ipsi immortales resurgant beatificari in anima & corpore, apostolo subiungente. [Christus iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit] christus deus & homo vnctus (iesus) saluator (qui mortuus est) pro omnibus sufficienter, ita vt mors sua sufficiens fuerit totum redimere genus humanum & pro suis electis efficiens. Quia conformiter ad eius voluntatem seipsum cum vitis & concupiscentis christo conerucis fixerunt. & quia id fecerunt non solum pro eis efficienter mortuus est (imo) ipse christus (qui) pro omnibus sufficienter passus est & pro electis efficiens (& resurrexit) assumpto corpore immortalis, propter suorum electorum iustificationem, apostolo supra capite quarto de christo dicente. & resurrexit propter iustificationem nostram. & vt ipsi assumpto corpore immortali resurgerent beatificandi in anima & corpore, apo-

stolo dicente. Nunc autem christus resurrexit a mortuis primitiis dormientium quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur & ita in christo omnes uiuificabuntur, saluatorem expectamus deo. nost. iesum philip. iij. christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae figuratum corpori claritatis suae. Nolumus autem vos i. ad thesa ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini loni. i. i. ni sicut & caeteri qui spem non habent. Si enim credimus quod iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo [qui] christus [est ad dexteram dei], & secundum diuinam naturam & secundum humanitatem: iuxta illud de eo apocal. iij. scriptum. & sedi cum patre meo in throno eius. Sedet enim christus ad dexteram vt nos post se eleuet, apo. eph. ij. dicen. condescendere nos fecit in caelestibus in christo iesu. Nam in quantum nos membra corporis christi sumus si christo capiti nostro vsque in finem adhaeremus in ipso dei patris throno condescendimus: iuxta illud apocal. iij. Qui vicerit dabo ei de ligno vitae & sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. [Qui etiam] ipse christus [interpellat pro nobis] ipso existente mediatore inter deum & nos secundum eius humanitatem in qua non est inuentus dolus cum ab aduersario impugnamur ne nos superet patrem pro nobis orando, vt ipse nostri misereatur patri ostendendo humanitatem pro nobis assumptam & misteria in ea celebrata conspectui paterno representando, apostolo dicente. Non enim in manufacta sancta introiuit iesus exemplaria verorum hebr. ix. sed in ipsum caelum vt appareat, nunc vultui dei pro nobis.

¶ Quis ergo nos separabit a charitate christi, tribulatio an angustia, an per

secutio, an fames, nuditas, an periculū
an gladius: sicut scriptū est. Quia pro
pter te mortificamur tota die æstimati
sumus sicut oves occisiōis. Sed in his
omnibus superamus propter eum qui
dilexit nos.

Notula. **¶** Dicens apostolus quia propter te mortificamur to-
ta die, accipit illic mortificari pro eo quod est varijs
penis affici & assidue tribulari tā a carne quā ab ho-
minibus mundanis. Ita vt qui affliguntur seipos mor-
tificent & carnem suam christo cum vitijs & concu-
piscentijs abstinentia & iuctu & oratione. Et ab ho-
minibus mundanis pro exaltatiōe nominis christi di-
uersis persecutionibus & aduersitatibus deducantur.
Hic accipit apostolus totā diem pro omni tempore,
dies. quādiu in charitate firmati in hac via viuunt & pro
toto tēpore illuminationis in hac via quō de tenebris
ad lucem veniunt. illi dicuntur alios superare qui eo-
superare. rum superiores aut victores efficiuntur.

**Expo. tex-
tus, ad lit.** **¶** [Quis ergo nos] a deo prædestinatos & secundū
eius propositum vocatos sanctos & ab eo iustificatos,
& iam in hac via mortificatos gratia nobis collata, vt
mediante ea in virtutibus nos deo ad vitam æternam
acceptati, vsque in finem proficiamus deo pro nobis
existente [separabit a charitate christi] cum in ea ra-
dicati & fundati simus vt charitativa christi dilectio,
sic in cordibus nostris ferueat, vt omne quod in præ-
senti reperitur vita respectu futuræ gloriæ momen-
taneum a nobis iudicetur, & tota nostra gloriā in deo
sit & in cruce domini nostri iesu christi, per quē mun-
dus nobis conuictus est & nos mūdo, ita vt a que
multæ huius mundi charitativam in nobis existentem

extinguere non valeant. Istud probans apostolus ma-
la proponit quæ ad præsentem vitam pertinent, & quæ
charitatem radicatam extinguere non valent, dicens. **Tribulatio,**
[Tribulatio] quæ dicitur afflictio corporis dicta a
tribulis quæ sunt herbe pungitiue, iuxta illud gene-
ij. Spinæ & tribulos germinabit tibi, vnde aliquis tri-
bulari dicitur cum exterius pungitur, & in corpore af-
fligitur, verum si ipsa inuenerit in charitate radicatū
a christo separare non valebit, cum dicat regius psal-
psalmo. **xxxiij.** multæ tribulationes iustorum. Et de omnibus his
liberavit eos dominus, Et hoc quia dilectionem chris-
tiani firmi nulla vincunt tormenta. Ex quo amantis
plus incitatur charitas, si eū cuius sensit beneficia pro-
hibeatur amare. Ex quo dum putant se in merita eius
seminare recordatur beneficiorum & dilatatur cor-
psal. iij. **angustia.** suum, dicente dauid. in tribulatione dilatasti mihi
[an angustia] quæ & si a nonnullis omnis necessitas
omnisque indigentia vocetur generali vocabulo. Par-
ticulari tamen anxietas mētis seu afflictio cordis qua
anxiatur aliquis non videns quo vertat vel quomo-
do euat recte vocatur: iuxta susannæ dictum cum a
duobus lascivis & sola etate annosis iudicibus pro las-
civiā complenda deprecaretur, quo dixit. **angustia**
sunt mihi vndiq. Si enim hoc egero, mors mihi est.
Si autem non egero, nō effugiam manus vestras. Sed
melius est mihi absq. opere incidere in manus homi-
num, quam peccare in conspectu domini. **Quia** &
si angustia venerint ex corporis necessitate, vna cū
susanna sapientiæ dei & scientiæ latitudinem require-
mus in qua nos angustare nō potest mundus. Require-
mus etiam scripturarū diuinarum amplius imos cam-
pos, redibimusque ad intellectum verbi dei spiritu az-
lem, & nulla nos in eo coarctabit angustia. [An perse-
cutio] quæ est de loco ad locum expulsio & vis mali
qua aperte quis alteri inferi xpo suis discipulis dic, math x.
sū autē persequetur vos in ciuitate ista fugite in alia. **persecutio**

Sed hæc ipsa persecutio in charitate radicatur a charitate christi separare valet minime, Ex quo talis confitebitur christum coram hominibus. & exinde ex testimonio christi confitebitur eum christus coram patre, qui in celis est [anfames] quæ est desyderium & necessitas comedendi sine habundantia cibi, sed hæc in charitate radicatum separare non potest a charitate christi, ex quo habet ipse panem vitæ qui de cælo descendit, & reficit anias esurientes, nec aliquando potest panis iste deficere, cum sit perfectus & æternus [an nuditas] quæ ex penuria & defectu vestis procedit ac vestimentorum inopia: sed hæc in charitate radicatum confundere non valet, ex quo pro indumentis habet dominum nostrum iesum christum, & sperat iuxta apostoli dictum: indui immortalitate & incorruptibilitate [an periculum] quod in mutilatione membrorum & in insidijs & in apparatu mortis consistit, sed illud non timet in charitate radicatus: dicente dauid, Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo, Dominus protector vitæ meæ, a quo trepido, Dum appropiant super me nocentes vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prelium, in hoc ego sperabo [an gladius] mors ipsa gladio facta separare valet gladio terreno in charitate radicatum a charitate christi, certe non? & hoc quia secum habet gladium, de quo scribitur. Viuus est enim sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio acipiti & pertigens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, cõpagum quoque ac medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Si ergo gladius temporalis ac terrenus super ceruices venerit christianorum christo adhærentium maiorem sibi ad deum cõsiliabunt charitatem [sicut scriptum est] psalmo. xliij.

mat. x.
fames.
nuditas.
i. cor. xv.
periculũ.
psal. xxvi
gladius.
hebrę. iij.

iuxta translationem septuaginta, vbi verba habentur in forma quæ hic ab apostolo allegantur: de pto quod pro ly quia ponitur quoniam. In eodem psalmo, idem habet in forma translatio hieronymi. [quia propter te mortificamur tota die estimati sumus sicut oves occisionis] apostolus in hoc loco in medio proponens sententiam psalmistę in persona iustorum christo vsque in finem adhærentium loquitur, & precipue beatorum martyrum quos poena martyres non fecit, sed causa: cum multi sint heretici contra quos apostolus scribit dicēs. Si tradidero corpus meum: ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, qui nomen christi in ore habentes aliquibus articulis ab eis negatis ac ecclesię determinationibus carceri mancipantur & in mortem deducuntur, causa inquam igitur martyres facit, qua pro iustitia quã prædicant & ad quã inducuntur denegare & etiam deum & christum & a lege eius discedere. & quia id facere renuunt, mortem patiuntur. & qui hac de causa mortui sunt, siue in veteri siue in nouo testamento ab ecclesia martyres venerantur. Inter veteris testamenti patres septem fratres machabei vna cum eorum matre ab anthioco diuersis afflicti poenis & cruciati & tandem occisi, quia dñs alienis libare renuebant, patriamque deserere; legem & mandata dei transgredi. Alij vero vt elayas qui serra lignea scissus est: & zacharias qui inter templum & altare legitur occisus, ab ecclesia non venerantur vt martyres, & hoc quia si pro iustitia & pietate & veritate quã cõstebantur, & coram veritatem audientibus proponebant mortui fuerint, quia in eis veritas odiũ pariebat, & odiũ mortem. Non tamen in illis pietate persequebatur, quã a se repellebant, nec a suis persecutoribus veritate negare cogebantur, aut deũ nec a lege eius discedere. Beatus tamen iohannes baptã & si cõsimili causa passus fuerit, sicuti passus est elayas, & zacharias: quia videlicet arguebat herodem

i. cor. xliij.
secũdi machab. viij.

ioannes propter herodiadem vxorē philip. fratris sui
ideo vinc̄tus, ideo & decollatus est. Passus quidē &
ipse pro veritate quā zelare videretur non negare cō-
geretur: quia metuebat iohannem herodes. Et hoc quia
christum predicabat, & quia vir bonus erat & iustus
imo propter hoc magis reuerēbatur illum, & audito
eo multa faciebat & iubēter eum audiebat. At tamen
tāti martyris passio ab ecclesia celebratur. Et hoc quia
post christi incarnationem passus est. Et illa eadē ra-
tione innocētum pro christo ab herode interfectōrū
ab ecclesia festiuitas celebratur. Etiam eadē ratiōe ab
ecclesia festiuitas celebratur senis cōfessoris symeo-
nis qui cū plenus virtutū esset & dierum morte iam
sibi propinqua, vitā baiulans in manibus aiebat. Nūc
dimittis seruum tuum domine secūdum verbum tuū
in pace. Quia vid. ocu. &c. Ac si diceret. Securus de-
scēdo in carcerē, qui tam presto meā sentio redēptio-
nē. & hic ergo qui cum tā secura iocunditate & iōz-
cunda securitate moritur in ecclesia celebrari cū gau-
dio memoratur. In persona igitur iustorū xpo vsque
in finem adherētium & precipue supradictorū mar-
tyrū, loquitur apo. dicens: quia] a te domine deus
predestinati sumus, & secūdū propositū vocati sancti
& iustificati & in hac via iā magnificati, gratia a te
nobis collata vt mediāte ea in virtutibus vsq; in fi-
nem proficiamus nos hoc modo in virtutibus profici-
entes tecū in bonum cooperando] propter te] domine
deus, & domine iesu christe. Nos tibi vsq; in finē ad-
herētes] mortificamur] nos ipsos tibi dñe iesu christe
& carnē nostrā cū vitijs & cōcupiscētjs cōcrucifigē-
do & ppter te varijs pœnis afficimur: & assidue tribu-
lamur, nō solū a carne ei p abstinentiā ieiuniū & lus-
tū resistendo, sed etiā a persecutoribus tui nois qui
pro eiusdē nominis tui exaltatione diuersis aduersita-
tibus ac persecutiōibus nos affligunt. [Tota die] seu
toto tpe, quo i hac via viuimus, & hic illuminamur, ex
quo de tenebris ad lucem venimus: ita vt ipsi tui no-

math. ij.

lucē. ij.

minis persecutores nos ad mortem deducant. sed hęc
omnia propter te patienter sustinentes dicimus, quod
non sunt condignę passiones huius temporis ad fu-
turam gloriam quę reuelabitur in nobis. Et si ab eis
[estimati sumus sicut oves occisionis] quia ipsi tui
nominis persecutores cum studio nos deputant, vt
in macello occidamur ab eis existimantes nos sine re-
spectu misericordię debere occidi, nec resistimus eis
sed in simplicitate & mansuetudine nostra, velut o-
ves innocenter mori parati sumus a tui nominis perse-
cutoribus spreți, veluti oves sed in te cōsolamur, &
in te spem nostram ponimus, scientes breue esse hu-
ius vitę tempus & exiguum, quod in persecutiōni-
bus ducimus, eternum vero & perpetuū quod expe-
ctamus in gloria, & multo maiora esse beneficia, quę
illuc habebimus quā sint hęc omnia quę videntur ad-
uersa. Nam si pro te morimur & quid exinde cū &
tu pro nobis mortuus sis tu vt nobis prodesse. Mors
autem nostra tibi prodesse non potest, sed nobis. Nā
cū temporalem perdimus vitā, æternam acquirimus
[sed] firma fide in te posita charitate & spe] in his
omnibus] aduersitatibus, afflictionibus, & tribulatio-
nibus] superamus] omnia patienter atque gaudenter
sustinendo vincentes tui nominis persecutores nō pro-
pter nōas vires sed] ppter eū qui dilexit nos] propter
amorē, scilicet dei p̄ris & christi & propter beneficiū
gratię eius, & ppter ei⁹ auxiliū ppter affectum quē a
a te hēmus, quā dū in illius amore pēdemus sensū do-
loris nos separantē nō recipimus. Nā charitas eius qua
nos dilexit & nostrū ad se affectū rapuit cruciatū cor-
poris & dolorē nos separantem sentire non finit: imo
tunc cum eo letamur, vt lætabantur apostoli: de quib-
us scribitur. Et illi quidem ibant gaudentes a conspe-
ctu cōsiliū, quoniā digni habitī sunt pro noie iesu con-
tumeliā pati. Hic dicimus ideo autem gratias qui de-
dit nobis victoriā per dominum nostrū iesum xpm.

actuū. v.

i. co. xv.

Certus sum enim, quia neque mors neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, nequeque altitudo, neque profundum, nequeque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quae est in christo iesu domino nostro.

i. corint. x
 Et cum ex in praecedenti textu posita, ad vitam pertineant, septimum scilicet gladius ad mortem, dicens apostolus. Certus sum enim quia neque mors neque vita in his duobus, septem praecedentia includit. Et nouem postea subnectit, quae una cum his duobus mors & vita accipi possunt: non solum ut ea de notent, quae in bonam aut indifferentem partem accipi possunt: sed etiam & ea quae in malam. Et ostendere volens charitatis magnitudinem ac efficaciam, praemissis quae ad praesentem pertinent vitam, & quae ad hominem spectant, licet ad extra, cum de his dixerit. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos, cum ad humanam spectant tentationem. de qua apostolus ad corinth. dixit. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, maiora submittit, quae ad humanam tentationem non spectant, sed ad maiorem quam humanam. Et exinde in his subsequens tibus non ait apostolus. sed in his omnibus superamus, sed valde tenuiter ait. Quia nihil horum poterit nos separare a charitate dei, de humanis tentationibus, tanquam paruis & leuibus, aut saltem mediocribus confidenter nos eas superare pronunciat; illarum

vero superiorum & plusquam humanarum potesta si diuinae attribuens triumphum victoriae locum nobis reliquit. Etiam si omnes in nos impugnationum suarum machinas torserint, dum a charitate dei non separemur.

C[Certus sum enim] Ego apostolus a deo vocatus tanquam eius vas electionis, ut christi euangelium annunciem, talem esse charitatem & tantae efficaciae, ut ea nullum bonum melius sit, nec etiam certius, quia ipsa est quae christifideles deo coniungit, cum ipsa ex fide procedat, & fidem formet, & in patria, fide, & spe corruptis maneat ipsa charitas, & sic christifideles firmos reddit: ut in ea radicatos a dei amore, & ab ipsa charitate nulla creata quae sunt possint separare, nec etiam ea quae non sunt, & esse possunt. Et ut ita esse apostolus ostendat, subiungit multa: etiam quae ad humanam non spectant tentationem. [Quia neque mors] corporalis quae praecipuum est inter terribilia: nec etiam timor seu poena mortis, poterit nos separare a charitate christi. Nam & si mors iusto illata fuerit, occasione eius maximum sibi lucrum accidet, quia regnum adipiscitur aeternum. Nec etiam per mortem intelligendo daemone. & hoc, quia sicut mors haec communis animam separat a corpore, ita & ipse a charitate dei animam separare contendit. Nec tamen ipse nos a deo praedestinos, & secundum praepositum vocatos, separabit a charitate christi.

[Neque vita] haec praesens, quae praecipuum est inter appetibilia in hac via nobis longius promissa, nec aliquid eorum quae eis subduntur. nec amor viuendi, nos separabit a charitate christi, quia christus ipse est qui suis vitam dat aeternam, & suis non solum in praesenti prodest, sed etiam in futuro. Nec etiam nos separabit a charitate dei peccati, vitaque sua dulcedine peccatores ad se attrahit, quia iuxta apostoli monitionem, supra capite secundo, mortui peccato sumus.

Expo. textus ad litt.

angeli bñi galath. i. [Neque angeli,] siue boni ad hominum custodiam deputati. Nam & nos sic firmati sumus, vt si angelus de cælo euangelizaret nobis, quod fieri nequit, præterquam id quod euangelizatum est nobis anathema nobis esset, siue mali, qui teste apostolo, quandoque transfigurant se in angelos lucis, separabunt nos a charitate christi, quia cum inhereamus deo, non est angelus nostra mente potentior. [Neque principatus] scilicet angeli boni, qui sunt deputati ad custodiam gentium, seu prouinciarum: iuxta illud Danielis. Princeps autem regni persarum resistit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem persarum. Et iuxta eiusdem sententiam hanc. Et nunc reuertar vt præliar aduersum principem persarum. cum enim ingrederer, apparuit princeps grecorum veniens. Non poterunt supradicti angeli: etiam si vellent separare nos a charitate christi, Nec etiam angeli mali de ordine eorum bonorum qui deputati sunt ad custodiam prouinciarum, & qui suis insultationibus affligere valent prouincias, de quibus scribitur. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritalia nequitię in cælestibus separare nos valent a charitate dei, nec etiam hominum humana potestas. Nam & si ipsa iuxta christi dictum, Occidat corpus, animam autem occidere nõ potest. Et qui ab ea odio inuaditur, si in amore dei vsque in finem perseuerauerit, saluus erit [Neque virtutes] angelicę contrarię demoniis, quę sub ipsis principibus consistunt, & si nobis non noceant, sed nobis vt deo coniungamur faueant, attamen nobis nocere non possunt. Nam & si nos separare a charitate dei vellent, non possent. Nec etiam angeli mali de ordine virtutum, quorum

virtutes, angelicę bonę. Virtutes, angelicę malę

virtute, vt legitur in operibus beati Clementis Papę lib. recog. beati Petri ca. viij. symō magus in aere sursum eleuatus est, vt populū christi scādalizaret, & fidē eius minueret dicendo sibi nubē famulā esse, & virtute propria super cęlos ascendere. Et virtute etiam quorum iambres & manbres qui resistunt moysi, quando incantationibus suis aqua fluminis corā pharaone & seruis suis vērfa est in sanguinem, secundum operationem sathanę, signa, & prodigia falsa operando, nos a charitate dei separare non possunt. Nam ipsa dei charitas a deo secundum propositum vocatos sic immobiles reddit, vt ab ea nulla creatura eos separare possit. In hac sententiā, neque angeli, neque principatus, neque virtutes videtur apostolus per modum trium hierarchiarum includere nouem ordines angelorum, quos beatus dionysius apostolici pauli discipulus, libro primo de cælesti hierarchia ponit tres ponēs hierarchias, & in qualibet hierarchia tres ordines. In prima hierarchia ponit seraphim, cherubim, & thronos. In secunda dominationes, principatus, & potestates. In tertia autem virtutes, archangelos, & angelos. Et ex quo de quolibet ordine angelorum cum lucifero aliquis cecidit per modum trium hierarchiarum, omnes angelos malos includere videtur, volens in hac sua sententiā innuere angelos bonos cuiuscūque hierarchię & ordinis sunt si vellent nos a charitate dei separare, illud ab eis fieri non posse, Et etiam angelos malos cuiuscūque ordinis aut hierarchię sint, si vellent sicuti & volunt nos a charitate dei separare illud ab eis fieri non posse. si a deo predestinati simus, & ab eo vocatiõ secundum propositum vocati charitate in nobis firmiter radicali [Neque instantia] seu presentia bona, quę promittuntur aut quę delectationem inferunt, aut voluptatē, aut huius mundi gloria, nec mala quę minantur

instantia

ñ. ty. mo. in
exodi, viij

& sunt nobis aduersa aut dolorem inferentia separare possunt a charitate dei. [Neque futura] prospera vel aduersa istius seculi bona vel mala separare nos valent a charitate dei. Nam nec eorum desiderium, nec timor in charitate radicatos a charitate christi separare potest, apostolo his qui de caesaria erant dicente, *Quid facitis fientes & affigentes cor meum, ego autem non solum alligari sed & mori in iherusalem paratus sum, propter nomen domini iesu. Nec etiam cum deus non permittat nos tentari supra id quod possumus, sed faciat cum tenta, prouenientationes futurae a charitate dei separare valent in ea radicatos [neque fortitudo] alicuius, fortiter nobis violentiam inferentis, siue ille sit demum fortis, ille qui custodit atrium suum, quia fortior eo superuenit christus, qui uniuersa eius abstulit arma, in quibus confidebat & spolia eius distribuit, siue sit homo malus siue caro siue ignis aut aliud elementum nos in charitate dei radicati simus ab ea separare potest, quia fortis est ut mors dilectio, & nullus nos cogere potest per fortitudinem, quia nullus est fortis sicut deus noster. Nec etiam stupescere ualet per autoritatis altitudinem, quia ipse dominus deus solus altissimus est, super omnem terram, nec seducere per profundum sapientiae. Quia ipse dominus deus ad perfectum omnipotens est excelsior caelo, & profundior inferno, longior terra, & latior mari [neque altitudo.] ex qua aliquis minatur precipitium. & etiam qua alium leuat aut leuare facit, ut durius precipitet. Nec etiam altitudo presumptionis, nec altitudo prosperitatis fortunae, nec altitudo sathanae de qua scribitur, non cognouerunt altitudinem sathanae nec scientiae astrologicae altitudo separare poterit in charitate radicatum a charitate dei [neque profundum.] Sapientiae secularis, nec scientiae necromanticae per quam inferiora inferni scrutantur, vel etiam mortuorum animae ab inferis reuocantur,*

actiuū, xxi

fortitudo,

luce, xi,

canti, viii,

i. reg. ii,

psal. xcvi,

iob. xi,

altitudo,

apocal. ii,

sicuti. Phitonissa reuocasse videtur ad preces saulis animam samuelis [neque profundum] in quo aliquis subuersionem minaretur in profundum maris demergendo: aut in inum carceris ponendo, nec vltima de ferri potest cominata nec profunda percrutatio naturalium rerum, siue quae in caelo siue quae in abyssu sunt separare potest deo firmiter innixum a charitate dei, quia ipsa nunquam excidit [neque creatura alia] diuersa & distincta ab interiore homine nostro quo christum diligimus, aut etiam alia ab his creaturis, quae creatae sunt, aut fuerunt, aut creandae veniunt, quae nunquam creabitur, etiam si crearetur in sublimitate altitudine profunditate alias superas a deo secundum propositum vocatos a charitate dei separare non potest, quia est christus nos iuuans nos saluare cupiens, ex quo per ipsum maxima & preciosa nobis promissa donauit pater, ut per hoc efficiamur diuinae confortes naturae fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem, & etiam quia ascendens ipse christus in altum captiuam duxit captiuitatem, deditque dona hominibus, & exinde nulla supradictarum creaturarum, teste hic apostolo [poterit nos separare a charitate christi], in hac sententia loquitur apostolus non solum in persona apostolorum, qui receperunt spiritum sanctum, post cuius receptionem in gratia confirmati sunt, sed etiam in persona sui qui tantam gratiam suscepit, cum de seipso dicat, Gratia autem dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit sed habundantius illis omnibus laboraui. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris mee & uocauit per gratiam suam ut reuelaret filium suum in me & euangelizarem eum in gentibus continuo non acquieui carni & sanguini, & cum etiam dicat dominus de eo ad ananiam, Vade, quoniam vas electionis est michi iste, ut portet nomen meum coram gentibus,

i. regum.
xxxviii,

i. co. xii,

creatura,

ii. petr. i,

ad eph. iiii,

actiuum, ii,

i. co. xv,

ad galat. i,

actu, nono

& regibus, & filijs israel. Ego enim ostendā illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Etiam loquitur ipse apostolus in persona omnium prædestinatorum quantum ad separationē finale. Nam licet ipsi aliquādo per mortale peccatū separantur a deo, sicut petrus quādo negauit christū, & paulus ante conuersionem suā, finaliter tamē ab eo separari non possunt. [Quæ est in christo iesu.] Illa charitas dicitur esse in christo iesu, quæ est perfecta firma nihil dubitationis habēs, nihil falsitatis, & nihil iniustitiæ, & quæ stabilis & permanens est, ita vt paratus sit hanc habens charitatem pro exaltatione nominis christi mortem pati, & domino illud placeat & materia se offerat. Ideo dicitur hæc charitas esse in christo iesu, quia hanc charitatem habuit christus iesus, quæ sic magna fuit vt nulla ea fuerit maior, christo dicente. Maiorem hac dilectionem nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et etiam quia hi qui hanc charitatem habent eam in merito passionis christi exhibitæ habent, & qui eam ante passionem christi exhibitam habuerunt, eā in merito passionis christi exhibendæ habuerunt. [Domino nostro] ipse christus esse dñs noster, quia ei data est potestas in cælo & in terra & ipse constitutus est a deo iudex viuorū & mortuorū. Et ipse est princeps regū terræ & dñs dñorum & rex regū & exinde habet ipse in vestimēto, & in sermone suo scriptam rex regum, & dñs dominātium.

charitas in
xpo iesu.

ioan. xv.

mat. vlii.
actū. x.
apocalip. i
apoc. xvij
apocali. ix

Nonum caput.



Veritatem dico in christo iesu non mentior testimonium mihi perhibente cōscientia mea in spiritu sãcto qm̄ tristitia est mihi magna & conti-

uus dolor cordi meo. Optabam em̄ ego ipse anathema eē a christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt israelitę quorum adoptio est filiorum & gloria & testamentū & legislatio & obsequiū & promissa quorū patres ex quibus est christus secundū carnē qui est super oīa deus benedictus in secula, amen.

Est veritas in xpo iesu, est & veritas quæ non est in xpo iesu. Dicitur veritas esse in xpo iesu illa quæ conuenit xpo iesu & etiam illa quæ quis in loquutione sua veraciter loquitur, quia ita est vt ipse asserit: ita vt ipso asserēte sit in eo iustitia & nihil iniustitię pax & nihil odi; veritas & nihil falsitatis, & sic de ceteris virtutibus quæ in xpo sunt. Dicitur veritas nō esse in xpo iesu illa quæ quis in loquutione sua veritate asserit, ex quo ita est in re vt ipse loquitur: ita vt in eo nō sit pax aut verbū dei, sed iniustitia aut inuidia aut odiū aut libido aut rancor. Verbi gratia. quando iudeis cayphas dixit. Expedi vobis vt vnus homo moriatur pro populo, in eo erat veritas, sed nō in xpo iesu. Ratio quia licet ira esset vt ipse dicebat, non tamen in eo erat iustitia sed iniustitia ex q̄ inuidia motus desiderabat mortē xpi. Differunt proferre mendaciū & mentiri in hoc, quia mentiri est loqui vel exhibere signū ad significandū aliquid contra id quod mēte creditur. proferre autē mendaciū est proferre orationē falsam cū intentione fallendi aut falsum signū exhibendi. Ille dicitur nō mentiri qui profert orationē falsam, sed veram: ita vt conformetur verbum intentioni proferentis. Tristitia dicitur dolor de malo presentati procedēs ex his quę natura abhōretet aut de peccato proprio aut

Notulæ.
Veritas in
xpo iesu.

Veritas nō
ī xpo iesu

ioan. xi.

mentiri.

Tristitia.

2. co. xij. de peccato proximi dicente apostolo. Et lugeam mul-
 tos ex his qui ante peccauerunt aut ex amore seculi
 anathema procedens. Anathema dicitur separatio & precipue
 multiplici a deo iuxta illud apost. Sed licet nos aut angelus de-
 ter sum. cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelis
 galath. i. zauimus vobis anathema sit, seu a deo separatus, quã-
 doque etiam anathema dicitur maledictio vel maledi-
 ctus, vt quando in canonibus habetur. Si quis hoc vel
 illud fecerit, anathema sit hoc est a deo maledictus. &
 iosue. vi. ita videtur accipere iosue quando ipse filijs israel de ci-
 uitate hierico dixit. tradidit enim vobis dominus ciui-
 tatem, sitque ciuitas hæc anathema & omnia que in
 ea sunt domino, aliquando accipitur anathema pro oc-
 cisione aut morte corporali, & ita (vt nonnullis plas-
 cet) hic accipit apost. anathema, imitatus (vt dicunt) fa-
 ctum moysi legislatoris, cui cum dominus dixisset.
 exo. xxxij. Vade & descende, peccauit populus tuus que eduxisti
 de terra egypti. Reccesserunt cito de via qua ostendi-
 sti eis dimitte me vt irascatur furor meus contra eos
 & deleam eos faciamque te in gentem magnam, ipso
 domino respondit. Obsecro peccauit populus iste pec-
 catum maximum, feceruntque sibi deos aureos aut di-
 mitte eis hanc noxam, aut si non facis dele me de li-
 bro tuo quem scripsisti aliquando in scripturis. accipi-
 untur fratres pro his qui ex eodem utero processer-
 runt aut qui ab eodem homine geniti sunt, & hoc mo-
 do nominatur fratres isaac & ismael, & iacob & esau
 & duodecim filij iacob. quandoque etiam in scripturis
 xxxvij. ra vocantur fratres proximi parentes vt puta cognati
 gene. xij. aut nepotes iux. illud gene. dixit ego abraham ad loth
 ne queso sis iurgiu iter te & me & iter pastores meos.
 & pastores tuos. Fratres enim sumus intelligatur pa-
 tres proximi ex quo frater abrahæ videlicet aram ge-
 gene. xi. nuit loth. iuxta illud gene. Thare genuit abraham
 nachor & aram. Porro aram genuit loth. Etiam accipi-
 dent. xvij. untur fratres pro his qui sunt ex vna & eade gente iue-

ta illud deuterom. Non poteris alterius gentis homine
 regem facere qui non sit frater tuus.
 [Veritatem dico in christo iesu] ego apost. a deo vo-
 catus. ex quo cum vobis romanis aut cæteris loquor
 aut scribo: ita est in re vt loquor aut scribo & confor-
 matur verbum meum, & etiam scriptura intentioni
 meæ. ita vt dum loquor aut scribo sit in me virtus ita
 vt nihil iniquitatis habeam. Nam in me loquitur chri-
 stus, ita esse testatur apo. dicens. An experimetu que-
 ritis eius qui loquitur in me christus. [Non mentior]
 cum nõ proferam falsitatem sed veritatem ita vt con-
 formetur verbum meum intentioni meæ. [Testimo-
 nium mihi perhibente conscientia mea in spiritu san-
 cto] ideo dicebatur conscientia apostoli ei testimoni-
 um perhibere in spiritu sancto, quia eius cogitatio non
 habebat quid aduersus eum accusaret. & ad huius con-
 firmationem cum aliquid loquebatur aut agebat, siue
 interne, siue externe conscientia eius in testimonium
 conformiter ad spiritus sancti motum accedebat. Nam
 omnia eius acta, siue interna, siue externa, in spiritu
 sancto erant. Aliquorum conscientia eis testimonium
 perhibet sed non in spiritu sancto: quando in eis sunt
 cogitationes que aliquid habent quod aduersus eos
 accusant: De tali accusatione ac testimonio dicente
 apost. supra cap. ij. Testimonium reddente illis con-
 scientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationem ac-
 cusantium, aut etiam deffendentium, & ideo dicitur
 istud testimonium non esse in spiritu sancto, quia de
 malo est, hic dicens apost. Testimonium mihi perhi-
 consci. mea in spiritu san. cum inuocauerit conscientiam
 suam in testem, iurauit. ex quo iurare est inuocare
 deum in testem aut creaturam. Et hoc ideo iurauit vt
 fides suis verbis adhiberetur, & ita iurare quod
 que expedit, puta quando illud est vtile auditoribus,
 vt latius declaratum est supra cap. i. super illud, Tes-
 tis enim est mihi deus. [Quoniam tristitia est mihi

Expo. tex.
ad literam

ij. co. xij.

Testimonium
cōscien-
tiæ
in spiritu
sancto.

iurare quod
que expedit
dicens est,

magna] dolor de malo presenti procedēs, & secundū
deum, & ex diuina charitate, & continuus dolor cor
di meo] inheret: ita vt si non actū saltem in habitu, ita
vt sit iugis afflictio atq; cōpassio in mente & anima
mea, propter execationem iudæorum qui sic execati
sunt, vt filiū dei ad se missum non solū noluerunt re
cipere, sed vltra, eum dignū morte declarauerunt dī
centes pylato. Crucifige crucifige eū. Nos legem habē
bimus, & secundum legē nostram debet mori, quia
filiū dei se fecit. Tolle, tolle, crucifige eū. & etiam
quia visis in morte eius signis mirabilibus, quibus sol
obscuratus est a sexta vsq; ad nonam, & tenebrę fa
ctę sunt super vniuersam terrā, & terra mota est, &
petrę scissę sunt, non sunt ad christum conuersi, imo
& eius auditio euangelio renuīt ad christum conuer
ti. Hęc tristitia in apost. bona erat, & ex charitate pro
cedens, qua alijs condolebat in malis culpę vel pęnę
& nos etiam tristitiā ex charitate procedentē habere
possumus, qua nobis aut alijs condoleamus in malis
culpę vel pęnę, & ad hanc pertinet luctus, de quo
christus dixit. Beati qui lugent, qm̄ ipsi consolabun
tur. Aliqui textū sequentē ita exponunt. [Optabā em̄
egoipse] apost. etiā post cōuersionē meā [anathema
esse a christo] separari a xp̄o [pro fratribus meis] iu
dæis qui ideo fratres mei dicuntur, quia ipsi & ego ex
abraham descendimus, & istud optabam vt ipsi con
uerterentur. Ista tamen expositio nō videtur veritati
cōformis (ex q̄ nullus a deo separatur, nec in hac vita,
nec in futura, nisi per mortale p̄ctm̄) cū ipse supra ca.
iij. dixerit, nō esse faciēda mala, vt inde eueniāt bona
Alij exponēdo dicunt apost. optādo esse anathema a
xp̄o pro fratribus suis iudæis ad tēpus optasse a xp̄o se
parari, per hoc qd̄ optabat propter iudęos diutius ma
nere in presenti viā optādo dilationē glorię sibi para
te, & hoc vt cōuersioni iudęorum inten deret. Pro cō
firmatiōe huius in mediū adducūt ill. id ad philip. Co
arctōr e duobus desiderū habēs dissolui, & esse cū

ioan. xix.

quandoq;
expedit
tristari.

math. v.

yo. 4. 10.

2.

philip. i

christo. Permanere autē in carne necessariū est ppter
vos. Licet hęc expo. non sit a veritate extranea, non
tamen satisfacere videtur scrutandi tex. & hoc quia
hoc mō optare differri a gr̄a non videtur anath. esse
absolute, cū hoc pertineat ad maiorē vnionē cū xp̄o.
hic quantū ad meritū, in patria quantū ad gloriā, iux
illud ad philip. Viuere autē in carne hic mihi fructus
opis ē. Et etiā quia quæ hic optabat apo. quasi aliquid
valde p̄cipuū videt, insinuās singularē affectū suū
erga iudęos, sed hoc mō velle separari a chri. nō vide
tur vnū valde p̄cipuū, cū & aliqui eo inferiores id
optauerint de beato martino canente ecclesia. Domine
si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso labo
rem, fiat voluntas tua. Et propter hanc eandem cau
sam dici potest scrutanti textum non satisfacere opi
nionē eorum qui dicunt, quod hic per anathema quod
optauit esse apost. pro fratribus suis intelligendam
esse mortē corporalē, cū illud non sit vnū valde p̄ci
puū oēs excedēs, ex quo multi aliq; etiā non christiani
optauerunt mori p rep. & multi christiani optauerūt
mori propter christū pro cōuersione filielū. Alij di
cunt qd̄ sicut moyses qm̄ dixit domino, aut dimitte eis
hanc noxā, aut si nō facis, dele me de libro quē scripsit
sti, ex impetu passionis, & nō ex iudicio ratiōis loquu
tus est, ita etiā apost. dicēdo. Optabā em̄ egoipse ana
thema esse a xp̄o pro fratribus meis loquūtū fuisse ex im
petu passionis, & nō ex iudicio ratiōis. Sed alio mō
dicēdū videtur tā de moyse quā de aposto. De moyse
quia nō surrexit propheta vltra in israel, sicut moyses
quā nosset dñs facie ad facie in oībus signis atq; por
tētis, quę misit per eū, & etiā quia ipse moyses nō est
a deo punitus nec redargutus & ipse qm̄ iux. verbum
dñi bis percussit silicē ex qua egressę sunt aquę lar
gissimę, ita vt biberet pp̄s & iumenta, propter p̄ctā
pp̄i, dubitauit illud debere fieri cū dubio corā pp̄o
istud p̄nūciādo. Audite rebelles & increduli. Nūquid
de petra hac vobis aquam poterimus cōtere? Propter

philip. i

3.

exo. xxxij

deute. vi

nume. xx

hæc a domino punitus est ei & aaron: dicente domino
 Quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me co-
 ram filijs israel, non introducetis hos populos in terrā
 quam dabo eis. Non videtur ideo hic moyses ex ime-
 petu passionis & non ex iudicio ratiōis loquutus fuisse,
 cum non fuerit a deo nec redargutus nec punitus,
 nec etiā in hoc vllō mō peccauit: & si id fecisset pec-
 casset, non tamen in hoc peccauit ei respondente do-
 mino. Qui peccauerit mihi, delebo eū de libro meo.
 Tu autē vade, & duc populum istū q̄ loquutus sum tibi.
 Angelus meus præcedet te. Ego autē in die vltionis
 visitabo & hoc peccatum eorum. De apost. etiā ali-
 ter videtur dicendum, cum si ita loquutus fuisset, pec-
 catum illud fuisset sibi in detrimentum, & gratia dei
 pro tunc in eo fuisset vacua, contra dictū eius istud.
 Gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me va-
 cua non fuit. Alj dicunt quod in prædictis sententijs,
 tam moysi, quā apost. dictum, fuit sermo hyperbolis-
 cus, siue per excessum dictus sine tamen mendacio.
 Sermo enim hyperbolicus, est sermo ille cuius sensus
 non est accipiendus, vt per orationem directe impor-
 tatur, sed vt a loquente intēditur, qui propter ratio-
 nabilem causam tali loquutiōe vtitur, eo quod res me-
 lius signari seu clarius explicari non valet, nisi per
 excessum. Hoc modo loquendi vtitur scriptura in per-
 sona manasses dicens, Peccauī super numerum arenæ
 maris. Et dauid, multiplicatæ sunt super capillos capi-
 tis mei, & cor meum dereliquit me. Et de habitato-
 ribus in gabaā, scilicet filijs beniamin, quia erant vi-
 ri fortissimi, ita ad certum iacientes fundis lapidem,
 vt capillum possent percutere, & nequaquam ictus la-
 pidis in alteram partē deferretur. Per istud nihil aliud
 scriptura denotante nisi quod erant vltra modum ho-
 ni fundibularij: ita (vt aiunt isti) loquutus est moyses
 per excessum: & etiā apost. Ita vt dicatur moysen
 tam ardentem dilexisse israeliticos & salutem eorum

exo. xxxij

i. co. xv

sermo hyperbolicus

h. paralip. vlti. psal. xxxix. iudiciū. xx

vt aptius affectum suum designare non potuerit, nisi
 dicēdo dño. Aut dimitte eis hanc noxā, aut si nō fa-
 cis, dele me de libro quem scripsisti. & apost. tam ar-
 denter dilexisse fratres suos iudæos salutem eorū con-
 cupiscendo, ita vt hunc affectum suum clarius desi-
 gnare non potuerit, nisi dicēdo. Optabam enim ego
 ipse anath. esse a chri. pro fra. meis Alj iuxta dictum
 aurelij patris aug. quo ipse libro super exodū, questio
 ne. cxlvij. dicit moysen verba hæc, aut dimitte eis hæc
 noxam, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti:
 cum securitate & ex confidentia dixisse & ex fa-
 miliaritate quadam: ita vt sit sensus. Quemadmodū
 certus sum domine deus quod non delebis me de li-
 bro vitæ, ita peto certificari a te de remissione populi
 israelitici, dicunt apost. paulum hic dixisse consimili
 modo. Optabam, n. ego ip. anath. esse a chri. pro fratri.
 meis, ita vt sit sensus, sicut certus sum quod me nō de-
 lebis de libro vitæ, & quod raptus sum vsq; ad tertiū
 cælum, & audiui archana verba, quæ non licet homi-
 ni loqui: & quod non permittes me separari a te fa-
 miliaritate atque fiducia cordis mei, peto certifica-
 ri de cōuersione iudæo. fra. meo. Et si inter expōnes reci-
 tatas duæ vltimæ inter cæteras veritati conformes vi-
 deantur, alia tamen addenda videtur extracta ex hic-
 ro. scolia. ipso super hoc passu. Optabam em̄ ego ipse
 anath. esse a chri. pro fratri. meis, dicente. Optabam
 aliquando cum persequerer christum nō modo opta-
 rem, sciebā quod ipsorum essent hæc omnia, sed post
 quam cognoui veritatem dereliqui eos quos taliter di-
 ligebam. & ex beato ambro. super eodem passu dicē-
 te. ego optabam (ait) non opto, quia scit fieri non pos-
 se vt tam honestum membrum nullo præcedente vis-
 tio abscinderetur a corpore christiano, affectum tamē
 & dilectionem circa genus suum ostendit, qua supra
 dicta apost. sententia sic exponitur. [Optabam enim
 ego ipse] nunc apost. a deo vocatus antē cōuersionē

59

exo. xxxij

8.

Gal. p. o.

meam, quando in iudaismo supra modum persequeretur ecclesiam dei, & expugnabat illam deuastando eam per domos, intrans & trahens viros ac mulieres, tradensque in custodiam [anathema esse a christo pro fratribus meis] ex quo tunc proficiebam in iudaismo supra multos cogitantes meos, in genere meo habundantius emulatores existens paternarum mearum traditionum, ut tam ardentem amore diligere fratres meos, secundum genus: ita ut tunc optare pro eis & zelo mosaice legis a christo separari quem cognoscebam magnum prophetam, & nisi affuisset mea infidelitas cum iam a gamaliele edoctus essem in lege, eum cognouissem christum esse & verum messiam in lege promissum, tum per completionem hebdomadarum danielis, tum per modum veniendi in paupertate & humilitate, tum quia iuxta vaticinium iacob ablatum erat sceptrum a iuda, & dux de femore eius. Sed mea incredulitas & litera que occidit & zelus paternarum mearum traditionum ante meam conuersionem, sic meam obfuscauerant mentem ut postposito christi amore, & ei fratrum meorum iudeorum ac paternarum mearum tradi, preposito amore ab eo optarem separari, me accedente ad principem sacerdotum, & ab eo petente epistolas in damascum ad synagogas, ut si quos inuenissem huius vite viros ac mulieres iunctos, perduxissem in hierusalem, ut tunc temporis feci. [Qui sunt cognati mei secundum carnem], consanguinei mei secundum carnem, cum sint filii abrahe, sicut & ego: hebrei, sicut & ego: israelite sicut & ego. Et quidam eorum de tribu beniamin sicut & ego: ita ut eorum nonnulli mihi proximi pariter sint & etiam cognati. [Qui sunt israelite.] quia secundum carnem a iacob descenderunt, qui ab angelo vocatus est israel. [Quorum] iudeorum. [Adoptio est filiorum] quia ipsi a gentibus distincti sunt & in filios dei adoptati eis a deo collata primogenitura: iuxta il-

Act. xxij.

Daniel. ix.
zachar. ix.
Gen. xlix

Act. ix.

ij. cor xi.
Philip. ij.

Ge. xxxij.

sud exodi. hec dicit dominus filius meus primogenitus israel. & illud hier. factus sum israeli pater & effraim primogenitus meus est, hic israeli dixit dominus. Ego saltem a modo voca me pater meus: Et etiam quia eorum quidam. [apost. iuxta dictum apost. supra cap. viij] acceperunt primitias spiritus adoptionis filiorum, & etiam quia illi qui inter eos legem mosaicam non solum in sensu literali qui occidit, sed etiam in spirituali qui viuificat, receperunt a deo in merito passionis christi exhibende in veros filios adoptati sunt. [Et gloria], qua a deo in populum peculiarem electi sunt de populo israelitico scribente moyses. Te elegit dominus deus tuus, ut sis ei populus peculiaris, de cunctis populis qui sunt super terram, & etiam iudeorum dicta est gloria, quia in datione legis talis super moysen apparuit gloria, ut ex luce appareret facies eius cornuta ex consortio sermone dominati. De hac gloria dicente apost. Si enim quod euacuatur, per gloriam est multo magis quod manet in gloria est. Et etiam quia opperuit nubes tabernaculum testimonium, & gloria domini impleuit illum [et testamentum]. ita novum quam vetus, vetus in figura, & novum in re figurata ut ipsi iudei precepta veteris testamenti obseruarent. non solum in sensu literali, sed & in spirituali expectando completionem & veram spirituale adimplerem legis mosaice per legem euangelicam. dicente esaya. Ecce dies venient dicit dominus, & feriam domui israel & domui iuda sedes novum, [Et legislatio] legis scripte datio, qua lex a domino per moysen data est ante reatum vituli quo ad moralia, & etiam quo ad iudicialia, ut est istud. Si emeris seruus hebreus sex annis seruet tibi in septimo egredietur liber gratis & cetera que moyses plebi narrauit, & que videri possunt in exodo a cap. xxi. vsque ad xxiij. vbi conclusit hec verba proferens. hic est sanguis fcederis que pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Post hec verba ascendit moyses in montem vbi stetit. xl. diebus & xl. noctibus non manducans neque bibens: Et ipso existente in monte fecerunt hebrei vitulum & illum adorauerunt de eis dicente ezechiel.

exo. iij.

hier. xxxij
hier. iij.

deute. vij.

exo.

xxxij.

ij. co. ij.

exo. viij.

esa. xxxij.

ioan. ij.

exo. xx.

exo. xxxij

ezech. xx

Post idola patrum suorum fuissent oculi eorum, in telligatur patrum suorum qui fuerunt in egypto idolatre secundum more egyptiorum. & post hanc vituli adorationem dominus præcepta dedit israeli, de quibus ezechielis. xx. dicitur, & ego dedi eis præcepta non bona & iudicia in quibus non viuunt, cum in eodem capite loquens de hebreis ezechiel. antequam adorarent vitulum dixerit, efeci eos de terra egypti & eduxi in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciat homo, & viuat in eis. Hic per præcepta non bona & iudicia, in quibus non viuunt, intelliguntur holocaustamata & ceremonialia, de quibus in leuitico fere per totum scribitur, & præcipue cap. xi. xii. & xiii. in quibus de mundis & immundis animalibus comedendis & non comedendis sit mentio, & de lepræ cõtaminatione, & leprosi emundatione, & cæteris eiusmodi in quibus sine dubio vita non consistit, sicuti nec in sacrificijs carnis & sanguinis thaurorum, hircorum, & vitulorum: teste apostolo, & arietum & agnorum quorum immolatio ante reatum vituli non est præcepta, dicente hier. dominus dixit holocaustamata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum loquutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi vos de terra egypti, de verbo holocaustamatum & victimarum, sed hoc verbum præcipi eis dicens. Audite vocem meam & ero vobis deus & vos eritis mihi populus. [& obsequium] vnus dei cultus ex executione mandatorum cœlestium iudeorum fuit, Ex quo dei cultores fuerunt gentibus in idololatria remanentibus, dicente dauid. Notus in iudæa deus, & in israel magnum nomen eius. [& promissa] quibus tria deus abrahæ promissit, & eadem re promissit, videlicet multiplicationem seminis, & filium generandum ex sarra nonagenaria, ab abrahæ centenario, & benedictionem qua a deo abrahæ pro-

hebr. ix.

hier. vii.

psal. lxxv

missum est in eo benedicendas vniuersas cognationes terre, quæ super illud capitis. iiii. in repromissione enim dei non hæsitauit diffidentia sed confortatus est Leuitici, fide, dans gloriam deo. declarata sunt. Etiam iudeis xxvi. promissiones factæ sunt de bonis terrenis, si legem Detero. dei obseruarent, per quæ bona spiritualia figurabantur [quorum patres] videlicet abraham, ysaac & iacob, & dauid [ex quibus est christus secundum carnem] cooperante spiritu sancto descendens, & ex maria natus, non genitus, ex quo sine copula viri & mulieris ex eis descendit, sed factus dicente apo. supra cap. i. Mathei. i. Qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem Et ad galat. At ubi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, in christo enim due sunt generationes. vna diuina, & alia humana: In christo vnica tamen filiatio, & hoc quia generatio concernit naturam, quæ in christo duplex est diuina, & humana. Filiatio vero personam quæ non est nisi vna in christo, Nihilominus christus vere dicitur filius virginis, quia ex ea veraciter natus & dei patris filius naturalis quia naturaliter & eternaliter ab eo genitus, secundum, diuinam naturam non est christus ex abrahâ iam isaac & iacob, neque ex semine dauid, nec etiam anima eius est ex his patribus sed a solo deo creata est & corpori vnita, sed bene secundum corpus est, ex his patribus. Ex quo ex puris sanguinibus marie est corpus eius conceptum & quia maria ex his patribus secundum carnem descendit & ex semine dauid, Dicitur christus factus ex semine dauid & ex his patribus descendisse, & propterea notanter hic dicit apo. ex quibus est christus secundum carnem [Qui] christus [est super omnia] creata, cœlestia terrestria & inferna, dicente apo. donauit illi deus nomen quod est super omne nomen, ut in nomine iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Est

Galath. iiii

In christo

due gene-

rationes &

vna filia-

tio.

Philip. ii.

etiā ante secula super hæc oīa potētia diuinitatis [deus] naturaliter & eternaliter a patre genitus, patri coequalis eiusdem essentia cum eo [benedictus in secula] quia eius bonitas durat in secula sine fine, & ininitium nō habuit, & a seipso bonus dictus est. Nemo enim bonus ex seipso nisi solus deus. Et etiā ideo dicitur benedictus, quia benedictionem suam filiis adoptiuis impartitur, & auditoribus verbi sui qui in eo proficiunt opere & doctrina [amen.] hæc dictio amen, est dictio confirmatiua præcedentium dictorum æquiualens huic, ita est, ita fuit, ita erit, vera sunt que dicta sunt aut scripta, veraciter est eis credendum, est eis assentiendum.

Textus. ¶ Non autem quod exciderit verbū dei, non enim omnes qui ex israel, hi sunt israelitæ; neque qui semen sunt abrahæ omnes filij sed in isaac vocabitur tibi semen, id est nō qui filij carnis hi filij dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine.

Notulæ. Illud dicitur excidere, quod euanescit, quod fructu excidit, quod irritum & inexplētū remanet aut annullatum est. iacob quia ab vtero rebecca egresso fratre suo vterino esau manu plantam pedis eius tenuit appellatus est iacob, & postea israel. Postquam cum viro qui ei apparuit luctatus est vsque mane & ab eo petiit benedictionem, & ei dixit vir ille. Nequaquam (inquit) iacob appellabitur nomen tuum, sed israel. Quoniam si contra deum fortis fuisti quā tomagis contra homines præualebis? Interrogante eū iacob quo nomine appellaretur, respondit. Cur queris nomen meum quod est mirabile? & benedixit ei in eodē loco, vocauitque iacob nomen loci illius phasel, dicens. Vidi dominum facie ad faciem & salua

facta est anima mea. Ex quibus concluditur eum qui primo vocatus est iacob cum carnaliter generatus esset deū vidēdo facie ad faciem & ab eo benedictionē suscipiēdo, vocatum postea fuisse israel, & ex his extrahitur duplices esse filios israel, quosdam esse filios eius carnales, alios autem spirituales. Illi dicuntur filij eius carnales qui ab eo secundū carnē descendunt, sed hic deū & christum per fidē non vident, nec a deo benedictionē suscipiunt. Tales sunt iudei christum venisse negantes dicti ex israel, quia secundum carnē ex iacob descenderunt sed non sunt dicti israelites, quia hic christum nō vident per fidē nec ab eo benedictionē suscipiunt. Illi dicuntur filij israel spirituales qui in hac via deum & christum per fidem quæ per dilectionem operatur vident, & ab eo benedictionem suscipiunt. Tales sunt veri christiani dicti israelitæ, siue a iacob descenderint secundū carnem siue non. Dicens apost. Neque qui semen sunt abrahæ omnes filij accipit semē pro semine carnali & pro his qui secundum carnem ab abraham descenderunt. Dicens. Sed in isaac vocabitur tibi semen, & etiā, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine, accipit semē pro semine spirituali fidei & verbi dei de q̄ christus suis discipulis dixit. Semē est verbū dei, q̄ quidē per internā inspirationē spiritus sancti in cordibus fidelium seminatur, & etiā per doctrinā scripturæ legis euāg. & per episcopatū sanctorum doctorum & per ecclesie determinationē, & per annūciationē supradictorum siue per lecturā, siue per prædicationē, aut quouis alio modo christo suis discipulis dicente. Qui seminat verbū seminatur. Hi qui in corde bono & optimo audiētes verbū illud retinēt & fructū afferunt in patientia. alij qui de centesimū, alij sexagesimum, alij trigesimalū dicuntur sic suscepisse verbū dei, vt in eis & eorum corde ceciderit & seminatū sit velut in terrā bonā & tales veri spirituales dicuntur filij abrahæ, & filij dei per adoptio-

luca. viij.

mar. iij.
math. xij
luca. viij.

nem: & de talibus hic loquitur apo. dicēs. hi filij dei
 sed qui filij sunt promissionis estimentur in semine,
 Apostol. hic dicens: neque qui semen sunt abrahæ,
 omnes filij sed in isaac vocabitur tibi semen, id est nō
 qui filij carnis hi sunt filij dei, sed qui filij sunt promif-
 sionis estimentur in semine, mentionem facit de filijs
 quos abraham habuit, vnum ex ancilla eius agar, de
 qua in gene. scribitur angelum ei dixisse, Conceptisti
 & paries filium eo quod audierit dominus afflictionē
 tuam, & saram abrahæ. ecce ancillam & filium eius,
 & de his quos habuit cethura, sex scilicet post mor-
 tem saræ: & de isaac quem habuit ex vxore sua sara
 cum esset ipse centenarius & ipsa nonagenaria, vos
 cans filios abrahæ alios ab isaac filios carnis, isaac ve-
 ro filium promissionis. Ratio est, quia ipsi geniti sunt
 per solam naturalem propagationem ex homine se-
 ne & mulieribus iuueniculis & non sunt imitati fidem
 abrahæ. isaac vero vocat filium promissionis, quia ip-
 se & si ex semine viri & fœminę conceptus & natus
 sit non tamen per viam naturæ. ex quo teste apo. su-
 pra. cap. iij. abrahæ corpus erat emortuum, cum fere-
 iam centum esset annorum & emortua erat vixit sa-
 ræ. & etiam quia iuxta promissionem a deo sibi factā
 cum nonaginta & nouem esset annorum, qua domi-
 nus ei dixit sarai vxorem tuā non vocabis sarai, sed
 saram, & benedicam ei. & ex illa dabo tibi filiū cui
 benedicturus sum. Anno reuoluto cōcepit ei sara fi-
 lium vocatum isaac, & etiam quia in isaac abrahæ fa-
 ctæ sunt promissiones de christo, & de benedictione
 omnium gentium in eo. & etiā quia ipse isaac est imi-
 tatus fidem patris sui abrahę, & effectus figura chris-
 ti in immolatione qua supra montem cum immola-
 re voluit pater suus abraham, ex quibus his dictis ex-
 trahitur duplices nunc esse filios abrahę, quosdam car-
 nales tantum alios spirituales. Illi dicuntur filij abrahę
 carnales, tantum qui ex abraham secundum carnem

gene. xv

gene. xxi.

galat. iij.

gene. xxv

gene. xvij

gene. xxi.

gen. xvij

gene. xxij

descenderunt sed nō imitantur eius fidem. Tales sunt
 iudæi christum negantes, & eius legem qui christo
 dixerunt, semen abrahæ sumus & nemini seruauimus ioan. viij,
 vnquam. Pater noster abraham est, & quibus chris-
 tus dixit. si filij abrahæ estis opera abrahę facite. Scio
 quia filij abrahę estis sed queritis me interficere, quia
 sermo meus, non capit in vobis, vos ex pa. dia. estis
 & desid. pa. ve. vultis implere, ille homicida erat ab
 initio & in veritate non stetit. Illi dicuntur filij abra-
 hæ spirituales qui imitātur fidē abrahæ, siue ab eo de-
 scenderint secundum carnē siue nō, apo. dicente. Co- galat. iij.
 gnoscite ergo, quia qui ex fide sūt hi sunt filij abrahę.
 [Non autem] quia iudæorum quidam & maior Expo. tex.
 pars & fere omnes qui in abrahā gloriātur, eo quod ad literam
 primū pactum circūcisionis accepit a domino. & de gene. xvij
 iacob siue israel eo quod tota eius posteritas in popu-
 lo dei quondā numerabatur & (vt putant) numeratur
 non susceperunt christi legē euange. nec etiam christū
 quando in propria venit, sed eum crucifixerunt vsq;
 in hodiernū diem, excecati, obfuscati, & obstinati, ma-
 nentes. Propterea sequitur, [quod exciderit] impletū
 remanserit, [verbum dei] quo abrahę promisit in se-
 mine suo benedicendas omnes gentes. Nam hæc pro-
 missio in his adimpleta est & expleta remanet qui fi-
 de qua abraham deo credidit, credunt, aut crediderunt
 vsq; in finem, tam ex iudæis quam ex gentibus, &
 implebitur in his qui credituri sunt fide quæ per dis-
 lect. oper. christo christum. & in christum, Christo
 eos benedicente iux. illud apost. abrahæ dictę sunt pro-
 missiōes & semini eius, nō dicit & seminibus quasi galath. iij
 in multis sed quasi i vno & semini tuo qui est xp̄s in
 talibus adimplebitur promissio abrahæ facta. de ier
 ho ad eū factio. dicente esaya in persona domini. Ver-
 bum meum quod egredietur de ore meo, nō reuertetur
 ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui & pro-
 sperabitur in his ad quæ misi illud [non ei omnes qui

ex israel] secundum carnem descenderunt secundum
 gen. xxxij] carnē ex semine iacob geniti, qui deū facie ad facie
 videndo, & ab eo bñdictionē suscipiendo vocatus est
 israel. [hi sūt israelite] p̄ meritū fidei in israelitica sor
 te numerādi, tanquā hi ad quos pertinent dei p̄missa
 ex quo non omnes qui a iacob secundū carnē descen
 derunt imitantur eius fidem ac opera, & propterea
 non sunt eius veri spirituales filij, & exinde nec israeli
 te, ex quo veri israelite dicuntur illi qui christū occu
 lo cordis per fidem vident & qui ab eo benedictionē
 suscipiunt [neque qui semē abrahe] & hoc quia secū
 dū carnē descenderunt ab abrahā [omnes filij] spiri
 tuales abrahe filij sunt, quibus dominus benedictionē
 repromisit, & hoc quia multi eorum, puta incredulū
 iudej non imitantur eius vestigia in fide & moribus
 sed ipsi christū negant, cuius diem vidit ipse abrahā
 quando filium suum isaac immolare voluit & arietē
 gene. xxxij] inter vepres herentē cornibus, & tunc exultauit, christo
 iōan. viij] iudæis dicente, abraham pater vester exultauit
 vt videret diem meum, vidit & gausus est. [Sed in
 isaac] tibi abrahe filio a deo dato p̄ dei virtutē & pro
 missionem [vocabitur tibi] abrahe multarum gentis
 um patri & omnium credentium [semen] spirituale
 fidei ac verbi dei, de quo christus suis discipulis dixit
 lucæ. xiiij] Semen est verbum dei, quod quidem semen per inter
 nam inspirationē spiritu sancti in cordibus fidelium
 seminatum, & etiam per exteriorem p̄dicationem
 tibi multos generabit filios: eos, scilicet qui sic verbum dei
 suscipient, vt illud in eorum cordibus remaneat ipsis
 mediante eo fructum afferentibus in patientia sed est
 non qui filij carnis] sunt vt puta sex filij quos abrahā
 gene. xxv] hā genuit cethura post mortem sarę, & ismael quem
 ei genuit agar ancilla eius: & hoc quia per solā natu
 re p̄pagationē geniti sūt ex hose sene & mulieribus
 gene. xvi] iuuenulis & non sunt imitati fidem abrahæ [hi filij
 dei] sunt & hoc quia neque abrahæ caro, nec ab eo

progenitura filios dei facit, aut ab eo progenitos in
 filios dei, adoptat. Sed fides quam ipse habuit, apo.
 subiungente, [Sed qui filij sunt promissionis] est imē
 tur in semine] qui ideo dicuntur filij promissionis,
 quia dei benedictionem susceperūt in qua in abrahā filij p̄missi
 mediante fide in eo existente benedictę sunt omnes
 gentes in eo qui ex semine suo descendit, scilicet christo
 ito dicente apo. abra, sunt dictę promiss, & semini eius galath. iij.
 nō dicit & in seminibus quasi in mul, sed quasi in vno
 & semini tuo qui est christus, qui christus abrahe spiri
 tuales filios & dei patris filios adoptatos estimat seu
 vere & digne tales appellat qui fidem abrahe imi
 tantur mediante semine verbi dei.

Promissionis em̄ verbū hoc est, secundum Textus.
 dum hoc tempus veniam, & erit sarę
 filius. Non solum autem illa, sed &
 rebecca ex vno concubitu habens isa
 ac patris nostri. Cum enim nundum
 nati fuissent aut aliquid boni egissent,
 aut mali vt secundum electionem pro
 positum dei maneret, Non ex operi
 bus, sed ex vocante dictum est, quia
 maior seruiet minori, sicut scriptum
 est. iacob dilexi, esau autem odio ha
 bui.

illi dicuntur ex vno concubitu, qui ex eodem sunt
 Notia, contubio & eodem thoro: sic inter filios iacob illi
 ee ex vno omnes qui ex eo & rachel nati sunt, ex eodem con
 cubitu & cubili dici possent: Et similiter omnes
 qui ex iacob & lya, verum qui ex rachel & lya,

ex diuerso concubitu. simul sumpti non ex eodem concubitu, nec ex eodē cubili dicuntur. Illi autem ex diuerso concubitu aut cubili dicuntur, non qui altero coitu, sed qui ex diuersis & non iisdem parentibus, aut vno diuerso sunt pro geniti, quemadmodum isaac & ismael ex vno cubili, siue ex vno concubitu non erant, quia licet ex vno patre habraam scilicet diuersis tamen matribus pro geniti erant. Isaac enim ex sara, ismael vero ex agar

Electio. Hic accipitur electio cum ait apostolus, vt secundum electio. propo. dei ma. pro ipsa diuina gratia, ea ratione considerata qua elegit quos & legit, ita quod per bonum quod alicui vult, eū alteri libere & gratis præfert, ipsum præ alio acceptando. Hic in eodem loco accipitur propositum dei pro eo proposito, quo ab æterno proposuit aliquibus, & hoc quantum est ex se libere & gratis dare vitam æternam. Et etiā pro eo proposito quo ab æterno proposuit aliquibus non dare vitam æternā. Quando hic ait apost. Sed ex vocante dictū est accipit vocantem pro ipso deo, qui mediante libera sua gratia vocat, quos vocat: & etiā pro gratia dei vocatis, qua secundum prædestinationem aliis qui ad æternam gloriam vocantur. Cum hic ait apost. sicut scriptum est: iacob dilexi, esau autē odio habui, accipit dei dilectionem pro velle diuino, quo vult alicui bonum cōferre, seu pro gratuito misericordię dei dono, & dei odiū pro dei proposito, quo proponit alicui nō cōferre suā gratiā, sed potius ab eo subtrahere

Exo. tex. ad literā. [Promissionis enim verbum] in quo dominus daturum filium non proprie carnis sed promissionis [hoc est secundum hoc tempus veniam, & erit sarę filius] & vere dicitur verbum istud verbum promissionis, quia postquam apparuit habrahæ dominus in æoualle mambre, & tres viros vidit stantes prope eum, & vnum adorauit: ex quo dixit. Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed

afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri. dictum est ei a domino per angelum, & in angelo reuertens veniam ad te tempore isto vita comite & habebit filium sara vxor tua. Dicitur hæc verba generis esse secundum translationem quam ex hierony. habemus, & qua vtitur ecclesia. Pro quibus apud lxx. ponuntur hæc, domine si utique inueni gratiam coram te, ne transeas seruum tuum, accipiat aqua & lauet pedes vestros. reuertens veniam ad te secundum tempus hoc in horas, & habebit filium sara vxor tua. loco quorum hic ponit apost. secundum hoc temp. veni. & erit sarę fil. Ac si diceretur. Secundum hoc tempus eo die anno elapso seu reuoluto isti tempori correspondente, reuertens reuertat ad te seu veniam tempore isti correspondente & his horis vita comite o abraam [& erit sarę filius] habebit filium sara vxor tua, & ita accipitur iuxta illud gene. Visitauit autem dominus saram sicut promiserat, & impleuit quę loquutus est, concepitque & peperit filium in senectute sua. tempore quo prædixerat ei deus, habuit inquam ipsa filium qui recte filius promissionis dictus est nomine isaac, & si ex concubitu maris & femine sit generatus, hoc ideo non per solum naturę ordinem est conceptus, quia vt supra cap. iij. dictum est, emortuum erat corpus abrahę & emortua erat sarę vulua, sed per virtutem eius qui dixit secun. hoc temp. veni. & erit sarę fil. & non immerito igitur non carnis sed promissionis dei dicitur filius. ex quo ex sermone dei irascitur & promissiones abrahę factę in eo, factę sūt & in christo completę. [Non solū autem illa,] apost. aliquando ponens non solum autem nullum postea pronomen relatiuum adducit, vt cum supra cap. v. dixit. Nō solū autem sed & gloriamur in deo per do. no. ic. chri. & aliquando ponens non solum autem pronomen relatiuum adiecit vt cū supra cap. viij. dixit. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primi spī. habem. in hoc vs

Gen. xxi

supra passum istum declarando dictū est quādo pro
nomē relatiuum adducit aliquid singulare denotatur.
Ita etiam & hic ex consequenti cum dicit. [Non so-
lum autem illa]. s. sarrā, aliquid singulare denotat, vi-
delicet quod sarrā diuinam promissionem accepit in
filio suo isaac, eū in vtero suo concipiendo & ferēdo
ex quo, ferebat eum: de quo a deo facta erat promissio,
& qui erat electus, & in quo filij promissionis est
māntur in semine, & non solū sarrā [sed & rebecca]
vxor isaac promissionē diuinā accepit, ex quo diuina
virtute cū iā emortua esset sterilitate vulua eius licet
emortuum non esset corpus isaac ipsa concepit, iuxta
illud geneſeos, deprecatus est isaac dominū pro vxore
sua eo quod esset sterilis, qui exaudiuit eū & dedit cō-
ceptum rebecca. Quo modo dederit cōceptū subiū-
git apo. dicens [ex vno cōcubitu habens] in vtero ge-
minos seu duos filios iacob & esau ex vno concubi-
tu generatos, s. ex eodem cōnubio & eodē thoro, qui
figuram duorum populorū tenuerūt fidelium, videlicet
& infidelium vti tenuerūt isaac & ismael habrahę fi-
lij, tenente manu esau vna cū ismael figuram infide-
lium & iacob vna cū patre suo isaac figuram fidelium
Et exinde rebecca typum fidelium & infidelium gef-
sit in duobus filijs suis, habēs eos in vtero suo ex vno
cōcubitu, seu ex vno cōnubio. [Isaac] patriarchę,
[Patris nostri] ex quo in ipso vocatur habrahę semē
& filij promissionis estimentur in isaac. Non sine
causa hic posuit apo. ex vno cōcubitu, accipiēdo mo-
do supradicto vnū cōcubitū pro vno & eodē cōnubio,
seu thoro. Nā ponitur ob differētiā filiorum quos
rum vnus fuit bonus, s. iacob & alter malus, s. esau. Et
isaac eorum pater bonus fuit, & etiā rebecca eorum
mater bona fuit. Et hoc ideo ne credatur ex dispositio-
ne cōstellationis euenisse quod vnus fuerit bonus &
alter malus aut parētū merita fuisse in causa promissio-
nis diuinę, sed solā diuinā voluntatem hoc se cisse

genc. xxv

credatur. [Cum enim nondū nati fuissent aut aliquid
boni egissent aut mali] iacob & esau. [Vt secundum
electionem] diuinā qua diuina gratia libere vnus prę
alio acceptatur [propositū dei] diuinū decretū [ma-
neret] ratum & impletū secundum quod erat prędēsti-
natum vnū manere sub prędestinatione, & aliū
sub reprobatione, ex quo dñs deus ab eterno propo-
suit iacob dare vitā eternā & etiā nō dare vitā eter-
nā esau. [Nō ex operibus] patris vel matris nec etiā
iacob aut esau pręcedentibus aut subsequētibz.
Pręcedētibz eorū natiuitatē cōstat cū nulla talia fue-
runt, de subsequētibz patet, quia si propter bona ope-
ra subsequētia dñs deus prędestinasset iacob & pro-
pter mala opera subsequētia esau reprobasset nō dice-
ret apo. nō ex operibus, sed non ex futuris operibus:
Et exiude cum dixerit, non ex operibus concluditur
eum qui reprobatus est reprobatū esse, quia dominus
ab eterno proposuit ei nō dare vitā eternā etiā propo-
sito quod non respicit aliquid futurum in reprobato,
vt puta nec malum vsū liberi arbitrij, nec talem fore
mortalitatem cū obice gratię. Istud probatur hic dicēte
apo. Cum enim nondū nati fuissent aut aliquid boni
egissent aut mali vt secun. elec. propo. dei mane. nō
ex ope. sed ex vocante dictū est ei, Quia maior ser-
mi. sicut scrip. est. iacob dile. esau autem odio habui.
Et ex eodem apo. dicto cōcluditur eū qui prędestina-
tus est prędestinatū esse, quia do. ab eter. propo. ei da-
vi. eter. etiam proposito q̄ nō respicit aliquid futurū
in prędestinato, vt puta bonum vsū liberi arbitrij,
hoc patet, quia aliqui fuerunt prędestinati non habi-
turivsum liberi arbitrij, videlicet pueri morientes im-
mediate post baptismatis susceptionem: Et etiā quia
bonus vsū liberi arbitrij in prędestinatis qualis re-
quiritur ad salutē cōsequēdā est effectus prędestina-
tiōis iux. illud apo. supra cap. viij. Quos autē prędesti-
nauit hos & vocauit, & q̄ vocauit, & hos iustificā.

quos au. iustifi. illos & magnifi. Scimus au. quo. dilig. de. omnia coope. in bo. his qui secund. propo. voca. sunt sancti [sed ex vocate] ex ipso deo qui quos vult vocat. & ex gratia eius, qua ab eo predestinati ad beatitudinem æternam vocantur [dictum est ei.] rebecca [Quia maior] esau primo egrediens ex utero rebecca [seruiet minori] iacob ex utero rebecca secundo egredienti, qui ideo dictus est minor quia post esau egressus est ex utero. Vt scribitur gene. xxv. iuxta translationem. lxx. & etiam nostram, postquam perrexit rebecca vt consuleret dominum, ei respondit dominus, duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori. Istud intelligi potest de seruitute corporali, & de seruitute spirituali. De seruitute corporali intelligendo dicitur hanc seruitutem non esse impletam in iacob & esau, ex quo esau possentior erat & ditior fratre suo iacob, qui ad esau misit munera & eum timuit, sed in posteris iacob impleta est. s. in dauid qui ex iacob descendit, quando sub tributo seruiuit idumæ dauidi. Ab esau qui dictus est edon dicta est idumæ dicente scriptura. Hi duces edon habitates in terra imperii ipse est esau pater idumeorum. De seruitute spirituali intelligendo dicitur esau seruiuisse iacob non directe sed occasionaliter in quantum persecutio quæ ei intulit in eius bonum cessit. Ex quo patientia ipse iacob melior effectus est: & hoc secundum illud prouerb. Qui stultus est seruiet sapienti. Etiam potest dici illud dictum, quia maior ser. m. si guraliter dictum esse de populo iudeorum & de populo gentilium, ita vt per maiorem intelligatur populus iudeorum. & hoc quia primo adoptionem filiationis accepit, iuxta illud domini dictum. Primogenitus meus israel. Et per minorem intelligatur populus gentiliū & hoc quia posterius est ad fidem vocatus cui filio minori, s. gentium populo ideo nunc seruire dici

gen. xxxij
& xxxvi
ij. reg. viij
gen. xxvi

Puerb. xi

exodi. iij

tur populus iudaicus maior dei filius: quia iudæi nostri sunt capti & custodiētes libros ex quibus nostræ fidei testimonium perhibetur [sicut scriptum est] mala chiz. i.] iacob dilexi, esau autē odio ha.] Apud. lxx. ita scribitur de pto q̄ loco de ly autem ponitur ly at. ideo dicitur deus iacob dilexisse antequā fecisset aliquid boni ipse iacob, quia voluit ei bonū cōferre gratuito misericordie suæ dono proponēdo ab æterno se daturū ei vitā æternā. Et ideo dicitur esau odio habuisse, antequā fecisset aliquid mali ipse esau, quia voluit ab eo gratiam suam subtrahere proposito quo ab æter. pro. non dare ei vi. æter.

Textus.

Quid ergo dicemus, nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moyse enim dixit. Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur neque volentis neque currentis, sed miserentis est dei, dicit enim scriptura pharaoni, Quia in hoc ipsum excitauit te vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

Cum dicit apo. nō est volentis neque currentis, accipit currere pro eo quod est operari bonum & spiritualiter de virtute in virtutem ire. Obduratio seu induratio duobus modis accipitur, vno modo pro ipsa eterna reprobatione, quæ non est aliud quā propositum diuinum quo aliquibus proposuit deus ab æterno non dare vitam æter. alio modo obduratio pro obstrinatione seu induratione & pertinacia capitur, & hæc non

Notula.

Obduratio duplex

IN EPISTO. AD ROMA.

est a deo directe sed ab obstinato, nec est reprobatio, sed potius sequela eius, quia cui deus suam gratiā nō confert, a peccato surgere non potest. Cū rē itupendā proposuisset apo. quomō de nondū natis nec aliquid agentibus boni vel mali recte dici potuerit q̄ vnum deus dilexerit & alterū odio habuerit, ipse sibi obiecta questioe motum exprimens auditorum in personarum ait.

Expo. tex.
ad literam

¶ [Quid ergo] nos apostoli pauli auditores, aut in quorum manus epistola deuenit, quam romanis mittit [dicemus] cū in illa epistola dicat absq; consideratione meritorum aut demeritorum deo. deum, vnum prædestinare & alium reprobare, cū ad iustitiam in distributionibus spectet vt equaliter æqualibus distribuatur, & hoies ex se remota differētia meritorū aut demeritorū æquales sit, & dñs de vñū prædestinās & aliū reprobās inæqualiter distribuatur [nūquid] ex his dicemus & ex his absq; errore recte iferemus [iūquitas] est lapud deū] ex quo alterū eligit & alterū abijcit, cū vterq; sit æqualis meriti, imo verius loquendo ante liberi arbitriū vsū nullius sit meriti, [absit] a nobis & a quacunque rationali creatura, vt dicamus iniquitate esse apud deum, quia ipse fidelis est & absq; vlla iniquitate, & si iacob prædestinauerit sine vllis meritis & esau reprobauerit absque vllis demeritis, nullum tamen eorū est iniustū. Ratio est: quia in his que omnino gratis ac liberaliter dantur iniustitia locum non habet. Nam distributiva iustitia locū habet, præcise in his que dantur ex debito, non autem locum habet in his que sponte & misericorditer aliquis datur: puta si aliquis duos pauperes citra arctā necessitatem existentes in via reperiat, & det vni q̄ potest & nō alteri vel disponat in elemosinā dare nō est iniustus sed misericors. Similiter si aliquis duobus æque ipsū offendentibus vni dimittat offensam & non alteri est

deutero.
xxxij.

misericos vni, & iustus ad alterum. Cum em̄ omnes homines propter primi parentis peccatū damnationi nascatur obnoxii, quos deus per suā gratiam liberat, sola misericordia liberat. & sic quibusdam est misericors quos liberat, quibusdā autē iustus, quos non liberat. Neutris autē iniustus. [moysi em̄ dixit] dñs deus vt scribitur exodi. xxxij. [misereror cui miseratus sū & misericordiā prestabo cui misereror.] Loco huius habet trāslatio. lxx. Misereror cui miseratus fuero, & clemēs ero cui clemēs fuero, in suprad. cap. exodi. nota habet trāslatio, misereror cui voluero, & clemēs ero in quem mihi placuerit, quæ a sententia apo. non recedit sed cū ea conuenit sicuti suprad. sententia. lxx. quā imitatus est apo. si non in forma, attamen in sententia. Hæc ita esse ostenditur [misereror] ego dominus deus cum voluero hominem vocando secundum propositum, & ei inspirationem imittendo [cui miseratus sum] seu fuero. Nam hæc miseratio est ab æterno secundum prædestinationem ipsam ab æterno prædestinando: [Et misericordiā prestabo] per clementiā in quam mihi complacuerit secundum bonæ voluntatis executionem ei gratiā dando ad omne opus bonum peragendum [cui misereror] clemēs fuero, peccata dimittendo, & bona opera largiendo & gloriā æter. conferendo, in hac authoritate supradicta secundum superficiem literę omnia bona nostra dei misericordię attribuantur, & hoc quia nos ex nobis ipsis tā quā ex nobis ipsis miseri sumus, & ipse dominus deus est ille qui nostras subleuat miseras, dicēte hier. mihi threnorū. misericordię domini quia non sumus consumpti, quia in. non defecerunt miserationes eius. & vt id cognoscamus & ita esse iudicemus dicit esayas. Miserationum dñi recordabor, laudem dñi super oibus que reddidit nobis [igitur] hoc dicit apost. propositū suprad. cōcludēs & ex præmissa authoritate p̄ modū cōclusionis in se: es istud [Non volentis, neque currentis, sed misere-

esayas. lxxij.

rētis est dei] per hanc auctoritatem nō excludit apo.
 hominis liberum arbitriū nec bona opera, ita vt vclit
 dicere hoīem libero suo arbitrio nō facere bonū opus
 quādoq; morale & quādoq; meritoriū, sed hoc vult
 dicere qd bonū opus siue internū siue externū, nō pri
 mo & principaliter ab homine est sed a deo: ita vt sit
 sensus [Neque volentis] hoīs qui mediante libero
 suo arbitrio vult bonum est primo & principaliter
 ab eo tale bonum, sed a deo qui voluntatem mouet &
 disponit vt ipsa bonum agat vna cum deo qui primo
 & principaliter bonam voluntatem producit, dicen
 te dauid. apud dominum grēsus hominis dirigentur
 & viam eius volet. Et in huius confirmationē ait apo.
 fiduciam autem talem habemus per christi. ad deum nō
 quod sufficientes simus, cogitare aliquid a nobis,
 quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est [neque
 currentis] hominis qui mediante potentia exequuti
 ua exterius opus bonum producit [spirituali cursu cur
 rendo, de virtute in virtutem eundo, est opus bonum
 ab eo productum primo & principaliter, sed a domi
 no deo qui talem hominem vt bene agat, trahit, &
 bonum opus primo & principaliter producit, homi
 ne cum deo bonum opus cooperante, dicente apo. ha
 bundantius illis omnibus laboraui, nō ego autem sed
 gratia dei mecum. Dei enim sumus adiutores, dei agri
 cultura estis, dei edificatio estis. Quid autem habes
 quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris
 quasi non accepisti? Deus est enim qui operatur in vo
 bis & velle & perficere pro bona voluntate. Propte
 rea dauid in persona christi fidelis dixit. Viam man
 datorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.
 Et hierē. istud confirmans ait. Scio dñe, quia non est
 hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat
 gressus suos, Et christus id verū esse ostendit dicens.
 Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me tra
 xerit eum. Et etiā opere bono producto ipse do, deus

psal.
 xxxvi.
 ij. corin. ij.

i. cor. xv.

i. corin. ij.
 i. cor. ij.
 philip. ij.

psal.
 cxvii.
 hierē. x.

ioā. vi.

est qui successum operi tribuit & effectum pium &
 religiosum modo suprad. homine cum deo cooperā
 te. Et ideo quod bonum est in opere & ipsa operis
 sūma, deo magis quam homini attribuitur, quia ipse
 est qui bonorum incrementum dat: dicente apo. Ego
 plantaui, apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. i. cor. ij.
 Et exinde sicut apost. ait. Ita neque qui plantat est ali
 quid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.
 Et in presenti loco dicere possumus. Neque qui vult
 est aliquid, neque qui currit est aliquid, sed qui affe
 ctum dat deus. Non quod hi qui bonum volunt aut
 agunt, sicuti ille qui plantat & ille qui rigat, nihil bo
 ni agant aut quod non proficiat que volunt, aut agūt
 aut que plantant aut que rigant sed quo ad compara
 tionem dei qui initium modo suprad. dat operi incre
 mentum & affectum illi nihil esse dicantur. [dicit
 enim scriptura pharaoni] que in exodo cap. ix. habet
 tur [Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te
 virtutem meam, & annuncietur nomen meum in
 vniuersa terra] loco cuius in suprad. cap. exodi iuxta
 taranlat. lxx. scribitur. Propter hoc seruatus est vt
 ostendam in te fortitudinem meam, & vt narretur
 nomen meum in omni terra. Et in eodem exo. cap.
 nostra habet translatio. idcirco autē posui te vt ostē
 dam in te fortitudinem meam & narre. no. meum in
 omni terra, que. lxx. & nostre translationis sententia
 conuenit, cum ea quam hic ponit apo. istud ita esse
 apo. sententia declarando ostenditur. [Quia in hoc
 ipsum] eade causa multiplicatis ate malis posui te sig
 num ad sagittam plagis diuersis te affligendo, sed tu
 obstinatiōe tua somno peccati dormiens dixisti. Ne
 scio dominum & israel non dimittam. & cum hac
 peccati dormitione dormires [Excitauit te] quādoq;
 in bonum directē, ita vt diceres ad moysē & aaron
 Peccaui: etiam nunc dominus iustus, ego & populus
 meus impj. Sed cū timore filiali nō timeres est velut

exodi. v.

exodi. ix.

canis ad vomitū cito reuersus diuitias bonitatis diuine & longanimitatis & patientiæ contennēs, ignorās quā dei benignitas ad penitentiam te adducere volebat. secundum duritiam tuam & impenitens cor tuū thesaurizans tibi iram in die iræ malitia in te cōsummata, modū quo homines peccare solent excedendo. Sicut excedendo peccauerunt homines quondam cum multa malitia eorū esset in terra, & cuncta cogitatio cordis eorum intenta esset ad malum omni tempore. Ratiōe cuius malitiæ immissum est diluuiū super terram, & etiā excedēdo peccauerunt sodomitæ & gomorreii ipsi vna cum eorum ciuitatibus submersis a sulphure & igne de cælo descendente, quia malitia eorū consummata erat, & hoc quia in malo obstinati modū quo homines peccare solēt, excedebant & cum post plagas decem, tibi & populo tuo impositas in te consummata esset malitia, quia modum quo homo peccat, excedebas in tua malitia induratus pertinax, & obstinatus permanēdo ad maiorem malitiā te excitauisti nō directe sed indirecte & occasionaliter, & hoc quia cū te excitare ad tui & regni tui tutelā, multa tibi proponēdo & interne & externe que quantū est ex eis, inductiua erant ad bonū propter tuā peruersā malitiā in te cōsummatam tu oīa vertisti in malum, abusus hac mea excitatione te conuertēdo in crudelitatem, & sic te permanente hac animaduersione iuste punitus es, meo a te sublato auxilio, vt oblitus esses tui, quia deū renuisti cognoscere dum posses, & propter hoc seruatus es ad tēpus, & hęc in te acta sunt [vt ostendā in te virtutem meā] & fortitudinem meam multiplicatis signis meis te & equitatus tuos ad vltimū submergēdo in mari rubro [&] hoc ideo actū est [vt annuncietur nomen meū in vniuersa terra] vt narretur nomen meum in omni terra diuulgata maiestatis meę fama per quā drificū orbem resonante gloriā nominis mei vbi que terrarum auditis mirabilibus, que in te feci, vt & oēs

gene. vi.

gene. vii.

gene. xix.

exodi. xiiij

gentes notitiam mei discant & me agnoscant, fama virtutis operum meorum vbi que diuulgata, cognito modo quo valida manu populū meum eduxerim de medio inimicorum suorū & ipsos a tergo persequentes in mari rubro submerserim, vt nec vnus superesset [ergo] quia non ex operibus deus predestinat & reprobat, & etiā quia non est volentis neque currentis modo suprad. sed dei misericordis, qui vt testatur dauid nisi ipse edificauerit domum in vanum laborant, qui edificant eam, & nisi ipse custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam, & etiā quia ipse iacob dilexit & esau odio habuit, & etiā quia pharaonem modo suprad. excitauit & paulum alio modo, cum christum in suis membris persequeretur eum ad gloriā vocando, concluditur quod deus cuius vult miseretur & quem vult indurat cum ipse deus sit omnium, qui quia nulli obligatur dicit an non licet mihi facere quod volo, & exinde nulli faciens iniuriā [cuius vult miseretur] gratuito dono eum predestinans do, & etiā gratiam gratis datam cui vult conferendo, & quem vult indurat non impartiendo malitiā sed non conferendo gratiam & subsidium ex cuius ablatione occasionaliter modo suprad. sequitur induratio que non de per se sed per accidens deo conuenit quia nō remouet prohibens: ita vt sicut naua per suam absentiam dicitur causa submersionis nauigantium, & sol per suam elongationem causa congelationis non impartiendo frigiditatem sed non influendo calorem, ita deus dicitur indurare non adhibendo gratiam cordis duritiam mollificantem ipse illud esayę, indurasti cor nostrum ne timeremus te, etiā capiēdo in durationem pro reprobatione dicitur ipse deus quos vult indurare.

psa. cxxvi

actu. ix.

math. xx.

esayę. lxiij

¶ Dicis itaque mihi, Quid adhuc que Textus.

ritur voluntati eius quis resistit. O homo tu quis es qui respondeas deo. Nūquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus lutī ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorem aliud vero in contumeliā

Notulæ.

figulus: Dicitur figulus artifex construens vasa lutea seu terrea. Dicitur figmentum vas ex luto seu ex terra cōstructum. Cum a contempnēdo dicatur contumeliā vas in contumeliā fieri dicitur quādo fit in contemptibili, aut non honorabile, ut puta culinæ aut cloacæ. Dicitur vas illud fieri in honore, quod fit in forma decora aut vt collocetur ad vsus honestos aut honorabiles.

Expo. tex. ad literam [Dicis] obſcūdo [itaque], id est ergo ex præcedētibus tu homo carnalis qui non sapiſ que dei sunt, sed quæ carnis inferendo, & præcipue ex paſſu isto, cuius vult miseretur deus, & quæ vult indurat, istud. s. [quid adhuc queritur] ac si diceret, cum deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat, concludēdum videtur in homine non esse quid adhuc in eo querat vt faciat bonū vel malū. Ex quo [voluntati eius] cum suprema sit nulli obligata nulli subdita, inuincibilis, & oīa superā nō est reperēdus seu reperiri nequit, [quis] angelus siue homo propter quæ omnia facta sunt, & quantumcunque potens de quo veraciter dici possit: iste voluntati dei [resistit] eam impediēdo ne suū fiat effectū. talis est homo carnalis apud se & quandoque de se & sibi consimilibus palam iniquiens. Cur de nobis est quærela quod deum offendimus male uiuendo cum illius voluntati nemo possit resistere, quia nos obdurauit misericordiam non prestando, sed cur

iniquiunt homines carnales queritur atque caufatur seu conqueritur nos vel non fecisse bona vel mala cū in potestate illius sit & voluntate absque malis vel bonis operibus eligere aliquē aut abſcere præsertim cū voluntati eius humana fragilitas resistere non possit. Non est ergo (inquiūt) vnde querelā faciat de peccatis hominum, cum nequeant vitare quod ipse vult. Sic solent carnales in voluptatibus viuentes aduersus deum murmurare & voluntati eius, & non suo vitio quod malū sunt deputare validāque contra eū talibus verbis calumniā parare, quos redarguit apo. ab huiusmodi præſumptione, questionem eorū ex suprad. falsamq; conclusionem sermone breui. dissoluens cui libet eorum dicendo, [O homo tu quis es qui respō. deo.] Quidam erronee putauerunt hoc loco apo. in hac responsione defecisse, & inopia reddendæ ratiōis represisse contradicōis audaciā, sed magnum pondus habet quod dictū est, o hō tu quis es, & in talibus questionibus ad suæ capacitatis cōsiderationem reuocare hominem, verbo quidē breui sed re ipsa magna est redditiō ratiōis. si em̄ hęc nō capiūt, quis est qui respondeat, si autem capit magis non inuenit quod respondeat. [O homo] carnalis pertinens ad adā [tu] luteus [quis es] cuius valoris aut volentiæ es? Quid sit ille attendere habes & etiā quid sis tu ille deus, tu homo, ille creator, tu creatura, ille indeuicibilis, tu deuicibilis. Istud ergo attende & similiter imperfectio nis tuæ statum, vt attendere tu valeas [quis es qui respō. deo] ex quo te modo supr. ad. respondēte deo calumiam facis de scripturis cum curiositate & mentis elatione tanta perquiris, vt contra deum loquaris: ita vt tibi videatur te loqui iustitiam & fontem illum iustitię siccatū esse, si hęc alta mysteria perſcutari uelis, excede hominem, carnalitatem, mores, sensus humanos. si vis hoc attingere esto prius vnus ex illis de quibus dicitur, sapientiam autem loquimur inter

perfectos satis sit interim tibi ex fide in hac via, adhuc viuēti, & nōdū cernēti quod perfectū est, sed ex parte scienti nosse vel credere quod neminem deus liberet, nisi gratuita misericordia, & neminem dānet, nisi æquissima iustitia credendo vt obduratio, dei sit nolle misereri, vt non ab illo irrogetur aliquid q̄ sit homo deterior, sed tantum quo melior sit nō irrogetur. Et id faciendo quantum ex te est adimplebis & considerabis illud chri. Tolle q̄ tuū est, & vade, volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi, aut nō licet mihi q̄ volo facere, & vt id facilius facere queas attende sapiētia dīctū istud, difficile est imamus que in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cū labore. Quæ autē in cælis sunt, quis inuestigabit? & iob. Quantus ergo sum ego vt respondeam ei & loquar verbis meis cum eo, si voluerit contendere cū eo non poterit respondere vnū pro mille. & eccle. sias. Intellexi quod omnium operum dei nullam posset homo inuenire rationem. Hic loquitur apo. in vetustate vitæ manentibus, & propterea tenebrosum oculum animi tenentibus & humana tantum modis sapientibus, & dei iudiciū reprehendere nitentibus, postquam cuilibet eorum dixit, o homo tu quis es, qui respon. deo, addit. [Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit. Quid me fecisti sic?] in sententia inducens authoritatē esayæ, qua dicitur. Nunquid dicit lutum figulo suo quid facis, & opus tuum absque manibus est, vbi ostēditur quasi a simili & etiā a minori deum nihil iniuste facere, si vnus misereatur, & alium induret. Et pro hoc considerandum est, quod si artifex aliquis ex vili materia pulchrum vas faciat, & nobilibus actibus accommodatum, puta si ex luto scutellas faciat & cithros ad nobilem mensam decētes, totū bonitati artificis ascribitur. Si vero ex vili materia, puta ex luto faciat vas vilibus actibus

Math. xx.

Sapient. ix.

Iob. ix.

eccle. viij.

esayæ. xlv.

accommodatum vtilibus, puta culinæ aut cloacæ & huiusmodi officijs: si posset loqui vas non posset cōqueri, in signum huius dicit apo. [Nunquid dicit figmentum] vas ex luto factum. [Ei qui se finxit] figulo artificis, qui vas illud sua arte cōstruxit. [Quid me fecisti sic] formatum in immundum vsus, & ad vile ministeriū, ad culinā, aut cloacam dispositū. Hæc scribit apo. ac si diceret. Deus enim noster est figulus, qui nos fecit de luto in formatione, dicente esaya. Nūc domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu & opus manuum tuarum omnes nos. & exinde sicut figmentum non dicit & si loqueretur dicere etiam recte non posset figulo suo, cur me fecisti ad vile ministerium dispositum, & vas istud nobilibus actibus accommodatum, quia nec ipsum nec figulū comprehendit, ita etiam & homo non potest recte dicere in contemptibili factori suo, cur me ita fecisti vas in contumeliā æterno tuo proposito proponendo ab æterno mihi non dare vitam æternam, & istum fecisti vas in honorem ab æterno proponendo ei dare vitam æter. Generali ratione consequenter ostēdit apo. cur deus quosdam prædestinauerit, & quosdam reprobauerit, pro ratione dans simplicem dei voluntatem in medium adducendo hanc similitudinē. [An] cum non possit dicere figmentum figulo suo cur me ita fecisti? [Non habet potestatem figulus luti] artifex ille qui de luto operatur & de materia terrea [ex eadem massa] lutea seu terrea, ex eodem globo luteo seu terreo, quod est s.æ artis materia [facere aliud quidem vas in honorem] in forma decora, vt collocetur super mensam, & ad vsus honestos [aliud vero in contumeliā] vt in opus vile aut nō honorabile collocet, & exinde contumeliosū, vt putata ad opus culinæ aut cloacæ. Hac similitudine vtitur apo. ac si dicere vellet. Sicut figulus luti suprad. facere

esay. lxxiii.

potest, sic omnipotēs deus figulus humani generis ex
humani ge. massa quæ ratione orig. pec. massa peccā
ti dicitur, & perditionis potestatem habet nulli facien
do iniuriam. Aliud quidem vas in honorē facere eter
no proposito ipsum eligendo ad vitā æternā, vt in ip
so honoretur, aliud vero in contumeliā proponendo
alicui non dare vi. æter. Si enim ingenio artis suæ fi
gulus quædā ex vasis excoquendo per ignē in forna
ce a vitio malle purificauerit, sua volūtas fuit. Quod
autem quædā impurificata dimiserit, non redarguen
dus venit, quia sua est massa, & quæ in ea sunt, ac in
fornace sub potestate sua consistunt. Ita de do. deo er
ga genus hu. dicendū est iuxta verbū quod a domino
factum est ad hiere. quo iubetur ipse a deo introire
in domum figuli, & videre eum fingentē vas collap
sum de manibus suis, & postea recolligentem & fa
cientem aliud vas secundū voluntatē suam, dicente
domino ad hiere. Nunquid sicut figulus iste non pote
ro vobis facere domus israel ait dominus. Ecce sicut
lutum in manibus figuli, sic vas domus israel in manu
mea, hic apo. quia auditorem. habebat indignū & dei
voluntati contradicentem sola fictilia vasa cōmemo
rat. Aliibi autem quando non habuit proterū contra
dictorem vasorum diuersitates aperuit dicēdo. In ma
gnā autē domo non solum sunt vasa aurea & argen
tea, sed & lignea, & fictilia, & quædā quidem in ho
norem, quædam autem in contumeliā.

hiere. viij.

s. thimo. ij.

Textus.

Quod si volens deus ostendere irā
& notam facere potentiam suam susti
nuit in multa patientia vasa terræ, ap
ta in interitum, vt ostenderet diuitias
gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ
preparauit in gloriam, quos & voca
uit, non solum ex iudæis, sed etiam ex

gentibus, sicut in Osee dicit. Voca
bo non plebem meam plebem meam,
& non dilectam, dilectam; & non mis
ericordiam consequutam misericor
diam consequutam. Et erit in loco vbi
dictum est eis. Non plebs vos ibi vo
cabuntur filij dei viui,

5. Hic accipit apo. iram pro vindicta & vltione dei, Notulæ
quam ipse sine vlla animi perturbatione & sine ali. ira.
qua mutabilitate excercet, Et etiam pro virtute quæ
præest pœnarū ministr. is qua peccatorib⁹ pœna infer
tur, deo eos in hoc mūdo aut in alio seculo puniēte. Hic
accipitur potentia dei pro dei virtute, qua nō solū se. potētia
cundum iustitiæ rigorem malos punit in hac via, sed dei.
etiam eos sibi subiectos reddit, vt postea in eis relu
ceat diuina iustitia, sicut in prædestinatis resplendet
diuina clemētia. Accipitur dei patientia (vt supra cap. paciēti a
ñ. dictum est super illud, An diuitias bonitatis eius & dei.
patientię & longanimitatis cōtempnis, vbi posita est
differentia inter subltentationem dei & patientiam)
pro dei expectatione qua eos qui pertinaci mente
& ex malitia peccant expectat, vt ad deum conuers
tantur. Illi dicuntur vasa iræ, in quibus sunt vitia sic
multiplicata, ita vt effecti sunt iustitiæ instrumenta vasa iræ
quibus vitur deus ad ostendendum iram id est iusti
tiam vindicatiuā. Illi dicuntur vasa iræ apta in interi. vase apta
tum, qui in se habent aptitudinem ad æter. damna. ininteritū
tionem, ita vt idonei & digni sint eter. morte, ex quo
in seipsis habent vitia quibus deus offenditur & pro
pter quæ iratum se monstrat pœnas infligendo. Di
diuitæ.
uitæ gloriæ dei dicuntur opulentissima bonitas eius, gloriæ dei
& copiosissima gratia eius & largiflua opes ven
turæ beatitudinis æter. dicente apo. deus autem qui Ephc. ij.
B

diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cū essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in christo, cuius gratia estis saluati. & conresuscitauit & cōsedere fecit in cœlestibus in christo iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus habūdantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in christo iesu. Illi dicuntur vasa misericordiæ dei, qui ab eo misericorditer prædestinati sunt ad gloriã eternam habendam, & quibus vtitur deus quasi instrumentis ad suam misericordiã manifestandam, de quibus ecclesiasticus scribit, viri misericordiæ sūt quorum pietates non defuerunt cū semine eorū permanent bona hereditas sancta nepotes eorum & in testamētis stetit semen eorū & filij eorum propter illos vsque in æternum manent. Quando hic ait apo. Quos & vocauit non solum ex iudeis & etiam quando dixit, sicut in osee dicit: vocabo non plebē meā ple. me. & etiam quando dixit, vocabuntur filij dei viuī, accipit uocationem pro uocatione secundum propositum, de qua supra cap. viij, ait. Simus autem quoniam diligētibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui se, pro. vo. sunt sancti, & qua aliqui a deo sic vocati sunt, ita vt habeant bonū fixū ac permanens vsque in finē propositum erga deo, deum & eius diuinū cultum, ita vt seruiant deo, nō in spiritu timoris, sed amoris, ei toto charitatis affectu finaliter in herendo.

[Quod si] sed si do, deus generis hu. figulus ex gene. hu. massa quæ rōne originalis peccati, massa peccati dicitur & perditionis, aliud vas fecit in hono. æter, suo proposito aliquem eligendo ad vitā æter. vt in ipso honoretur, aliud vero vas fecit in contumeliã proponendo alicui nō dare vitam æter, quid ad te, o homo qui contra deū obmurmuras tu quis es qui ei respondeas? non est quid contra eum queratur, ex quo sua est massa, & quos liberat, sola sua misericordia liberat, & si quibusdā est misericors quos liberat, quibus

vasa misericordiæ dei.

ecclī. xliij.

expo. tex. ad literā.

dā autem iustus quos non liberat, neutris tamen est iniquus, & cōsimiliter dicitur quod si ad eū modum volens deus ostē. iram, & notam fa. po. suam. sustinuit. in multa patien. vasa iræ apta in interi. vt ostē. diuitias gloriæ suæ, in vasa misericor. quæ præpa. in gloriam, nō est o homo carnalis & luteus quid de his obmurmures, aut ex aduerso respondeas deo, ex quo nulli facit iniuriam, nam aliquos recta iustitia hæc faciēdo punit, & alios sua gloria glorificat in eis ostē. dendo diuitias glo. suæ, & in alijs ostendendo potentiam suam, [si deus volens ostē. dere iram] vindictam & vltionem, quam ipse sine vlla animi perturbatione & sine vlla in eo mutabilitate super inimicos exercet aut in futuro seculo, aut in hoc mūdo, vt super pharaonem & egyptum exercuit: vt videri potest in exodo, a. v. cap. vsque ad xliij, inclusiue: ipsū pharaonem & equitatus eius in mari rubro submergendo a persequutione pharaonis liberatis hebreis. Et etiam sicut super vniuersum mundum exercuit cum vidisset ipse deus quod multa malitia hominū esse in terra, & cuncta cogi. cord. intēta esset ad malū omni tempore immisso diluuiō super terrā, quo oēs hoīes perierunt, dēptis noe, vxore sua, filijs suis, & vxoribus filiorū, dicēte petro, in diebus noe, cū fabricaretur archa in qua pauci id est octo aię saluę factę sunt per aquā. & etiā ostēdit deus irā suam cū propter hominū in hac via multiplicata peccata, ostēdit per effectum virtutem quæ præest ministris pœnarū, qua peccatoribus pœnam inferunt, vt super sodomam & gomorram illata est, quando pluit dñs super eas sulphur & ignem de cœlo & subuertit ciuitates has, & oēm circa regionē vnīuersos habitatores vrbiū, & cūcta terrę virentia. Et hoc fecit dñs vt ostenderet virtutē suā, & irā & diuitias glo. suæ in bonorū ac malorū exēplū: dicente petro, Ciuitates sodomorū & gomorreorū in cinerem redigens euersione dā nauit, exēplū eorum quā

exo. xliij.

gene. vñ.
i. petri. iij.

gene. xix.

ij. petri. ij.

impia acturi sunt, ponens & iustum lothi oppressum a nephadorū iniuria ac luxuriosa cōuersatiōe eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animā iustam iniquis operibus cruciabant. Nouit deus pios de temptatione eripere, in quos vero in diem iudicij referuare cruciandos. [Et non tam facere pot. suam] non solum per notificatam iniquorum punitionem, sed etiam per eorum deo subiectionem, vt exinde in eis manifestetur iustitia, sicut in iustis clarificatur diuina misericordia. Nam hec domini virtus notificatur cum aliquos punit aut flagellat, aut per pestilentiam, aut aliā punitionem, vt fragile hominum genus, & ad lapsum per negligentiam proclue a malo retrahatur. & ita puniendus exinde a patre venit filius vt corrigatur: dicite salo. in prouer. Qui parcit virgæ, odit filium suū. Si enim percussis cum virga non morietur, tu virga percuties eum & animam eius de inferno liberabis. Aliquos enim deus punit, vt peccata derelinquāt: alios vero punit, vt puniuit pharaonem & sodomitas & gomorreos, vt innocens ex cognitione talis punitiōis astutior fiat, & a peccato retrahatur, sed vtroque modo puniendo potentiam suam ostendit ac notificat. [sustinuit in multa patientia] diutissime & patienter tolerando multumque benigne penitentiam expectando peruersorum, qui sunt [vasa iræ apta in interitum] ideo vasa iræ quia per cordis duritiam thesaurizant sibi iram, ideo apta in interitū, quia in statu eternæ dānationis sunt [vt ostenderet diuitias gloriæ suæ] quas in sanctis in quibus glorificatur deus, ostendit, faciens eos iuste operari, dum fixum permanentque & stabile in dei amore ac eius diuino cultu propositum habent [in vasa misericordiæ] in diuina misericordia prædestinatos, & a vitijs emundatos & ad omne opus bonū dispositos de numero eorum existentes, de quibus christus dixit. Beati misericordes, quoniam ipsi misericor-

puer. xliij
proverb.
xxiij.

math. v.

diam consequentur. Et exinde de eis subiungit apo. [Quæ preparauit in gloriam] sua præordinatione, & prædestinatione eos qui vasa sunt misericordiæ præordinando ad gloriæ eter. & prædestinando proposito, quo ab eterno proposuit eis dare vitam eter. [Quos & vocauit] ad fidem & gratiam ipse deus vocatione secundum propositum [nō solum ex iudeis] vocauit aliquos vocatione secundum propositum [sed etiam ex gentibus] vocauit aliquos vocatione sec. pro. [Sicut in osee] dñs deus [dicit] quia ipse erat & est qui olim loquebatur in prophetis: dicente apo. Multipharie multisq; modis olim deus loquēs patribus in prophetis. & dauid propheta. Spiritus dñi loquutus est per me, & sermo eius per linguā meā. Vnde in osee dicitur. Principiū loquendi domino in osee [vocabo non plebem meam plebē meam, & non dilectam, dilectā, & nō misericordiā consequutam, misericordiā consequutam] loco cuius iuxta transl. lxxx. in osee cap. ij. scribitur, Diligam non dilectā & dicam non populo meo populus meus es tu. Hinc hic apo. apostolica sua authoritate vsus addidit de suo, & nō misericor. consequutā, miām cōse. & hanc authoritatē osee hic allegat, nō in forma sed in sententia. Ex q̄ plebs est populus & plebs a domino prius non dilectā & non misericordiā consequuta, & non existens plebs domini ab eo dilectā & misericordiā cōsequuta est ab eo speciali vocatione vocata. Et loco huius authoritatis in osee cap. ij. secundum translationem nostram, quæ est hieronymi scribitur. Et miserebor eius quæ fuit absque misericordia. Et dicā nō populo meo populus meus es tu & ipse dicet, deus meus es tu [vocabo nō plebē meam.] gentilitatē quæ quandiu sine legibus meis fuit non plebs mea fuit. Ex q̄ me non cognouit, nec suscepit, nec mihi adhesit [plebem meam] J ego do. deus gentilitatem quæ olim fuit, non plebs mea secundum presentē iustitiā vocabo plebem meam secundū

hebr. g. i.

ij. reg.
xxiij.
osee. i.

eter, prædestinationem, & etiam secundum præsen-
tem iustitiam, quando suscepit eger meam, & me
cognouerit, me suscipiendo & mihi adherendo. [Et
non dilectam] a me domino deo gentilitatem tempo-
re sue idolatriæ [dilectam] a me, do. deo notā faciam
dum relicta sua idolatria: mihi ac legibus meis firmis-
ter adherere fide, quæ per dilectionem operatur [Et
non misericordiam consequutam] gentilitatē quæ ante
christi aduentum expers erat gratiæ, & quæ ante pas-
sionem christi exhibitam misericordiam consequuta
non fuerat, sed perditioni erat relicta, ex quo a miseria
peccati subleuata non erat. [Misericordiam consequu-
tam] ipsam vocabo ex quo me ipsum deum patrem
post christi passionē exhibitam suscipiet & christum
ratione cuius misericordiam suscipiet & salutem, ita
ad ty. ii. esse testatur apo. de gentibus dicens, Eramus enim ali-
quando & nos insipientes, increduli, errantes seruientes
desyderijs & voluptatibus varijs in malitia & inui-
dia agētes, odibiles, odientes inuicē, cū autē benignitas
& humanitas apparuit saluatoris nostri dei, non ex
operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum mis-
ericordiam suam saluos nos fecit [Et erit in loco] in
terris gentiliū continget [vbi dictum est eis] diuini-
tatis a domino per seruos suos prophetas, & præci-
pue per osee, cap. i. vbi iuxta translationē. lxx. scribitur,
& erit in loco vbi dictum est eis, non populus me-
us vos, vocabuntur filij dei viuentis [non plebs mea
vos] gentiles estis quandiu idolatriā innitimini [sibi] in
terris gentiliū & per vniuersum orbem [vocabun-
tur] gentes ad fidem conuersæ [filij] adoptiui [dei
viri] dei qui vnus est in essentia & trinus in personis
ante cuius aspectum vita est & mors & a quo vita &
omnia bona dependent, qui mortuus nō est, vti idola
quæ colebant gentiles antea, vt puta iouis aut mercurij
aut hærulis, quæ mortua sunt, quæ dñ non sunt,
sed existimata dñ, post passionem christi exhibitam.

gentiles qui antea non plebs dei erant vocati sunt filij
dei viui, ipsis in deum credentibus, & priusquam vos
carētur filij dei ante scilicet passionem christi exhibi-
tam nusquam vocabātur aliqui filij dei missi in iudæa
dicente dauid, Notus in iudæa deus, sed postea per vni-
uersum orbem vocati sunt gentiles filij dei, & domus
dei quæ est ecclesia in omnibus locis collocata est, di-
cente zacharia, Ponam hierusalem in omnibus genti-
bus, & hoc iuxta mentem beati ambro. super hoc pas-
su apo. qui illic loco huius sententiæ zacharia. iuxta
transla. hieronymi. Ecce ego ponam lapidem oneris
cūctis populis, hęc ponit, Ponam hierusalem in omni-
bus gentibus, & Sophonia, Adorabunt cū viri de lo-
co suo omnes insule gentium.

psal. lxxv.

zacha. xij

sopho. ij.

Esayas autem clamat pro israel. Si fue-
rit numerus filiorum israel tanquam
arena maris, reliquię saluę fient. Ver-
bum autem consummans & abbrevians
in æquitate. Quia verbum bre-
uiatum faciet super terram. Et sicut
prædixit esayas. Nisi dominus sabba-
oth reliquisset nobis semen, sicut sodo-
ma facti essemus, & sicut gomorra si-
miles fuissetus.

textus.

notule,
verbum
consummans
& abbrevians
et ab
breuiatu
in æquita.
ioannis. i.

Per verbum consummans & abbrevians in
æquitate, & etiam per verbum breuiatum intelli-
gitur verbum, de quo iohannes scribit, verbum caro
factum est, & habitauit in nobis. ideo dictum
verbum consummans, quia in ipso christo dei ver-
bo consummata sunt omnia legalia & ceremonialia.

ioānis. xix veteris legis, quando ipse in cruce pēdens dixit. Consummatum est, ita ut ipse fuerit finis legis veteris, si-
Ephc. v. gularis legis veritatem adhibendo omnia sacrificia, si-
 gularia legis in vno sacrificio comprehendendo, & exinde ipsa in eodem sacrificio abbreviando, quo sa-
 crificio christus seipsum obtulit pro nobis holiāam, dicente apo. Christus dilexit nos & tradidit semetip-
 sum pro nobis oblationē & hostiam deo in odorem suauitatis, & tunc factus est finis legis veteris & in-
 stitium nouę legis euangelicę, ad salutem nostram, dis-
 cente apo. infra cap. x. finis enim legis christus ad-
 iustitiam omni credenti. Etiam per verbum consummans & abbrevians in æquitate & consimiliter per
 verbū, breuiatū intelligitur verbū euangelij, seu ver-
 bū fidei, de quo infra cap. x. ait apost. prope est verbū
 in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum fidei quod
 prædicamus, ergo si, ex au. auditus au, per ver. christi,
 ideo dicitur euangelium verbum consummans, quia
 lex moſayca ad perfectum non adducebat, dicente de
 ea apo. Nihil enim ad perfectum adducit lex, & quia
hebrę. vij. fides christi & legis euangelicę ad perfectum addus-
 cit eum qui ei adhæret credēdo fide que per dilectio-
 nem operatur perfecta spe sperando in deū postquam
 ad hebręos ait apo. Nihil enim ad perfectum adducit
 lex. ipso dicente. Introductio vero melioris spei per
 quam proximam ad deum, & etiam quia ipsa su-
 prad. fides legem moſaycam consummatam perficit
 modo supra declarato super illud iñ cap. legem ergo
 destruimus per fidem, absit, sed legē statuimus. Ideo
 dicitur euangelium verbum abbrevians & verbum
 abbreviatū, quia in vno gemine charitatis præcepto
 cōprehendit omnia quę lex multiplicibus præceptis
matth. xxij instituerat, ita ut in illo gemine charitatis præcepto
 vniuersa lex pendens sit & prophetę, dicente christo
 Diliges de. deum tu. ex to. cor. tuo, & in to. anima tua,
 & in to. mente tua, & proximi, tuum sicut teipsum, in

his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetę
 Ideo dicitur christus breuians in æquitate & verbum
 abbreviatum, quia factus est verbum incarnatum, &
 quia ipse dei filius seipsum exinanivit formam serui philip. ij
 accipiens in similitudinem hominum factus & habitu
 inuentus vt homo. Dicitur autē christus exinanitum
 sit plenitudini vel magnitudini diuinitatis ipsius, sed
 quia nostrā exilitatem et paruitatem suscepit. Per se
 me cum ait apo. Nisi dominus sabaoth reli. nob. semē semen
 intelligitur ipse christus, de quo do. deus abrahę di-
 xit. Benedicentur in semine tuo om. gen. terrę quia
 obedisti voce meę, apo. dicēte. abrahę dicitę sunt proz
 missiones, & semini eius non dicit & seminibus quasi
 in multis sed quasi in vno & semini tuo qui est christi
 stus, etiam per semen illic intelligitur dei verbum.
 dicente christi. su. disci. semen est verbum dei, qui semi-
 nat verbum seminat. Gene. xxij
galat. iij
lucę. viij.
marci. iij.

[Esayas autem clamat] aperte, & publice prædicat exp. tex.
 & manifeste testatur & prophetat & pro q̄ pphetat ad litterā.
 pro q̄ ve. pub. prædicat, dicit apo. [pro israel] hic acci-
 pit apo. israel pro his qui descēderunt a iacob seu isra-
 el secundum carnē, sicut etiā accepit esayas qñ sui libri
 cap. x. iux. transl. lxx. dixit. Si fuerit pp̄s israel sicut
 arena maris reliquię saluabūtur. Verbū em̄ consummans
 & abbrevians in iustitia, quia verbū abbreviatū
 dominator dñs exercitūū faciet in orbe terrę vni-
 uerso. Huius autoritatis sententiā in mediū hic addu-
 cit apo. qui postquā supra declarauit osee prophetā
 pro salute gentium prophetasse, declarat esayam pro
 iudæorum salute prophetasse, & quid prophetauerit,
 manifestat dicens [si fuerit numerus filiorum israel]
 quamuis fuerit numerus filiorum iacob siue iudæorū
 [tanquam arena maris] primo quia sicut incognitus
 est arene maris numerus, ita præ multitudine innu-
 rabilis factus est populus israeliticus: iuxta illud do-

gene. xxxij
 iij. reg. iij.
 mini ad abraham, per meipsum iuravi (dicit domi-
 nus) quia fecisti hanc rem & non pepercisti filio tuo
 vnigenito propter me benedicam tibi & multiplicabo
 sēmen tuum, sicut stellas cœli & velut arenā, quæ
 est in littore maris, Et illud regnorum. Iuda & israel
 innumerabiles sicut arena maris. Secundo, quia quæ
 uis fuerit & sit numerus filiorum israel, seu iacob tan-
 quam arena maris, ad modum arenæ maris sterilis ca-
 rens humore gratiæ & fidei ac charitatis ardore &
 fructu boni operis, quia non recepit, nec recipit eum
 quem patres expectabant christum sed ab eo recessit
 sit ipso relicto & eius lege euangelica. tamen eius
 [reliquiæ saluæ fiant] hi scilicet qui ex iudæis in fine
 temporum relinquuntur, quando si dem christi suscipi-
 ent, & adimplebitur illud apo. infra. xi. cap. Donec
 plenitudo gentiū intraret, & sic omnis israel saluus
 fieret, sicut scriptum est. Veniet ex syō qui eripiat &
 auertat impietatem. & hoc illis a me testamentum cū
 abstulero peccata eorum [verbū autem consummēs] y
 christus scilicet & fidei euangelicæ verbū. Christus
 ex quo in ipso tanquam in vero sacrificio veteris le-
 gis, legalia, cerimonialia ac sacrificia cōsummata sūt
 ipso veraciter ea cōprehendente, & veteris legis sine
 effectu ad iustitiam omni credēti. Verbum fidei euā-
 gelicæ legis, ex quo ad salutis eternæ perfectionē ad-
 ducit sibi credentes, & etiā quia legem mosaicā abo-
 litam perficit [& abbrevians in æquitate] est christus
 verū christi verbū, & etiā verbū euangelij, christus
 verbum abbrevians in æquitate dicitur, quia ipse ver-
 bum incarnatum & exinanitum factus est, & obedi-
 ens patri vsque ad mortem crucis, vt genus redimes-
 ret humanum verbum euangelij verbum abbreviatū
 in æquitate dicitur, quia in duobus suis mandatis dilec-
 ctionis dei & pro ximi in æquitate vniuersa lex pendet
 & prophete [quia verbum breuiatum] christum

modo suprad. verbum breuiatum, & etiam euāgelij
 [faciet dominus] noster iesus christi. [super terrā] exis-
 stēs, & in terris tanquam homo inhabitās, dicente ba-
 ru. iij.
 ruc, de christo. in terris visus est, & cum hominibus
 conuersatus est (intelligatur pro nostra salute) etiam
 mortem sustinendo, & legem euangelicam ipso exis-
 stēte in terris pro nostra salute instituendo suis disci-
 dicente. Euntes ergo docete omnes gentes baptizan-
 tes eos, in no. pa. & fi. & spiritus sancti, docentes eos
 seruare omnia quæcunque mandavi vobis. Et eisdem
 iterum euntes in mundum vni. pred. euang. om. crea.
 Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui
 vero non crediderit, condemnabitur [& sicut prædi-
 xit esayas] cap. i. vbi iuxta translationem, lxx. scribitur,
 Et nisi dominus sabbaoth reliquisset nobis semen
 quasi sodoma vtique facti fuissetis, & quasi gomor-
 ra vtique assimilati essemus. Hic apo. lxx. imitans hanc
 auctoritatem adducit non in forma sed in sententiā [ni-
 si dominus sabbaoth] id est exercituum vel virtutum
 vel omnipotens. Nam in esaya ca. i. vbi citatur hæc au-
 thoritas, habetur iuxta translationē hierony. pro sab-
 baoth exercituum, & etiam esayę. vi. iuxta eandem
 transla. scribitur. Clamabant alter ad alterum & dice-
 bant. Sanctus, san. sanctus, dñs deus exercituum (vbi
 lxx. habent pro exercituum sabbaoth) plena est omnis
 terra gloria eius. Et in apocalip. cap. iij. vbi inducitur
 hæc auctoritas esayę legitur. & quattuor animalia sin-
 gula eorum habebant alas fenas & in circuitu & in-
 tus plena sunt oculis, & requiem non habebant die
 ac nocte dicentia, sanctus, san. sanctus. dominus deus
 omnipotens, qui erat & qui est & qui venturus est
 [reliquisset nomen semen] christum. s. in quo benedi-
 ctionem accepit abrahæ semen spirituale, ex quo in
 xpo abrahæ dictæ sūt promissiones & semini eius, &
 etiam semina verbi dei cuius mēsores fuerunt apost.

ioan. iij.

christo eis dicente: in hoc enim est verbum verum quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alii laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. [Sicut sodomia facti essemus, & sicut gomorra similes fuisse] ita ut sicut sodomite & gomorreici in hospites incesti fuerunt & impudici, & tandem diuino iudicio a sulphure & igne submersi & consumpti: ita & nos (si non fuisset, nobis a deo semen suprad, derelictum) fuisset in deum patrem & christum incesti, & impudici impudicitia spirituali per idolatriam, qua pro deo coluimus idola muta: & tandem in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius missi fuisset, & de nobis verificatum fuisset illud dauid, Ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.

psal. x.

Textus.

¶ Quid ergo dicemus, quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est israel vero sectando legem iustitiæ in legem iustitiæ non peruenit. Quare, quia non ex fide sed ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in syon lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui credit in eum non confundetur

Notule
sectari.

☞ Differunt sectari & insectari. Sectari dicitur aliquid (gratia exempli) doctrinam ille qui per doctrinam & electionem aliquid cupit assequi, & etiam multum desiderat illud assequi, & ex illo multa sequi & qui ut edocetur querit media aut etiam ut alios doceat unde & a sectando sectæ appellatæ sunt huiusmodi

scilicet doctrinæ quæ traditione hominum discuntur insectari dicitur aliquid ille qui legem naturalem sibi insitam habet, & insequitur legis naturalis dictamen seu iudicium, quo nititur non facere alteri, quod nult iuste sibi fieri. Est lex iustitiæ, est & iustitia fidei. Lex iustitiæ est illa quæ prohibet quod iniquum est facere, & quæ præcipit hoc vel hoc quod iustum est facere. & quo ad hoc dicitur quæcunque lex iusta iustitiæ, & etiam illa quæ in ceremonijs & figuris non solum litteraliter acceptis sed & spiritualiter continet iustitiam non in littera sed spiritu, de qua scribitur. Ex ipso vos estis in christo iesu qui factus est nobis sapientia, iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Iustitia fidei dicitur illa qua cognoscitur deus pater ex quo sunt omnia & christus eius filius per quem sunt omnia, & spiritus sanctus a patre & filio procedens, in quo sunt omnia. Ita ut ex cognitione huius nitatur hæc cognoscens firmiter seruare quæ præcepit deus ac etiam efficaciter refugere quæ prohibet aut per se, aut per christi corpus mylticum, quod est ecclesia, aut per prælatos vel principes, qui ecclesie sunt membra, & de hac fidei iustitia quæ hominem iustificat christus suis discipulis dixit. Nisi habundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & phariseorum, non intrabitis regnum celorum. Dicitur iustitia scribarum & phariseorum iustitia qua ex solis operibus se iustificari existimabant, & etiam iustitia qua se iustos dicebant, & qua a populo tales appellari nitentur, & etiam quam populo prædicabant dicentes. Quicumque dixerit patri vel matri munus quodcunque est ex me tibi proderit & non honorificabit patrem suum aut matrem suam, & etiam illa quam populo prædicabant dicentes. Cerimonias & legalia ac sacrificia legis quo ad eorum solam obseruantiam quæ literalis est iustificare, & legis obseruantiam a peccatis mundare, & quo ad hanc vltimam partem potest dici hæc iustitia, legis iustitia, & hoc quia

Insectari.

Lex iustitiæ.

ieo. i.
iustitia fidei.

math. v.

iustitia scribarum & phariseorum.

math. xv.

legis moſaycæ obſeruantia ſuos purificabat a quibusdam peccatis capiendū peccatū pro defectu, vti erant hęc. Si quis muſtellam mortuā calcalleſſet, aut tetigiſſet aut aliqua morticina, aut ſi forex in vas ruiſſet immū dus diceretur. Illi dicuntur aliquem offendere vel in aliquē of- fendere. cum offenſionē perpetrare qui in eum forefactū per- petrant, qui eum iuſte irarū faciunt aut qui in eū cul- pam perpetrant, ita vt ab eo iuſte repellantur. Et ex- inde dicitur quis ad lapidem offendī, quia lapidem in uenit a quo repellitur. Et ſi eadē res ſit petra & lapis tamen aliquis differentia vi detur ponenda, nō in re aut in eſſentia ſed in modo diſponendi, ita vt res ali- qua ideo dicatur petra, quia res illa quæ petra dicitur eſt conſiderata, vt impolita non ornata non diſpoſita artificio ſed talis exiſtēs, vti eſt quando e terra extra hitur, & res aliqua dicatur lapis, quia eſt res illa quæ petra dicitur conſiderata, vt polita, ornata & artificio diſpoſita. Scandalum dicitur dictū vel factum vel omiſſio dicti vel facti præbens alicui occaſionem ſpiri- tualis ruinae, & ſi iuſte præbeat occaſionē ruinae, ita vt materia ex ſe (quia mala ē aut quia prohibita, aut quia contraria præcepto) dicti vel facti vel omiſſionis dic- ti vel facti præbeat occaſionē ruinae ſpiritualis tūc di- citur scandalum tale scandalū puſillorū. De quo chri- ſtus ſuis diſcip. dixit. Qui autem ſcandalizauerit vnū de puſillis iſtis qui in me credunt expedit ei vt ſuſpē datur mola aſinaria in collo eius & demergatur in p- fundum maris. Vch mundo a ſcandalis, ſi autem ma- nus tua, vel pes tuus ſcandalizat te abſcide eū & pro- ſice abs te. Si vero materia dicti vel facti vel quæ cas- dit ſub omiſſione dicti vel facti non ſit ex ſe mala, quia nec prohibita, nec etiam contraria præcepto, ſed exiſtimetur mala aut propter ſerupulum, aut ex igno- rantia aut ex malitia exiſtimantis ſeu ſcandalizati, tunc dicitur ſcandalum tale scandalum phariſeorū.

de quo poſtquam chriſtus turbis dixit. Nō quod in- trat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem, diſcipuli eius ei dixe- runt. Scis quia phariſei audito hoc verbo ſcandalizati ſunt, quibus ipſe reſpondit. Omnis plantatio quam nō plantauit pater meus cæleſtis eradicabitur. Sinite il- los, cæci ſūt & duces eorum, cæcus autem ſi cæco du- catum præſtet, ambo in foueam cadunt. math. x. v.

[**Q**uid ergo dicemus] nos apoſtoli quibus domi- nus dedit intelligētiam ſcripturarum, cum vt ſuprad. eſt pro gētibus loquatur oſeę propheta, & pro iude- is loquens eſayas dicat ex eis paucos credidiſſe. Nos prophetarum dicta conſiderantes dicemus iuxta corū mentē [quod gentes] a iure gentiū dictæ gentes imi- tatione qua legem naturalē ſibi inſitam inſequen- tur [quæ non ſectabantur iuſtitia] ex quo eis nō erat doctrina aut lectio declarās in re figurata aut in ſigu- ra chriſtum, qui nobis a deo factus eſt iuſtitia. Et ex- inde nec ex doctrina nec ex lectione, nec ex lege ſcri- pta inducebantur ad iuſte agendum ſecundū dei vo- luntatem fide charitate formata cum ſpe conſequendī vitæ eter. ex qua ſpe ſupremū deſiderarent, & multa cōſequi [apprehenderūt] acceperūt conſequuti ſunt iu- ſtitia] deo ſua miſericordia vocāte gētiles, cōſequuti iuſtitia non qualemcunque ſolo nomīne vocatam iu- ſtitiam, ſed eam iuſtitiam quæ iuſtificat ſubiungente apo. [iuſtitiam autem quæ eſt ex fide] quæ iuſtitia di- citur fidei iuſtitia illa ſcilicet qua cognoscitur deus tri- nus & vnus, & qua hęc cognoscetes propter deum ſeruant eius præcepta, & ſuę eccleſię & ſuorum ſiue prælatorum ſiue principum [iſrael vero] ſecundum carnem, & ideo vocatus iſrael quia a iacob qui di- ctus eſt iſrael ſecundum carnem deſcendit [ſectan- do] ardenti deſiderio imitando cupiens multa con- ſequi per carnales obſeruantias [legem iuſtitia] mos

exp. lxx. ad liſterā.

saicam scilicet quæ ideo lex iustitiæ dicebatur, quia iusta & obseruanda erat, & etiã quia figuraliter continebat christũ, qui factus ẽ a deo nobis iustitia [in legem iustitiæ non peruenit] & hoc quia licet iudeorũ populus aliquantulum venerit in legem iustitiæ seruando præcepta legis mosaice, & prohibitiones eius refugiendo, non tamen peruenit in legem iustitiæ, ex quo talis populus ex obseruantiã legis non est iustificatus, & hoc quia legem obseruauit non amore sed timore peng & non in sensu spiritali, qui uiuificat, sed in solo sensu litterali qui occidit, & etiã quia christo passo, christi legem euangelicam suscipere renuit, & ex suis operibus se iustificari existimauit [quare] cum sectatus fuerit iudeorum populus legem mosaicã per doctrinam & lectionem eius felicitatem suprãmam cupiens assequi, & ardenti desiderio ex eius obseruatione, multa sequi & assequi, alios inducens & instruens ad eius obseruationẽ. Quare factũ ẽ cur eueuit quod populus ille in legem iustitiæ nõ peruenit respondet apo. dicens [quia non ex fide, sed quasi ex operibus] sperauit saluari & salutem consequi ita vt iudicaret quasi sola sua opera sufficere ad salutẽ, & nõ requiri fidem, ita vt non crederit in christũ qui iustificat impium, sed crediderit semetipsum bona operari ex se tanquam ex se & deum hæc non operari speciali sua operatione, nec etiã fidẽ esse causam & principium iustitiæ crediderit, ita vt iudicaret se iustificari sine fide ex operibus per opera carnaliũ obseruationũ nõ credendo se salutẽ consequiturũ in merito passionis xpi exhib. antequam pateretur, nec postquã passus est in merito passionis eius exhibitã [offenderunt enim iudæi suprad. forefactum perpetrando ac culpam, & iuste irasci contra eos faciendo dominum deum, ita vt ab eo iuste repulsi sint propter offensionem & forefactum ab eis perpetratum [in lapidẽ offensionis] in christum, qui lapis offensionis dictus est.

lapis de monte excisus sine manibus, & lapis de quo scriptum est, super lapidem vnum septem oculi sunt septem scilicet dona spiritus sancti. Postquam dixit esayas, & egredietur virga de radice iesse, de eis scribente, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eũ spiritus dñi, spũs sapientiæ & intellectus, spiritus consiliũ & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eũ spiritus timoris domini. Dicitur est christus lapis propter constantiã firmitatem, & quia nullum ædificium siue internum siue externum sine eo fieri valet, & etiã quia ipso sic existente lapide ante passionem suam exhibitam politus fuit & ornatus dispositiõẽ artificis spiritus sancti cuius cooperatio ne conceptũ est ac organizatum corpus eius in vtero virginis, Et quandiu sic mãsit christus non redarguẽs iudæos ante passionem suam exhibitam dum esset in hac via, ipse eum non receperunt, sed eum offenderunt forefactum & culpam in eo perpetrãdo existimãtes eum esse purum hominem, dicentes, vnde huic sapientia hæc & virtutes scilicet, nõne hic est fabri filius & ioseph, simon & iudas & sorores eius, nõne apud nos sunt? Et propter hæc causam dictus est ipse iudeis lapis offensionis, ex quo ipse factus est eis offensio seu in offensionem, & hoc quia ipsi iudæi per infidelitatem peccando atque presumptionem in christum impingentes a via salutis retrulsi sunt atque impediti, sicut in via tendens & pedem in lapidem impingens impeditur seu retardatur in via a progressu ad terminum viæ [sicut scriptum est] esayẽ videlicet xxviii. & viii. [ecce pono in syon lapidem offensionis & petram scãdali. Et omnis qui credit in eum non confundetur] Hic apo. in vnum componit verba esayẽ in diuersis locis scripta, non omnia verba esayẽ accipiendõ sed aliqua, & ex duobus cap. hæc extrahit ex. xxviii. scilicet & viii. in his parti imitans lxx. & partim hebraicam veritatem, Ex. xxviii vbi iuxta trãslationem

zacha. iij

Esa. xi

math. xii

lxx. dicitur. Ecce ego immittam in fundamenta syon lapidem preciosum, probatum, electum, angularum; preciosum in fundamenta eius & credens in eo non confundetur, sumit initium autoritatis dicens. Ecce ego pono in syon lapidem. Ex. viij. sumit mediū auctoritatis istud lapidem offensionis & petram scandalum, in hac parte magis imitatus hebraicam veritatem quam. lxx. Istud dicitur conformiter ad regulam diuini hiero. de qua supra super illud cap. in, quia non est iustus quisquam mentio facta est, & hoc ante expositionem textus. Ratio huius dicti datur ista, quia iux. translationem. lxx. esay. viij. in parte ex qua hæc pars extrahenda venit, istud scribitur. Si in ipso. (s. do. deo) confisus fueris, erit tibi in sanctificationem, & non ut lapidi offensionem occurreris, neque ut petre ruina. Diuus hiero. hebraicæ veritatis imitator qui supradictam dedit regulam in illo passu habet, in lapide autem offensionis & petram scandalum duabus domibus israel, & sanctes qui his diebus sacram bibiam ex hebreo in latinum vertisse dicitur in eodem passu habet, & erit in palatium & in lapidem percutionis, & in petram offensionis, duabus domibus israel. Finem vero auctoritatis sumit apo. ex illo passu esay. xxvij. vbi. lxx. habent, & credens in eo non confundetur, loco cuius ait apo. Omnis qui credit in eum non confundetur, ex quibus esayæ dictis in duobus locis hanc hic ponit apost. auctoritatem. Ecce pono in syon lapidem, offensionem, & petram scandalum, & omnis qui credit in eum non confundetur. vult declarare quomodo christus a iudeis fuerit offensus, & quomodo in eo scandalizati fuerit, & ut non confundamur sed saluemur, quod non sufficit ut credamus in christum christo, sed ultra oportet ut credamus in christum [ecce] ego dominus deus pater [pono] iadueniente plenitudine temporis eum mittendo in terris, factum sub lege, factum ex muliere, ut genitus redimeret humanum [in syon] in populo iudeorum inter quos conuersatus est & in hierusalē, & in templo

galat. iij.


vbi frequenter fuit, & docuit, [lapidem offensionis] ex quo christum, qui modo nunc suprad. lapis dictus est, iudei offenderunt fore factum, & culpam in eum perpetrando. [& petram scandalum] christus dicitur & lapis & petra lapsus modo suprad. petra, iuxta istud dictum apo. Bibebant autem de spiritali consequente eos i. co. x. petra: Petra autem erat christus. Ideo dictus est christus petra, quia sine christo, nullum valet spirituale edificium construere, ex quo est ipse spiritualis edificii fundamentum, sine quo nullus spiritualiter superedificare potest: apo. dicite, vnusquisque autem videat quomodo modo superedificet. Fundamentum enim aliud non imo ponere potest, præter id quod positum est, quod est christus iesus. Et etiam quia ipse christus in sua passione a iudeis consideratus est ut impolitus, non ornatus, non dispositus artificio, sed ut incultus & asper & difformis, & tunc factus est eis in scandalum & petram scandalum seu spiritualis ruina: non tamen nisi ex sua mera perversitate, ex quo nec ipse christus nec sua dicta aut facta vnquam fuerant materia ruinae, sed fidei & iustitiæ, ex quo nec ipse docuit, nec esset prohibita aut præceptis licitis contraria [& omnis] homo cuiuscunque gradus aut conditionis sit [qui crediderit in eum] christum, non solum credendo christo & christum, sed etiam & in christum firmiter absque hesitatione credendo christum esse deum & hominem, & que prædixit siue per seipsum, siue per suos apo. siue per corpus eius mysticum, quod est ecclesia esse tenenda, & absque hesitatione credenda: ita ut qui hæc credit christo adhaereat fide, quæ per dilecti, operis, & qui hæc fecerit, teste apost. [non confundetur] & hoc quia non erubescet in futuro iudicio, cum christus ad iudicandum venerit viuos & mortuos, nec sua spe frustrabitur qua firmiter sperauit saluari. ex quo de numero eorum erit, quibus christus in generali iudicio dicit. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum, a constitutione mundi;

i. co. iij.

mat. xxv.

Caput Decimum.

Textus.



Rates voluntas quis dem cordis mei & obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quod emulationem

quidem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam & suam querentes statuere iustitiae dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.

Notulae.
obsecratio

Est obsecratio, oratio facta deo cum inuocatione alicuius mysterii sacri, ut cum dicimus. Per incarnationem tuam, libera nos domine: per passionem tuam, libera nos domine. Hic accipit apo. emulationem pro zelo, zelus enim nomen est deductum a verbo zelo, quod significat feruere vnde zelus feruore quandoque in bonam partem, quandoque in mala significare videtur. In bonam ut puta ad aliquid vehementer amandum, aut diligenter imitandum, vnde zelare pro deo dicitur qui feruente erga deum amore afficitur, & pro eius honore laborat, & etiam pro sanctorum patrum zelat memoria qui illos veneratur eorumque beneficia & virtutes imitari studet. In malam partem, ut puta cum quis per inuidiam aut feruentem iram inuaditur. zelat fortes hoc zelo aduersus platonem, & contra quando feruore siue potius asperitate quadam vnus erga alium afficitur & mutuo inuident. Contra vitia in bonam partem zelat, qui feruenter ea odit & persequitur indignaturque & irascitur malitiae. Est ergo

emulatio.

zelare in bonam partem.

zelare in malam partem.

emulatio idem quod zelus: & talis est duplex, quidam secundum scientiam, alius non secundum scientiam. Ille dicitur alicuius rei habere zelum non secundum scientiam qui rem illam feruenter amat & diligenter imitatur, & pro ea cum grandi exercitio laborat, sed aut non cognoscit quicquid est illius aut aliquid omittit eorum quae sunt illius, aut ei toto charitatis affectu non adheret propter finem debitum. E contrario ille dicitur alicuius rei habere zelum secundum scientiam, qui rem illam feruenter amat. & diligit & nihil omittit eorum quae sunt illius, & cognoscit quicquid est illius, & ei toto charitatis affectu adheret propter finem debitum & sicuti dicitur de zelo, ita potest dici de charitate, de scientia & fide, de cura pauperum & abstinencia, & sic de qualibet alia virtute: ita ut quis dicatur habere virtutem aliquam secundum scientiam, alius vero dicatur habere eandem sed non secundum scientiam: gratia exempli. Ille dicitur habere charitatem secundum scientiam qui scit & cognoscit quid sit charitas, & illud cognoscendo, deum diligit propter seipsum, & proximum propter deum, & cognoscit quia charitas patiens est, & benigna, non inuides, non perperam agens, non inflata, non ambitiosa, non querens quae sua sunt, & nihil horum omittit. si quis vero deum diligit, aut proximum propter deum & non cognoscat ista quae conueniunt charitati, aut aliquid eorum omittat, charitatem dei habet, sed non secundum scientiam. Similiter quis dicitur habere fidem secundum scientiam, qui credit deo, deum & in deum, & scit & cognoscit quod fides non in solis verbis est, sed consistit in credulitate, quae per charitatem operatur absque vlla hesitatione, aut vacillatione, & nihil horum omittit. si quis vero credat & aliquid istorum non cognoscat, aut aliquid eorum omittat, fidem habebit. sed non secundum scientiam. Ille dicitur habere curam pauperum secundum scientiam. qui de eis propter deum cogitat, & scit & cognoscit debere eos propter deum scien.

i. co. xiiij
charitas
non secundum
scientiam

cura pau-
perum sec.

Cura. sustentari, & propter hoc non esse querendam ab hominibus laudem. Si quis vero de eis propter deum cogitet, & aliquid supradictorum ignoret aut omittat, dicitur habere curam pauperum, sed non sec. scien. Ille dicitur abstinens sec. scien. qui a cibo & potu propter deum abstinet, & scit & cognoscit illud esse faciendum, ut maceret corpus suum, & ut in seruitute anime & rationis ipsum redigat, & non ut placeat hominibus aut ut ab ipsis laudet, & ni. ho. omit. si quis vero a cibo & potu abstineat, & aliquid supradictorum ignoret aut omittat dicitur abstinens, sed non sec. scien. ita de singulis virtutibus dicitur. Ille dicitur habere zelum sec. sci. qui seruenti amore deum diligit propter seipsum & proximum propter deum, & diligenter imitatur quæ deus præcipit & deo toto charitatis affectu adhæret, & proximo propter deum, & cum grandi exercitio pro dei honore laborat, & scit & cognoscit quid sit dei zelus & quæ ad eum spectant, & nihil eorum omittit, sed ita ardens est in dei amore ut ei displiceat aliquid fieri quod sit diminuens honorem dei, & si id videat fieri non potest continere, aut a verbis aut a verbis, aut a pugna, aut paratus est pro dei honore etiam mortem subire, a verbis zelo dei ductus, helyas continere non valuit, qui dixit, zelo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum domini filii israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & querunt animam meam ut auferant eam. A verberibus etiam usque ad mortem continere non potuit phinees filius eleazari filii aaron, qui surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingressus est post virum israelitam zambri nomine de cognatione & tribu symeonis in lupanar, & perdidit ambos simul virum & mulierem in locis genitalibus. Mulier madianita erat nomine cozbi, filia sur principis nobilissimi madianitarum. A pugna zelo dei ductus continere non potuit mathathias, De quo scribitur: Et zela

us est legem sicut fecit phinees zambri filio salomi & exclamavit mathathias in ciuitate (scilicet hierusalem) dicens. Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me & fugit ipse & filii eius in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in ciuitate. Apolloli zelo dei ducti parati fuerunt pro christi nomine mortem subire; iuxta illud de eis dictum. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu consilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliâ pati. Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & euangelizantes christum iesum: Dicens apo. ignorantes enim dei iustitiam, accipiunt iustitiam pro ipso christo, qui factus est nobis sapientia, & iustitia, sanctificatio, & redemptio, & etiam pro ea iustitia quæ nobis a deo datur per fidem christi. & de qua deus per fidem nos iustificat: Dicens apo. & suam querentes statuere accipiunt iustitiâ pro ea iustitia quam iudei allegabant confidentes in legis carnalibus iustitiis, ita ut putarent se propriis viribus posse iustificari sine gratia christi de suis viribus sic præsumentes, ita ut seipsum imitatores legis sua virtute dicerent & etiam pro suis mandatis quæ contra honorem dei stantiebant, ut est illud quo dicebant expediens esse derelictis patre & matre dare bona sua in synagogâ, & qui hæc faciebant (ut dicebant scribæ & pharisæi) iustificabantur. Finis aliquando accipitur pro consumptione & perfectione, ut cum dicitur. Finita est cæna id est consumpta, aliquando accipitur pro consummatione & perfectione, ut cum dicitur. finita est tela, hoc est perfecta & consummata [fratres] o fratres mei spirituales quia sacro baptisate renati estis sicut & ego quia ad christum mediante susceptione sue fidei conuersi estis sicut & ego, quibus christus dixit. Omnes autem vos fratres estis. Cum ego supra vobis genibus declarauerim iudeos in legem iustitiæ non peruenisse sed offedisse in lapide offediosis, & christum eis factum fuisse in petra scadali, illud vos intelligere volo, non me de

i. macha. 11

actu. v.

i. co. i.

math. xv.

mat. cxi

eis dixisse, quia eos odio habere, nec quia de eis omnino desperem. & vt hec intelligatis vobis dico [Voluntas quidem cordis mei] desiderium animę meę non fictum, sed verum de intimo & penetralibus cordis mei procedens [& obsecratio ad deum] oratio ad deum cum inuocatione alicuius mysterij sacri, videlicet, incarnationis passionis, aut resurrectionis, a me. [Fit pro illis in salutem] quia ad deum a me dirigitur, vt ipsi credant, & per fidem consequantur salutem. ex hac apost. sententia constat et si euangelium instanter predicaret apostolus ipsum iudicasse parum illud esse, nisi pro illis quibus predicabat, etiam oraret vt crederent quoniam voluntas vt ad vera credenda moueatur non sibi ipsi sufficit nisi per gratiam deus illi opituletur: nec ipsa conuersio fieri potest, sine dei adiutorio ac dono quia & ipsa fides dei donum est: dicente apo. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, dei enim donum est, & vt apostolo conformemur non solum pro fidelibus orare debemus adimplendo illud iacobi, Orate pro inuicē vt saluemini, sed etiam pro infidelibus, vt fidem suscipiant, & mediante ea saluentur, optando omnes homines saluos fieri, cum deus & id velit & eos ad agnitionem veritatis venire & apost. optaret omnes homines effici tales qualis ipse erat ipso agrippę regi dicente. Opto apud deam & in modico & in magno non tantum te sed etiam omnes qui audiunt hodie fieri tales qualis & ego sum: ex ceptis vinculis his. [Testimoniū enim perhibeo illis] ego apo. olim eis consimilis cum æmulator essem patrum mearum traditionum testis eorum efficior & pro his testimoniū perhibeo rei quam dicturus sum, qua ego certifico & assero. [Quod æmulationem quidem dei habent] se non secundum scientiam, huius rei testimoniū perhibeo, quia & ego ardentem deum & proximum diligens quondam in genere meo habundantius æmulator fui patrum mearum traditionum, etiam secundum æmulationem

Ephē. ij.

iacobi. ij.

i. ad thi. ij.

act. xxvi.

Galat. i.

persequens ecclesiam dei, secundum iustitiam autē que in lege est, sicut & ipsi hebræi generis mei secundum carnē, nunc deum feruenti amore diligunt & proximum propter deum cum grandi exercitio laborantes, vt mosaica lex in sensu litterali locū habeat, sed zelus ille non est secundum scientiā, quia ignorant mosaicam legem, quo ad eius legalia ceremonialia, sacrificia & sacramenta consummata esse & christū venisse, qui propheta est ille: de quo scribitur. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia que precepero illis, cuius aduentum cognoscere potuerunt ex adimplerione hebdomadarum danielis, & ex adimplerione vaticinij iacob: de quo dicitur. Non auferetur sceptrum de iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus, cum ipsi ablatum sceptrum in herode a scalonita alienigena cognouerint, & etiam ex modo veniendi in paupertate: de quo in zacharia scribitur. Exulta satis filia sion, iubilans filia iherosolym: ecce rex tuus veniet tibi iustus saluator ipse pauper & ascendens super asinam & super pulum filium asine. Et etiam ex miraculis christo eis dicente. Opera quę ego facio in nomine patris mei hec testimoniū perhibent de me. Et si dicatur non omnes iudeos habuisse intelligentiam scripturarū iuxta dictum illud petri ad eos, & nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis sicut & principes vestri. dicitur nullum iudeorum non potuisse aduentū christi cognoscere, visis miraculis, & signis in passione sua exhibitis, vt puta obscuratiōe solis per tres horas & tenebris, quę factę sunt super vniuersum orbē, a sexta usque ad nonā, & quo modo petre scisse sūt & monumenta aperta, & velū templi scissū ē in duas partes, a summo usque deorsum, & etiā usque in hodiernū, considerata eorū captiuitate & eiectione qua non solum captiuati sunt per quadringentos & triginta annos, sicut in ægypto captiuati fuerunt, nec etiā per septuaginta

philip. iij.

daniel. ix.
genē. xlix.

zacha. ix.

ioan. x.

act. iij.

exodi. xlv. annos, sicut in babilone captiuati sunt: iuxta hieremiæ
 hier. xxv. vaticinium, sed iam captiuati manēt eiecti extra pro-
 & .xxix. priūm locū per mille quingentos & tringinta quique
 annos, suprad. iudæos emulationem seu zelum dei ha-
 bere, sed non fec. scien, probat apo. de eis dicēs [igno-
 rātes enim dei iustitiam] christum. s. verū messiam
 in lege promissum iam venisse, & iam factū ex mus-
 liere, & factū sub lege, vt genus redimeret humanū,
 vt redimit cum factus est a deo patre nobis sapientia
 & iustitia, nos sanctificando mediante fide charitate
 formata: [& suam querentes statuere] firmā dicētes
 & predicātes iustitiam, qua de suis viribus præsume-
 bant, impletores legis seipos esse, dicentes cū pharis-
 iuce. xvij. seo. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri
 hominū, raptores, iniusti, adulteri, velut etiā hic publi-
 canus: ieiuno his in sabbato: decimas do. omnium quæ
 possideo, & etiā iustitiam (quæ eorū iudicio iustitia
 erat quāuis non esset) qua asserebant in his, & etiā
 eorū peruersis statutis eis adherētes iustificari: & p-
 pter hæc eorum dicta & facta teste apo. [iustitiæ dei
 non sunt subiecti] & hoc, quia hæc suprad. faciendo,
 deo nō obediunt, nec christo ecclesie capiti subiecti un-
 tur, nec ad eius fidē cōfugiunt, ex qua homines iustifi-
 cantur, sed christo & fidei eius cōtradiciunt, etiā xpi
 iohan. xvi. mēbra persequendo, vsq; ad mortem: iux. illud chri-
 verbū. Sed venit hora vt omnis qui interficit vos arbi-
 tretur obsequiū se. præstare deo [finis enim legis chri-
 stus] & hoc quia in eo consummata sunt cerimonias
 ephē. v. & sacramenta & sacrificia veteris legis, quia hæc
 omnia ad deum ordinabantur, & hinc omnia in ip-
 so perfecta sunt tanquā in vno vero & perfecto sacri-
 ficio, quo ipse seipsum deo patri pro nobis obtulit ob-
 lationem & hostiam in odore suauitatis, & etiā quia
 quicquid boni habemus, ab eo habemus, & omne illud
 ad eū referre debemus, & cum ad eū peruenerimus
 vltra quid queramus non habemus, quia ibi est om-
 nium bonorum plenitudo [ad iustitiā] qua quis iustus

nominatur acquirendā & exercendā [oī credenti] si-
 de quæ per dilec. opē. siue talis fuerit sub veteri, siue
 sub nouo testamēto, Nā qui in veteri testamēto iusti-
 ficati sunt, in merito passiōis christi exhibēde iustifi-
 cati sunt. Qui in nouo in merito passiōis xpi exhibēde
 mediāte fide filij dei adoptiui effecti iux. illud ioā. De
 dit eis ptātē filios dei fieri, his qui credūt in noīe eius. ioan. i.
Textus,
 ¶ Moyses enim scripsit, quoniam ius-
 titiam quæ ex lege est qui fecerit ho-
 mo viuet in ea. Quæ autem ex fide est
 iustitia sicut dicit. Ne dixeris in corde
 tuo quis ascendet in cœlum, id est chri-
 stum deducere, aut quis descendet in
 abyssum, hoc est christū a mortuis re-
 uocare. Sed quid dicit scriptura, prope
 est verbum in ore tuo & in corde tuo,
 hoc est verbū fidei quod predicamus,
 quia si cōfitearis in ore tuo dominū ies-
 ſū, & in corde tuo credideris quod de-
 us illū suscitauit a mortuis saluus eris.
 Corde em̄ creditur ad iustitiā, ore autē
 cōfessio fit ad salutē. Dicit em̄ scriptu-
 ra. Oīs qui credit ī illū nō cōfūdetur.

Est iustitia quæ est ex lege. est & iustitia, quæ est ex fi-
 de. iustitia quæ est ex lege est illa quæ consistebat in ce-
 rimonijs & figuris, et in carnalibus obseruatōis, ex qua
 rū obseruantia apud hoīes estimabant iudei iustificari,
 etiā si legis cerimonias sacrificia et legalia ī solo sen-
 su litterali qui occidit obseruassent. iustitia quæ est ex
 fide, est illa qua quis ex fide quæ per dilectionē opera-
 tur, iustificatur: dicēs apo. ppe est verbū in ore tuo, cū
Notulæ,
iustitia ex
lege.
iustitia ex
fide.

ioan. i. postea dicat, & hoc est verbum fidei. per verbum in
 chri. ver^o telligit christum : de quo dicitur. verbum caro factum est, & illud dicitur esse prope quadrupliciter, primo per possibilitatem, secundo per sufficientiam, tertio per efficientiam : & quarto per efficaciam . Per possibilitatem, quia in quocumque homine etiam quacumque paruo est ipse christus per possibilitatem sicut ratio est in paruulis & grammatica , philosophia, & theologia. Est enim ratio in paruulis, quia ipsi apti nati sunt ad ratiocinandum, & possunt aliquando actu ratiocinari, licet dum actu paruuli sunt non actu ratiocinantur, est etiam secundum possibilitatem in eis philosophia , quia aliquando actualiter possunt philosophari, licet dum paruuli sunt non philosophantur, & sic de singulis quae eis accidere possunt dicatur. Est illo modo in paruulis christus & in eorum ore & corde quia ipsi aliquando actualiter possunt cognoscere christum, & ore ipsum confiteri: licet dum paruuli sunt, actualiter ipsum non cognoscant, nec ore confiteantur. Est in omnibus hominibus christus secundum sufficientiam : & hoc quia ipse pro omnibus sufficienter passus est, & omnes sua passione exhibita sufficienter redemit. Est ipse christus in aliquibus secundum efficientiam in eis scilicet qui susceperunt effectum passionis christi ex. exempli gratia. mediante debita susceptione sacramentorum , quorum baptismi sacramentum ianua est . In aliquibus est christus secundum efficaciam in eis scilicet qui mediante sacro baptismatis sacramento renati sunt & qui post discretionis annos euangelio eis annunciato firmiter adherent: ita ut parati sint pro exaltatione nominis christi mortem subire. Et exin
 bus modis de dicitur christum duobus modis medium esse inter
 iter homines. vno modo secundum possibilitatem. Alio modo
 dicitur esse secundum efficientiam & efficaciam. Secundum possibilitatem
 medius. tem dicitur esse medius inter eos qui eum ignorant, nec
 eum capiunt, sed eum cognoscere possunt, & etiam
 spiritualiter capere mediante susceptione suae gratiae.

Secundum efficientiam & efficaciam medius dicitur esse inter eos qui eum fide cognoscunt & firmiter capiunt ei ac eius legi adherendo, ita ut parati sint pro exaltatione nominis christi mortem subire.

[^{ra} Moyses enim scripsit] leuitici. xvij. [quonia iustitiam quae ex lege est qui fecerit homo viuet in ea leu. xvij. iux. tranll. lxx. scribitur moyses in persona dñi dicente. Ego do. deus vester, & custodietis praecepta mea & omnia iudicia mea & facietis illa. Qui fecerit illa homo viuet in ipsis, loco cuius secundum trāslā. quae est hiero. scribitur moyses in persona domini dicē te. Custodite leges meas atque iudicia quae faciēs homo viuet in eis. loco cuius ad gala. iñ. scribitur. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea viuet in illis. Ex suprad. autoritate apud. lxx. scripta istud exiit apo. Quonia iustitiam quae ex lege est qui fecerit homo viuet in ea. De suprad. sententia leuitici xvij. scripta & ad gala. hic loquens apo. vno modo ad gala. eam posuit. Alio quodā modo quo ad literā. Hic eam posuit scriptorum (ut videtur) modum seruans, quo ut cum duo loca in diuersis passibus inueniuntur similia, vnum pro altero reputant, quod scribitur sit ad galat. pro eo reputans quod in hoc loco scribitur. Nā & si litera quodā modo diuersa sit tamē est eadē sententia cōformis sñe quae leuiti. xvij. scribitur [quia iustitiam quae ex lege est] qua legis obseruantias in solo sensu literali custodientes iustificari affirmabant scribē & pharisaei [qui fecerit homo] qui seruauerit suprad. ceremonias & figuras vna cum sacramētis & sacrificijs & legalibus obseruantijs [viuet in ea] quae ex lege est iustitia. Viuet eam obseruans vita naturae ex quo merito huius iustitiae mortem temporalē quae transgressoribus infligebatur euadet, israelitis moyses dicente. Custodite igitur & facite quae praecepit do. deus vobis non declinabitis neque ad dexteram neque ad sinistram, sed per viā quam praecepit do. deus vester, ambulabitis ut viuatis & bene sit vobis &

Expo. textus ad lit.

IN EPITO. AD ROMA.

deute.
xxviiij.

protulerunt dies vestri in terra possessionis vestre. vti
uet etiā nō susceptis maledictionibus, quę iſerre polli
cebatur deus nolētibus audire vocē domini, et nō ser
uantibus mandata legis mosaicę ac ceremonias, sed ab
eo susceptis benedictionibus, quas pollicebatur deus cō
ferre audientibus voce m domini et seruātibus man
data legis mosaicę ac eius ceremonias [quę autē ex fi
de est iustitia] illa quę hominem fide charitate forma
ra iustū efficit [sicut dicit] moyses deuteronomij. xxx
[ne dixeris in corde tuo quis ascēdet in cœlum, id est
christum deducere, aut quis descēdet in abyſsum, hoc
est christum a mortuis reuocare] apo. hanc sentētiā
sumit ex sentētia deuteronomij. xxx. cap. scripta in qua iux
ta transla. lxx. legitur. Mandatum hoc quod ego præci
pio tibi hodie non graue est, neque procul a te est, nō
in cœlo est, dicens, quis ascendet nostrum in cœlū &
accipiet nobis illud, & audientes illud faciemus neq;
trans mare est dicens, Quis transibit ad trans ma
re & accipiet nobis illud & audientes illud faciemus
ex qua apo. sententia constat eū non allegare scribēdo
totalē sensum sententię moysi, nec ipsam sententiam
moysi in forma, sed aliquarū particularū supradictę au
thoritatis moysi sententiam ex eis vnā authorita
tem conficiendo, in qua intentionem moysi quam iu
dæi accipiebant, declarat statui nostro sub lege euan
gelica in qua sumus applicādo. & etiam intentionem
moysi in ea declarat quam non omnes iudæi acceptā
bant, sed solum illi qui spirituales erant & scientifici,
& qui legem accipiebant, non in solo sensu literali,
qui occidit, sed etiam in spiritali qui viuificat. Inter
tio moysi quam in supradicta authoritate prætende
bat, & quam iudæi ex ea accipiebant, etiam qui non
scientifici, aut saltem parum scientifici erant, hæc erat.
Vobis israelitis data est lex, & in tabulis digito dei
scripta, ideo de eius omissione aut transgressione ex
cusationem non habetis, & quia deuteronomium le
gis euangelicę figura erat, ideo apost. in supradicta

exo. xxx.
iiij. & deu
tero. ix.

authoritate ex deuteronomio modo supradicta extracta, no
bis qui legem euangelicam suscepimus duo vult de
clarare. Primum quod quia lex euangelicæ domi
no deo data est, & in nobis qui eā suscepimus seu in
cordibus nostris per fidem scripta est, nos obliga
ri ad obseruantiam eius, & de eius omissione aut
transgressione excusationem non habere. Secundum
fiat in declaratione textus, & est istud. [Ne dixeris in
corde tuo] cogitatione aut intellectu, interna locu
tione in teipso loquendo. [Quis ascendet in cœlū] ac
si tua interna loquutio diceret, nullus est qui valeat
ascendere in cœlū. Nā hæc dictio quis, in sacra scriptu
ra quęque sumitur pro nullo vel nullus vti in psal. vbi
dicitur. Quis in nubibus æquabit dño, hoc est nullus? ^{psal.} lxxxviiij.
[Id ē xpm deducere] id dicere est, xpm deorsum du
cere, & quodā mō suę authoritati detrahere, & in te
nuitatē eū ducere, volūtate dicentis in errore elapsa.
Ex q̄ ab authoritate & potestate xpi aliquid dimi
nuit, ex q̄ id dicere, est affirmare qd̄ christus nō ascē
dit in cœlū, nec ascendere valuit, contra illud actū. i.
Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eū ab
oculis eorū. Cuncti intuerēt in cœlū euntē illum, ec
ce duo viri astit. iux. illos in vestib⁹ albis qui & dixē
rūt. viri galil. quid stas, aspice in cœl. Hic iesus qui ass.
a vobis in cœl. sic ve. quē ad. vid. eū eūstem in cœlū.
Et illud lucę. Et factū est dñ benediceret illis, recessit ^{lucę. xxxiij.}
ab eis & ferebatur in cœlum. Et illud act. iesum res
suscitauit deus cuius omnes nos testes sumus. dextera ^{actū. ij.}
igitur dei exaltatus, & promissione spiritus sancti, ac
cepta a patre effudit hoc donum quod videtis & au
ditis. Non enim dauid ascendit in cœlos, Dixit autem
ipse. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis,
donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Et il
ud apo. de christo dictum. Ascendens in altum capti
uam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, qui ^{ephe. iij.}
descēdit ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos. vt
adipleret oīa. Et etiā cōtra xpi dictū q̄ ipse nicodemus ioan. iij.

dixit. Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo filius hoīs qui est in cœlo. Nō dicit xps qui fuit in cœlo, sed qui est in cœlo, ac si dicere vellet q̄ in cœlo manens filius dei essentialiter in terrā venit assume re naturā humanā, semp̄ tamen, secundū eius essentiā ubique manens, & passione ab eo patri exhibita, post eius resurrectionē, quadragesimo die ascendit in cœlum post quem in corpore & anima ascendit beatissimā virgo maria, & post generalē resurrectionē ascēdent cū corpore & anima oēs beati. iux. p̄gallegatam apo. sententiam. Ascendens chri. in al. cap. du. Et istud chri. dictum. Nemo ascen. in cœl. nisi qui desc. de cœl. fil. ho. sic intelligendum est quod nullus post christū ascendit in cœlum, nec etiam ascendet nisi sit de corpore chri. mystico. cui⁹ caput est ipse chri. & nisi christo capiti per gratiam sit vnitus tanquam capiti membrum [aut] ne dixeris in corde tuo cogitatione aut intellectu in te ipso loquendo [quis descēdet in abyssum] ac si tua interna locutione diceres. Nullus est qui valeat descendere in abyssum [hoc] dicere & affirmare [est christū ex mortuis reuocare] & hoc, quia si nullus ante christi passionem exhibitam ex his qui mortui fuerant descendisset in abyssum vel in limbum, sed quicumque iustus post suam mortem ascēdisset in cœlum, non opus fuisset christum pro hominum liberatione mori, & postea ad inferos descendere, & tamen ipse descendit dicente apost. ad ephē. Quod autem descendit, quid est nisi quia & descendit, primum in inferiores partes terræ, & hoc ut genus humanum de manu mortis liberaret, iux. illud o. seg. De manu mortis liberabo eos, & de morte redimam eos, ero mors tua, o mors morsus tuus ero inferne [sed quid dicit scriptura] in deuteronomio. xxx. capite. istud subsequens dicit [prope est verbum in ore tuo & in corde tuo] in deuter. xxx. cap. iuxta transl. lxx. scri. iuxta te verbum valde in ore tuo & in corde tuo & in manibus tuis, vt facias illud, ex hac sensu

ephe. iiii.

oseg. xii.

tētia hāc extraxit apo. ppe est ver. in ore tuo & in corde tuo, & loquitur de christo verbo, de quo ioan. scrip. sit: verbum caro factum est, & tale verbum dicitur esse prope in corde & ore hominum per possibilitatem, per sufficientiam, efficientiam, & efficaciam, in omnibus per possibilitatem, Ex quo & si quis sit hominum qui non cognoscat christum, & eum ore non confiteatur, potest tamen quandoque actu ore puro ipsum confiteri sicut paruulus actu non ratiocinans, potest aliquando actu ratiocinari. In omnibus dicitur esse christus per sufficientiam, ex quo passione sua exhibitā ipse sufficienter genus humanum redemit. In eis est secundum efficientiā qui effectum passionis eius exhibere susceperūt, mediāte baptismatis sacramēto, fide, spe, & charitate, & actibus & operibus virtutum, in eis est secundum efficientiam qui vsque in finem in actibus & operibus virtutum perseuerant, & [hoc] verbum supra dictum est ipse christus, & [est verbum fidei] ex quo ipse christus est verbū & nullum aliud ab eo est verbum eternum, de quo est habenda fides. [Quod] nos apostoli [prædicamus] dicente petro, Deus autem qui prænūciauit per os omnium prophetarum pati christum suū sic impleuit, penitentiam igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra, vt cū venerint tēpora refrigerij a cōspectu dñi & miserit eum qui prædicatus est vobis iesū christum & scriptura actu, de apostolis, & illi quidem ibāt gaudentes a conspectu conciliij, quoniam digni habiti sunt pro no. iesu contumeliā pati. Omnī autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & euangelizantes christum iesum. [Quia si confitearis in ore tuo dominum iesum] vero & non falso ore coram hominibus confitendo christum esse verum dei filium & hominem, qui sua passione genus humanum redemit propter ipsum te concrucifigendo cum vitijs & concupiscentijs. [Et in corde tuo credideris] absque hætatione fide, quæ per dilectionē operat. [Quod

ioan. i.

actu. iij.

actu. v.

deus suscitauit illū a mortuis] firmiter credendo quod
 christus tertia die resurrexerit, & mediante tali credulitate te ipsum a morte peccati suscitando mediante
 fide charitate & spe [saluus eris] ex quo si in hoc statu usque in finem permāseris, tibi contribuatur vita
 eterna, & te coram patre cœlesti confitebitur christus ipso dicente. Qui me confitebitur coram hominibus
 confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est, [cor de enim creditur ad iustitiā,] & hoc quia
 qui firmiter credit quæ credenda sunt ex fide iustificatur [ore autem confessio fit ad salutem] consequendam & habendam, quia dominus deus nō solum est dominus animæ, sed etiam & corporis. Et exinde ab adulto vult sibi seruitium impendi a sua anima, & etiam a membris corporis, & vult omnē linguam confiteri iesum christum, & eius euangeliū [dicit, n. scriptura] in esaya, xxviii, capite iuxta transl. lxx. Et credens in eo non confundetur: loco cuius eam declarando, istam ponit apo. [omnis qui credit in eum]. Iesum christū firma fide absque hēsitatione credendo deū esse trinū in personis & vnū in essentia, & christum esse deum & hominē generis humani redēptorem, & vera esse quæ deus pater prædixit, ac etiam christus, siue per se, siue per suos prophetas, siue per suos apostolos, siue per ecclesiam christi corpus mysticū, & hæc credendo vnitus sit christo per gratiam tanquam capiti mēbrum [nō confundetur] quia non erubescet in generali iudicio, sicuti erubescunt hi qui bus christus dicit. Ite maledicti in ignē æter, qui patet. & ange. eius, nec sua spe frustrabitur, qua firmiter sperauit saluari, ex quo de numero eorum erit quibus in generali iudicio christus dicit. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi, & hæc ideo iusto accident, quia dum esset in hac via non erubuit confiteri iesum christum, quia signum sibi dum baptizaretur in fronte positum quo ad illius exequutionem seruauit.

luce. x. &
 math. xii

mat. xxv.

ibidem.

Ideo enim baptizati chrismate liniuntur in fronte signo crucis vt ipsum crucifixū confiteri non erubescant. In esaya cap. xxviii. secundum transl. nostram habetur. Qui crediderit, non festinet, & loco illius sententiæ hanc hic ponit apo. Omnis qui credit in illum non confundetur. Ponens hæc verba apo. iux. transl. lxx. interpretum loquitur. quæ tamen cōuenit cum ista. Qui crediderit non festinet. Ex quo ille dicitur festinare (vt intendit esayas) qui delusum se reputat, quia cito non adipiscitur quod sperabat, qui credit, sed propter nimiam leuitatem sui spiritus quando que hēsitat, & exinde similis est fluctui maris, qui a vento mouetur & circumfertur, nunc credēs deo deū & in deum, christo christū, & in christū, postea credens deum, sed non deo, aut in deum, & christum, sed non christo, aut in christum, & exinde qui credit & credendo, nō festinat, ex quo in sua credulitate nō hēsitat, sed firmus est firmiter credendo deo, deum & in deum, christo christum, & in christum non delusum, se reputans si cito nō adipiscatur quod sperat sed in deo confirmans cor suum in hac via patienter expectat regnum deī. Si in tali statu usque in finem permanserit, non confundetur in generali iudicio.

¶ Non em̄ est distinctio iudei & greci. Non idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit.

¶ Hic accipit apo. grecū pro gētili incircūciso. Ille dicitur diues qui in bonis habūdat, qui plura possidet bona, siue tēporalia, siue spūalia, si tēporalia tēporaliter diues dicitur. Si spūalia spūaliter. Ille dicitur in aliquē diues, qui eū ditare potest, & qui potentiā reducit in actū, ei plura conferēdo bona. Ita vt is qui ab aliquo suscipit bona. (Gsa exēpli) plato a sorte vtatur his bonis

iacobi. i.

Textus.

nam.

Notula.
 diues.

ad commodum fortis aut saltem iuxta voluntatē fortis a quo suscepit bona: ita ut bona semper sint illius a quo suscepit, puta fortis. Nam & si plato a sorte suscepisset bona, & non vteretur illis ad commodum fortis, nec iuxta eius voluntatem, a quo bona suscepit, & si bona semper essent fortis, non tamen sortes diceretur in platonem diues, quamuis esset diues bonis, quæ pro eo habet plato: dicens apo. diues in omnes qui inuocant eum & similiter. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit, accipit inuocare pro eo quod est mediante fide quæ per dilectionem operatur in se per effectum & deuotum cultum vocare dominum, siue hoc sit mediante oratione, siue mediante confessione.

inuo. c.

expo. tex. ad literam Non enim credentium in christum corde ad iustitiam, & ore ipsum confitentium ad salutem [est distinctio iudæi & græci] siue gentilis incircumcisi, quia testimonium perhibente petro non est personarum acceptor deus, sed in omni gente quæ timet deum & operatur iustitiam acceptus est illi. [Nam idem] vnus & idem deus trinus in personis, & vnus in essentia est [dominus omnium] ex quo tam gentiles quam iudei os creauit etiam omnem creaturam: dicente iudich. deus caelorum creator aquarum, & dominus totius creaturæ, & etiam quia omnem creaturam regit: & uti vult, disponit, & non est qui suæ valeat resistere voluntati, mardocheo dicente, domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati. Si decreueris saluare israel, tu fecisti caelum & terram, & quicquid caeli ambitu continetur deus omnium es. nec est qui resistat maiestati tuæ [diues in omnes qui inuocant illum] diues est ipse dominus deus, quia in ditione sua cuncta sunt posita, diues est dominus noster iesus christus: quia in eo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae reconditi, & etiam quia sibi data est potestas in caelo & in terra, & omnium quæ in eis sunt. Et ipse in omnes qui

act. x.

iudich. x.

hester. xiiij.

collocē. ij.

math. vii.

eum inuocant seu mediante fide quæ per dilect. ope. in seipsum per affectum & deuotum cultum ipsum vocant, diues est, quia ipse eos ditat eis plura conferendo bona gratiæ & virtutū, & quandoque etiam bona temporalia, quibus ipsi vtuntur, non ad commodum do. no. iesu christi, sed conformiter ad voluntatē eius & ad commodum eorum [omnis enim] quisquis ille sit siue gentilis siue iudeus cuiuscunque gradus aut conditionis existat. [Quicumque] ille sit, siue diues, siue pauper, siue magnus, siue paruus [inuocauerit nomen domini] fide spe, & charitate mediantibus in seipso humiliter & deuote deum inuocando [saluus erit] in hac via in spe per gratiam in patria in re per gloriam dum modo perseveranter modo suprad. dominum inuocet. Nam sic inuocando a do. deo exaudietur, in persona domini regio propheta dicente. Quonia in me sperauit liberabo eum, protegam eum quonia cognouit nomen meum: clamauit ad me, & ego exaudiam eum.

psal. xc.

Textus.

Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei, quem non audierunt. Quomodo autem audient sine prædicante. Quomodo vero predicabunt nisi mittentur. Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium, pacem euangelizantium bona.

Notulæ.

Hic accipit apo. inuocare prout supra accepit pro eo quod est mediante fide quæ per dil. ope. in se per affectum & deuotum cultum, do. deum vocare: hic dicens apo. Sicut scriptum est, quam speciosi pedes euangelizantium pacem euangelizantium bona accipit pedes pro bonis actionibus: iuxta illud zacha. illumina lucæ. i. re his qui in tene. & in ym. mor. se. ad dirig. pe. no. in

psal. xlvi.
euangelis
zate.
i. corint. f.
esay. lxiij
psal. xxvi

viam pacis, hoc est actiōes nostras in viam pacis, etiam accipit pedes pro verbo prædicationis, iuxta illud dauid. Subiecit populos nobis & gentes sub pedibus nostris, id est sub verbo prædicationis nostræ. Et accipit euangelizare pro eo quod est vere christum annunciare, & reconciliationem & concordiam, quæ mediante christo, de nobis ad patrem facta est, & etiam pro his quæ christo conueniunt, & eius corpori mystico quod est ecclesia, & hic accipit bona pro trinitate, quæ in tribus consistit personis, in quibus vna est essentia, & similiter pro bonis quæ nobis mediante passione christi exhibita collata sunt, & pro his bonis quæ beatis in patria competunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit: de quibus regius psaltes dicit. Credo videre bona domini in terra viventium.

expo. tex.
ad literam
hebre. xl.
psal. xv.
ij. cor. iij.
ioan. x.

[Quomodo ergo] homines quicūq; sint illi [inuocant] dominum deū patrem aut iesum christū [in quæ] deum patrem, aut iesum christū, [non crediderūt] ex quo nullam de deo patre, aut etiam christo iesu fidem habuerunt, & exinde quia fide caruerunt per inuocationem accedere ad deum patrem aut christum non valuerunt, dicente apo. Credere, n. oportet accedentem ad deū quia est, & inquirētibus se remunerator sit, nec ipsum (vt fieri debet) deū ore confiteri potuerunt: dicente dauid. Credidi propter quod loquutus sum. Et apo. habentes autem eundē spiritum fidei, sicut scriptū est. Credidi propter quod loquutus sum, & nos credimus: propter quod & loquimur [aut quomodo credēt ei quæ nō audierunt] nec ore mentis, nec ore corporis, nec ore mentis, ex quo interno auditu non audierūt, nec deum patrem, nec spiritum sanctum, nec christū qui tanquā verum verbum, & ratio interna in corde loquitur, & de pietate docet, & de iustitia suadet, & de castitate & de pudicitia & de cæteris virtutibus, & eius vocē audiunt eius oues, ipso dicente. Oves meæ vocē meā audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Hinc res

psal.
lxxxiiij.
ij. co. xij.
math. x.
math. vlt.
marci. vlt.
esaye. lxi.

gius psaltes dixit. Audiam quid loquatur in me dominus deus, & apo. alia eius ouis scripsit. An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus. Et istud verum esse ostendens ipsemet christus suis apostolis dixit. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Nec etiam audierunt ore corporis christum. Ex quo in hac via non audierunt christū prædicantem, nec apostolum, nec aliquem christi fidelem eis christum annunciantem, nec deum, nec quid sit deus. Et exinde cum fides non habeatur, nisi per reuelationem, quæ sit a deo, aut ab angelo, aut per loquutionem exteriorem, quæ sit ab homine, & nulla talis sit eis facta quomodo credent ei scilicet deo patri aut christo, certe istud fieri nequit, [Quomodo autem audient] ea quæ credere debent auditu exteriori, [Sine prædicante] sine annunciante, ea quæ credenda sunt, & hoc, quia auditus exterior est passio quædam audientis quæ absque actione loquentis esse non potest. Vnde & dominus discipulis suis dixit, Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. docentes eos seruari omnia quæcunque mandauimus vobis, Euntes in mundum, vniuersum, prædicauit, omni creature. [Quomodo vero hi qui euangelium annunciant] re valent [prædicant] authoritatiue efficaciam & officium prædicationis assumptas, illud officium executioni demandant, vt alij ad christum conuertantur, & qui conuersi sunt in eo stabiles & firmi permanent [nisi mittentur] aut a deo immediate aut mediante authoritate prælatorum, qui vicem dei gerunt. Nam nullus prædicationis officium assumere debet, nisi a deo sit missus aut immediate aut mediate. In cuius rei signum nec ipse christus prædicare voluit, nisi a deo patre missus. iuxta illud de eo dictum. Spiritus domini super me eo quod vnixerit me, ad annunciantem dum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde

file. xxiij.

de, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis
aperitionem. Et exinde in persona domini dicitur. in
nouissimis diebus intelligetis consilium eius. Non mi-
tebam prophetas & ipsi currebant, non loquebar ad
eos & ipsi prophetabant: [Sicut scriptum est] esayc
lij. [Qua speciosi pedes euāgelizantium pacē euāg.
bona] vbi in suprad. cap. esayc iux. transla. lxx. scribi-
tur. sicut hora super montes, sic pedes annunciantes
auditum pacis, sic annūciantis bona: loco cuius litera
nostre trāslationis quæ est hieronymi sic habet. quam
pulchri super montes pedes annūciantis & prædican-
tis pacem, annūciantis bonum, & cōformiter ad istud
Naum. i. iux. transla. lxx. scribitur. Ecce super montes
pedes tui euangelizantis & annūciantis pacē. in eodē
loco idem habet nostra trāsl. excepto quod illic non
ponitur tui. ibi per montes tam esayas quam naū pro-
phe. apostolos intelligit. de quibus in psalmis scribitur
Fūdamenta eius in montibus sanctis. Ascendunt mon-
tes & descendunt campi, in locum quem fundasti eis
Qui emittit fontes in conuallibus inter medium mon-
tium pertransibunt aque. [Quam speciosi] quam pul-
chri & quam decori & quam recti sunt montiū seu
apostolorum [pedes] bonæ actiones & affectus, qui
bus non intentione laudis aut lucri progrediuntur ver-
bum dei annūciantes, sed propter omnium salutem
& dei gloriam, de eis ezechi. dicente. Pedes eorū pe-
des recti. [Euangelizantium] bene & recte & vera-
citer annūciantium christum & que ei conueniunt &
ecclesie, tam triūphanti quam militanti, & membro-
rum eius cum patre reconciliationem. [Pacē] quam
christus fecit inter deum patrem & homines: apo.
inquirente. Omnia autem ex deo qui nos reconciliauit
sibi per christum. & dedit nobis ministerium recon-
ciliationis, quoniam quidem deus erat in christo, mun-
dum reconcilians sibi. Et supra cap. v. Pacem habe-
mus ad deum per do. nostrum iesum chri. Et etiam
annūciantium pacem habendam cū omnibus homini

psal.

lxxxvi.

psal. ciiij.

ezechi. i.

ij. cori. v.

bus: Apo. infra cap. xij. dicente, si fieri potest quod ex
vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes,
etiam annūciantes pacem qua homo in se est pa-
cificus, & cum deo pacem habet, de qua dicitur. Pax
multa diligentibus legem tuam. Pacem annūciare
apostolis præcepit christus eis dicens. Intranses autem
in domum salutate eam dicentes, Pax huic domui. In
quacunque domum intraueritis primum dicite. Pax
huic domui. [Euangelizantium bona] quæ primo
consistunt in eo qui trinus est & vnus, & exinde in bo-
nis a christo tam beatis quam viatoribus collatis. hæc
euangelizauerunt apostoli, ex quo ipsi vti decet &
expedit bene & veraciter & integre hæc annūcia-
uerunt, quando in omnem ter. exiuit so. eorum & in
fi. or. ter. ver. eorum processerunt.

Sed non omnes obediunt euangelio. Textus.
Esayas enim dicit. Domine quis cre-
didit auditui nostro. Ergo fides ex au-
ditu, auditus autem per verbū christi.

Est euangelium bona annūciatio de christo, &
his que in eo sunt, & quæ ex eo processerūt, & etiam
de corpore eius mystico quod est ecclesia, & que tali
corpori conueniunt. Hic accipit apo. auditū pro audi-
tu quo deum eis interne loquentē audiunt, de qua in-
terna locutione dictū est supra in hoc cap. super illud.
Aut quomodo credent ei que non au dterūt, & etiam
pro auditu quo aliquis audit alium sibi loquentē. Est
verbum christi internum est & verbum christi ex-
ternum. Verbum christi internū est ipse christus per
inspirationem interne loquens homini, & etiam ver-
bum quo quis in merito passionis christi exhibet in-
terne inspiratur, aut quo quis ante passionē chri. ex-
hibitam est in merito passionis christi exhibendē in-
spiratus. Verbum christi externum est verbum quo
chri. dum esset in terris est, aliquem aut aliquos alle-

psa. cxvij.

matth. xij
Luc. x.

Notule.
euāgelij.

Auditus.

verbum
christi inter-
num

verbum xpi
externū.

quatus verbo exteriori, est etiā verbū quo quis chrī-
stum prædicat aut virtutes quę in ipso sunt, aut quo
quis viam xpī & eius præcepta ac mādātā docet ins-
struit ac loquitur.

expo. tex. [Sed non oēs] nec iudæi nec gētiles ex quo iudæo
ad literam rum aliqui sic & aliqui non. & gentiliū aliqui sic &
aliqui non [obediunt] parent. [euangelio] bonę. s. an-
nunciacioni de chrīsto & de ecclesia corpore eius my-
stico [esayas. n. dicit] liij. cap. iux. trā [la. lxx. [domine
quis credidit auditui nostro] in suprad. loco esa. in no-
stra translatione quę est hiero. non habetur domine
[dñe] deus qui oīa creasti, a quo oīa dependent in esa
se & conseruari in cuius ditione omnia sunt posita, a
quo omne bonū perfectū & omne datum optimū de-
pendet. & sine quo factū est nihil [quis] iudæorū. iōā
ne de iudæis dicente. Cū autē tanta signa fecisset corā
eis non credebant in eum vt sermo esaye. impletur
in quo dicit. Quis credidit auditui nostro. & brachiū
domini cui reuelatū est, quis ergo iudæorū certe eorū
modicus numerus, rarus, & non habundans & fere
nullus [credidit] fide quę per dilectionē operatur [au-
ditui nostro] auditui, s. prædicationis, quā a te audiui-
mus, & quia illud a te audiui & ei adhesimus no-
ster auditus dicitur, & alijs audienda proponimus ve-
luti legati a te domine deus missi, adimpleta sententia
abdię cap. v. nico. quę dicit auditum audiui a domino & le-
gatum ad gentes misit [ergo fides] qua quis quę cre-
denda sunt, credit, est [ex auditu] tam interno quam
externo, interno quo audiunt patrem & filiū & spi-
rituū s. eis loquentem, iterne dei loquutioni adheren-
do, externo quo audiunt verba illius qui eis annūciat
quę credenda sunt [auditus aut] qui ad fidē exigitur,
est [per verbū chrīsti] quo interne ipse chrīstus cre-
dentes alloquitur & quo dum eū hominibus conuer-
saretur est externo verbo viatores allocutus, & etiā
exteriori q̄ quis chrī. & eius voluntatē annūciat est
producta fides & auditus ad fidē requisitus, ex quo tā

le verbum peruenit ad aures corporis, & mentis au-
res aperit, nisi enim proponeretur verbū dei, non esa
set auditus ad fidem dispositiue inducens.

Sed dico nunquid non audierunt, Textus.
**& quidē in oēm terrā exiuit sonus eo-
rū & in fines orbis terrę verba eorum.**
Hic accipit apo. auditū pro auditu quo quis audit
verba annunciantis ea quę credenda sunt accipitur, Notulę.
auditus.
hic terra pro ea terra quam in hac via habitamus, &
etiā pro hoīe qui ideo dicitur oīs terra quia cū terra
coelesti participat, de qua scribit dauid, credo videre psal. xxvi
bona dñi in terra viuentiū, & hoc, quia propter illam
consequendā est ipse creatus, & quia vt ad eā perue-
niat est ei a chr. collata gratia redemptionis, & etiam
participat cum terra mundana in esse & produ-
cere fructum. Fines orbis terrę dicuntur finales par-
tes terrę, etiam dici possunt homines, fines orbis ter-
rę, & hoc, quia ppter hominē creata est terra, & oīa
quę in ipsa sunt. Hic per sonū intelligit verba quę ab
apostolis processerunt aut ab eis qui doctrinam illo-
rum susceperunt accepta ab his qui ea audierunt secū-
dum simplicem prædicationē & sonum cōmunem s̄i
dei. Et per verba intelligit ea verba quę ab apostolis
processerunt aut ab eis qui doctri. apo. susce. accepta. verba.
ab his qui ea audierunt non præcise secundū simplicē
prædicationem & cōmunē sonum fidei, sed etiā secun-
dū explanationē sapientię & rationē fidei in eis cōten-
tā: ita vt valeant tales veritatē in talibus verbis con-
tentam cognoscere.
[Sed dico] ego paulus apo. [nūquid] iudęi [nō au-
dierūt] xp̄m prædicantē & eius euāg. [& quidē] ve-
raciter dico, audierūt & chrī. prædicantē & eius euā-
geliū, eis ab eo missi apost. vt prædicaretur eis ipse
xp̄s ac eius euangelium, & non solum ad eos illa de
causa missi sunt a postoli sed etiā & ad gentiles. expo. tex.
ad literam

ista esse testatur apo. dictum regij prophete. psal. xviii
 in medium adducens istud [in omnem terram] per qua
 drificum orbem hominibus, qui ideo omnis terra di
 cuntur quia participationem per dei gratiam habent
 cum terra celesti. ex quo intellectuales sunt, sicut &
 illi qui sunt in terra celesti, apti nati ad eam peruenis
 re, & etiam quia cum terra mundana participa. ha.
 in esse & produ. fructum. [Exiuit sonus eorum] apo
 stolorum. ex quo fama doctrinae apostolorum per qua
 drificum orbem diffusa est, etiam incredulis homini
 bus annunciationis christi & euangelij quae ab apo
 stolis aut apo. successoribus annuntiata est eis sonum
 comunem fidei suscipientibus & quae homini ad salu
 tem expediunt [& in fines orbis terrae] in extremas
 terrae partes hominibus qui ideo fines terrae dicuntur,
 quia propter hominem creata sunt terrena per apo
 stolorum aut suorum successorum, perueniunt [ver
 ba eorum] apo. eruditus hominibus distinctae apo. do
 ctrinam suscipientibus, ita ut eam alijs declarare vale
 ant. Dicit aure. pater aug. in epistola. lxxx. ad quesi
 tiones episcopi responsiva istud dictum apostoli & re
 gij prophete. tempore apostolorum nondum completum
 fuisse imo (ut ipse ait) tempore suo quaedam gentes
 erant in aethiopiae partibus quibus non erat christi fides
 praedicata, sed quia apo. sicuti & dauid praedicebat haec
 sua dicta complenda, usus est sicuti & dauid praeteris
 to pro futuro & eisdem verbis quibus psal. xviii. usus
 fuerat dauid, & ita quandoque utitur scriptura praes
 terito pro futuro sicuti in loco praedictato usus est da
 uid & etiam psal. xxi. quando illic in persona christi di
 cit. Foderunt manus meas & pedes meos, dinuerunt
 oia ossa mea. Quod quidem dauidis dictum non ante
 mortem eius sed longe post, impletum est & non
 solum praeterito pro futuro utitur scriptura sed etiam
 & praesenti, apo. thimoteo dicente. Quae est ecclesia
 dei viui columna & firmamentum veritatis & mani
 feste magnum est pietatis sacramentum quod mani

Nota.

i. thimo. iij.

festum est in carne, & iustificatum est in spiritu apo
 paruit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est
 in mundo, assumptum est in gloria in hac autoritate
 apo. istud vltimum eius dictum. assumptum est in glo
 ria, manifestum est nondum impletum esse. Nam
 ecclesia tunc assumetur in gloria, quando adimple
 bitur istud christi dictum. Venite beati patris mei.
 possidete paratum vobis regnum a constitutione mu
 di, & (ut dicit idem aure. pater august.) cum nondum
 sit completum istud apost. dictum, a fortiori nec com
 pletum erat tempore apostoli istud eius dictum. In om
 nem terram, ex. fo. eorum. & in fin. or. ter. ver. eorum. &
 tamen tanquam factum ab eo assertum est, quia cer
 to sciebat illud futurum non tamen a solis apost. imple
 dum, sed etiam ab his qui eis successerunt. Nam ver
 ba quae ad apostolos dirigitur non solum de eis ve
 ritatem habent sed de alijs ut est istud christi. verbum
 ad apostolos directum. Ego vobiscum sum om. dieb. vs
 que ad consummationem seculi, quod quidem dictum
 veritatem habet non solum de apostolis, sed etiam de
 omnibus fidelibus & similiter istud, eritis mihi testes
 in hier. & in om. iudaea & sama. & vsq. ad vlt. terram.
 Non solum de eis verificatur, sed etiam & de eorum
 successoribus. Sicut & istud suis apo. Ita & vos cum
 videritis haec omnia scitote, quia prope est & in ier
 usal. Et iterum ad eosdem: Ita & vos cum videritis haec
 fieri scitote quoniam prope est regnum dei. Ad eos per
 tinet qui in carne tunc erunt cum omnia implebuntur
 & ex his concludit aure. pater august. a fortiori istud
 dictum, in omni terra. & cetera. ex magna parte per apo
 stolos agendum fuisse, & per suos, posteros comple
 dum. Et cum christus de iudeis dicat. Si non venissem
 & loquutus fuisset eis peccatum non haberent, dici
 tur si ad aliquos utputa ad eos qui a christi incarnatio
 ne hucusque in filijs nutriti fuerunt, aut in filijs non
 perueniret de christo annuntiatio, nec de eius euang. ta
 les excusationem habere de peccato infidelitatis, ex quo

mat. xxv.

math.
xxviij.

actu. i.

mat. xxiiij.

luc. xxi.

ioan. xv.

nec ipsi loquentes dominū per se nec per suos apo. nec eorū successores audierunt, non tamen beneficiū dei cōsequenter vt. i. iustificētur ab alijs peccatis vel que nascendo cōtraxerunt vel male viuendo addiderunt, sed pro eis merito dñs abuntur, si qui tamē eorū fecerunt quod in se est dñs deus eis secundū suam miseris cordiam prouidisset mittendo eis p̄dicatorem fidei, sicut petrum misit corneio, & paulum macedonibus.

act. x.
actu. xvi.
Textus.

¶ Sed dico, nūquid israel non cognouit, Primus moyses dicit ego ad emulationē vos adducam in non gentē in gentem insipientem, in iram vos mittam,

Notulæ.
israel,
emulatio.

actu. xii.

¶ Hic accipit apo. israel pro israhel secundum carnem seu pro iudæis qui secundum carnē ex iacob qui dictus est israel, descenderunt. emulatio quādoq. in scripturis accipitur pro zelo vt in initio huius capituli declaratum est aliquando pro imitatione. Aliquando pro studio & aliquando pro inuidia seu inuidentia. emulatio zelus dicitur iuxta illud act. Videntes autem turbas iudæi repleti sunt zelo, & contradicebāt his quæ a paulo dicebantur blasphemantes: gens dicitur hominum particularis natio vt est francorum aut angolorum aut theutonicorum viuens aliquo modo particulari quo ad modum conuersandi, & quo ad habitus, & quo ad loquelam, a iure gentium dicta gens quia talis natio non annunciato ei euangelio secundum solum ius gentium viuunt absque lege fidei.

expo. tex.
ad litteram

¶ [Sed dico] ego apost. de iudæis loquens [nūquid israel] iudæorum populus [non cognouit] ex vero intellectu legis mosaicę ea quę pertinent ad christi misterium & ad vocationem gentium & casum iudæorum, Plane & certe dico quod illud cognouit etiam instructus per legē: & ita esse de claro [Primus moy-

ses] legislator post christū & inter iudæorum doctores p̄cipuus ac eorum propheta eximius iux. illud deuter. Non surrexit propheta in israel sicut moyses quem nōset dñs facie ad facie [dicit] deuter. xxxij. Et in ordine dicendi primo, quia ipse inter alios primus fuit qui dixit quæ sequuntur [ego ad emulationē vos adducā in non gentem, in gentem insipientem. in irā vos mittam] in deuter. xxxij. cap. iux. translationem lxx. scribitur, ego prouocabo eos in non gente, in gente. stulta irritabo illos quoniam ignis succensus est in furore meo, loco cuius nostra habet translatio ego prouocabo in eo qui non est populus & in gente stulta irritabo illos: ignis succensus est in furore meo: & sententia tam. lxx. quā nostrę translationis conuenit sententię apo. quia hic dicit [ego] dñs deus [ad emulationē vos adducā] prouocatione qua vos iudæos prouocabo ad inuidiam aut inuidentiam non quidem in vobis causando malitiam, sed vestris demeritis a vobis subtrahendo gratiam ex cuius subtractione occasio naliter a me prouocati eritis in inuidiā, aut inuidentiā, si tñ vestra cognoscatis delicta vos adducā ad imitationē populi christiani [in non gentē] in eos qui fidem susceperunt, qui ideo dicuntur nō gens, quia non sunt vna particularis natio secundū solū ius gentiū viuēs absque regulis fidei sed sunt ex oibus gentibus vnus populus secundum regulas fidei viuens [in gentem insipientem] in gentiles qui antequam conuerterentur ad christum ideo dicebantur gens quia secundum solum ius gentium viuēbant absque regulis fidei, & ideo insipiens gens dicebantur, quia solam prudentiam huius seculi (quę stultitia est apud deum) imitabantur nihil credentes, nisi quæ ab eis oculis corporali videbantur aut quæ ex ratione naturali concludebāt, false & erronee concludendo idola pro deo vero colenda esse, sed post eorū conuersionē ideo gens insipiens dicuntur, quia iux. opinionē infidelium stulti

deute. vii.

i.co.i.

i.cor.i.

i.co.ii.

math.xxi

Textus.

Notulę.

apparere.

& insipientes nominentur imitando christum, & que in christo sunt, que pagani infideles stultitiam vocant iuxta illud apo. Nos autem predicamus christum crucifixum, iudeis quidem scandalum, sed iuxta opinionem infidelium eos stultos esse multum placet deo, iuxta illud apo. Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes, & hac stultitia christifidelium stultum esse monet apo. dicens, Si quis vis detur inter vos sapiens esse in hoc seculo stultus fiat ut sit sapiens [in iram] in indignationem, in iracundiam contra christum, & eius discipulos & christifideles [vos] iudeos incredulos [mittam] ego dominus deus pater non quidem in vobis causando malitiam aut iracundiam, sed vestris demeritis a vobis meam subtrahendo gratiam, quam gentibus conferam, eos ad conuiuium eternum inuitando, & dei filios vocando, ex cuius gratie subtractione & gentibus gratie collatione occasionaliter a me prouocati eritis in iram & iracundiam contra christum, & irritati eritis contra eius discipulos & christifideles, qui ges stulta a vobis dicuntur, & quia tales permanetis succensus est ignis in furore meo quo auferetur a vobis regnum & dabitur genti facienti fructus eius.

Esayas autem audet & dicit, inuentus sum, a non querentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant, ad israel autem dicit, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem sed contradicentem mihi.

Hic accipit apo. israel pro his qui a iacob secundum carnem qui dictus est israel descenderunt. Hic accipitur apparere proprie pro eo quod est subito & insperate ad aliquem venire qui pro tunc talem aduentum

non sperat sicuti ad Abraham venit dominus & ad Zachariam. Hic accipit totam diem non solum pro maiori parte diei per Synecdochen qua pependit in cruce Christus, sed etiam pro toto tempore quo ipse cum iudeis, & cum ceteris in terra conuersatus est illuminando mundum doctrina, oratione, & miraculis. Hic per expensas manus Christi non solum intelligit Apo. manus eius que in cruce pro maiori diei parte expense fuerunt, sed etiam collationem bonorum & eorum continuationem a quorum intentione Christus nunquam cessauit. Apostolus dicens Esayas autem audet & dicit usque ad illud. Ad Israel autem dicit. vna cum Esaya de misericordia gentibus collata loquitur. Dicens ad Israel autem dicit usque ad finem textus de ingratitude & malitia iudeorum loquitur. Esayas autem Christi propheta audet, cum audacia loquitur de salute gentium, quia quamuis sciret sibi imminere periculum & mortem qua Manasses rex (ut Hebraei testantur) ferrum lignea eum interimere fecit. Attamen abiecto timore predicabat dei gratiam. & dicit, Prophetice loquendo in persona Christi Inuentus sum ego dominus deus & Iesus Christus a non querentibus me gentibus, qui me per fidem non cognoscebant, nec in scripturis aduentum meum scrutabantur sicut iudei qui adhuc in libris suis aduentum Christi querunt & expectant. Palam publice, manifeste, non per enigmata & figuras sicut in lege, sed manifesta veritatis cognitione apparui his gentibus, spote & gratia mea me eis offerendo, me ab illis inuenire faciendo per fidem, qua credendo fide que per charitatem operatur me contemplantur, suscipiunt, & inueniunt: ita ut in mei commemoratione eis reliquerim sacrificium iuge quod sub specie panis & vini verbis sacramentalibus a sacerdote prolati cum intentione consecrandi, verum Christi corpus & sanguis sit & existat qui me non interrogabat ex quo, ab aliis non sciscitabantur quomodo possent ad me deum venire, cum tamen essent velut filius prodigus, ex quo, omnia bona sua exposuerant cum idolis luxuriose viuendo. Ego velut verus pater, misericordia motus eorum volens subleuare miseriam ad eos ex improuiso veni.

ni & eis apparui. Et ita ad gentiles venit dominus tempore quo ipsi eum non sperabāt, subito ad eos mittēdo apostolos & discipulos qui eis annunciarunt Christum & eius euangeliū: & ipsi gentes Christo & eius euangelio adherentes Christum queserūt, qui ante, eum non interrogabāt, & eum sibi propitium intenerunt: quāuis anteq̄ ad eos veniret ipsi eū non inquisierint. dicente Esaya. 65. cap. iuxta transla. 70. Apparui me non querentibus, inuentus sum me, non interrogantibus. Quam sententiam imitans apostolus & eam declarans hic ait: Inuentus sum a non querentibus me. Palam apparui his qui me nō interrogabant. Et postq̄ istud dixit apostolus ostēdit Esayā prenunciāsse incredulitatem Iudaeorum dicēs ¶ ad Israel aut̄ ¶ ad Iudēos & cōtra Iudēos ¶ dicit ¶ Esayas. 65. cap. ¶ Tota die expandi manus meas ad popu. non credentē, sed contradicentem mihi ¶ In esayē capite nuperrime ab legato secundum transla. 70. habetur. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum & contradicentem qui non ambulauerunt in via bona sed post peccata sua. Populus hic exacerbens me in conspectu meo semper: a cuius sentētia nō recedit Apo. ex quo populus nō credens dño deo est incredulus cōtradicēs dño, & ambulās in via non bona post cogitationes suas & peccata sua, & sic ambulando cōtradicat domino deo, exacerbando eum etiam in cōspectu suo, & exinde eū ad iracūdiā prouocat. ¶ Tota die ¶ pro toto tempore quo ego Christus in hoc mūdo cū hominibus morat̄ sum eos illuminādo ¶ Expādi manus meas. ¶ Pro maiori parte diei in cruce in eis affixis clauis pro generis humani redemptione. Et non solū hoc modo expandi manus meas, sed etiam vt verus credentiū parens & pater manus meas in filios expādi largitatē honorū eis cōferēdo, leprosis sanitatē reddēdo, cæci nati oculos protinus aperiēdo, sicq̄ cetera iuste petētib⁹ cōferēdo, ita vt nihil eis denegauerim, sed eis continue bona contulerim, a quorū collatione nō cessauī ¶ Ad populū ¶ Iudaeis cum ¶ nō credentē ¶ verbis Christi, nec ei⁹ miraculis, nec eius operibus quæ de ipso testimoniū perhibebāt Christo Iudæis dicēte Scrutamini scripturas quas putatis in ipsis

Ioan. 5.

vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimoniū perhibent de me, & nō vultis venire ad me vt vitā habeatis. Est qui accusat vos moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis moysi, crederetis forsitan & mihi. De me em̄ ille scripsit: si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis ¶ Sed contradicentem mihi ¶ contradixit populus Iudaicus Christo. Iudæi etenim cæco nato dixerunt: Nos scimus quia Moysi loquit̄ est deus, hunc autem nescimus vnde sit. Et illi in cruce pendēti etiam hæc sunt loquuti: Vah qui destruis templū dei, & in triduo illud reedificas: Salua te ipsum. Si fili⁹ dei es, descende de cruce. Etiam operibus Christi cōtradicat de eo Phariseis dicentibus. Hic non eicit demones nisi in beelzebuth principe demoniorum. Et similiter de eo in cruce pendente principes sacerdotum cum scribis & senioribus ista dixerunt. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce & credemus ei: confidit in deo, liberet nunc eum, si vult.

Ioan. 9.

Mat. 27

Mat. 12.

Mat. 27.

CAPVT XI.

Dico ergo, Nunquid deus repulit populū suum: absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Benjamin Non repulit dominus plebem suam, quam præsciuit.

¶ Dicens Aposto. Nunquid Deus repulit populum suum: loquitur de populo Iudaico, qui olim dictus est dei populus, peculiaris, & populus sanctus: iuxta illud Deuteronomi de eo dictum. Popul⁹ es sanctus domino deo tuo: Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terrā. Plebs dicitur quādoq̄ vilior pars populi, id qua ciues non in sunt, & quādoq̄ hominum collectio. Quando hic ait Apost. Non repulit deus plebem suam quā præsciuit: accipit præscire pro præscientia secundum propositū, qua ab æterno dominus deus præsciuit aliqua fore antequam essent, & præsciendo qualia futura essent in eis amorem suum finalem affectū que posuit ad æternam gloriam eos approbando.

Notula.

Deute. 7.

Plebs.

Præscire.

Expositio
textus ad
literam.

¶ Dico ergo J Ego Apostol. vobis gentibus quæ sequuntur ne ex meis dictis precedentibus, quibus de Iudeorum abiectio cum autoritate prophete loquutus sum occasionem sumatis eos spernendi, ac si omnino a domino deo essent abiecti ¶ Nūquid deus J propter multitudinem incredulorum in gente Iudaica ei contradicentium ¶ repulit populum suum J populum Israeliticum, qui ei fuit populus peculiaris a se reprobatus abiiciendo & longe ponendo ac totaliter a se expellendo. Huic questioni respondet Apostolus dicens ¶ Abiit J vt populus Israeliticus sit totaliter a deo repulsus & abiectus. Et istud ita esse probat, primo quantum ad suam personam, secundo quantum ad multos alios. Quantum ad suam personam dicens: ¶ Nam & ego J Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostol. segregatus in euangelium dei qui abundantius aliis omnibus laboraui, & in quo gratia dei vacua non fuit ¶ Israelita sum J a Iacob qui dictus est Israel secundum carnem descendens sicut & ceteri Iudæi qui Hebræi dicuntur, Hebræi enim sunt, & ego. Israelite, & ego. ¶ Ex semine Abraham J non profelitus, sed secundum carnem ex Abraham patriarcha & patriarchis Isaac & Iacob descendens, sicut & ceteri Iudæi, qui semine Abraham sunt sicut & ego ¶ De tribu Benjamin J veri filii Iacob quem habuit ex prædilecta sibi vxore Rachel. Erant in populo Iudeorum duodecim tribus distinctæ, iuxta numerum duodecim filiorum Iacob, quibus dominus benedixit. Attamen qui descenderant ex Iuda & Benjamin, magis gloriabatur, quia quando sub Roboam diuisum est regnum Israel, decem tribus adhererunt Hieroboam, & adorauerunt vitulos aureos, quos in Dan & Bethel constituit ipse Hieroboam. & duæ tribus solum manserunt sub Roboam. s. Iuda & Benjamin, & non fuerunt idolatræ, sed vnum coluerunt deum & Mosi legem obseruauerunt, propter quod (vt videtur) Apost. ait. Si quis alius videtur considerare in carne, ego magis circumcissus octaua die ex genere Israel de tribu Benjamin. Hebræus ex Hebræis, secundum legem phariseus. Et vere Aposto. Paulus verus fuit filius Benjamin: nam quæ corporaliter in Benjamin repta sunt, in Paulo adimpleta sunt. Rachel mortua

est in ortu Benjamin: & in Pauli spirituali regeneratione fere consummationem accepit synagoga, vt librum actu. apostolorum inspicienti constat: a nono capite vsq; ad finem, & cetera Pauli epistolas: Ciphus Ioseph inuentus est in ore facci Benjamin: ita & verbum C H R I S T I in ore Pauli. Ita vt ipse (sicut infra cap. xv. scribitur) ab Hierusalem, & per circuitum vsq; ad illiricum repleuerit euangelium Christi. Benjamin fuit lupus rapax mane comedens prædam, & vespere diuidens spolia, ei dicente Iacob. Benjamin lupus rapax mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Istud ad Benjamin Iacob dictum, in Paulo adimpletum est, ex quo ipse in iuuentute sua comedit prædā, quando ipse deuastauit ecclesiam dei per domos intrans & trahens Christianos, tam viros quam mulieres vincitos eos perdendo in Hierusalem, & tradendo in custodiam. ipse de seipso dicente: Audistis enim conuersionem meam aliquando in Iudaismo, quonia supramodum persequebar ecclesiam dei & expugnabam illam. Sed vespere ipse diuisit spolia, quando post suam conuersionem suis exhortationibus, monitionibus, scripturis, & prædicationibus spoliavit synagogam, & ad Christum populum Iudaicum & gentilem conuertit ¶ Non repulit deus J totaliter a se abiiciendo & expellendo ¶ plebem suam J hominum Iudeorum collectionem, quæ plebs domini ideo dicta est, quia ei fuit populus peculiaris de ceteris populis qui sunt super terram ¶ Quam præsciuit J præscientia secundi diu propositum, qua ab eterno dominus deus præsciendo futuros homines antequam sint eorum aliquos in dilectione finali habuit. An nescitis in Helia quid dicit scriptura. Quæ admodum interpellat deum aduersus Israel. Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & querunt animam meam. Sed quod dicit illi diuinum responsum. Reliqui mihi septem milia virorum qui non curauerunt genua ante Baal. Sic & in hoc tempore reliquie secundum electionem gratie dei, salutem facte sunt. Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia non est gratia.

Gen. 44

Gen. 49

Actu. 8.
& 9.

Galat. I.

Gen. 48
& 49.

3. Re. 12.

Phil. 3.

Gen. 35.

Interpellare iuxta dictū supra cap. 8. super illud. **Qui** etiā interpellat pro nobis, quādoq; accipitur pro eo quod est sub deo & Christo aliquem inter deum & homines mediare, aliquid partim pro hominibus per orationē petendo, partim contra homines inuocādo deum, vt eorum facta iudicet, & ita hic accipitur. Antequam in Hierusalē edificaretur a Salomone templum domino in diuersis locis ædificare potuerūt Israelitæ altaria domino, & exinde ædificauit Iosue altare domino deo Israel in monte Hebal, de lapidibus impolutis, quos ferrum non tetigit. Et filii Ruben & Gaad & dimidia tribus manasse edificauerūt altare domino in terra Chanaam, super Iordanis tumulos. Et Gedeon in effra ædificauit altare domino, vocauitq; illud: domini pax. Aedificauit etiam Saul altare domino: sed postquam ingressi sunt Israelitæ terram promissionis, & a Salomone edificatum est templum domino, non licuit eis nisi permissione diuina ædificare templū dño aliud a templo Hierosolymitano, vt in eo holocausta & victimas & decimas, & primitias, & vota, atq; dona & primogenita, domino deo offerent: Itavt non licuit eis in alio templo hæc offerre, domino per Moysen dicente: **Deut. 12.** Non facietis ita domino deo vestro, sed ad locum quem elegerit dominus deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi & habitet in eo: Venietis & offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarū, & vota atq; donaria primogenita boum & ouium, & comedetis ibi in conspectu domini dei vestri, & letabimini in cunctis ad quæ miseritis manum vos & domus vestræ, quibus benedixit dominus deus vester. Nō facietis ibi q̄ nos hic facim⁹ hodie singuli qd̄ sibi rectū videt, & si id p̄ceptū fuerit, attamen permissione diuina factū est, postq̄ recesserūt. x. tribus Iacob a Roboā, & a dño deo sibi cōstituētes regē Hieroboam, & adorauerūt vitulos aureos, quos fecit Hieroboam excogitato cōsilio, & positū in Bethel, & alterū in Dan impedientib⁹ regib⁹ Israel, ne decē trib⁹ irēt in Hierusalē sacrificare dño, vt quidam nō idolatræ, volētes adherere dño deo & legi Moysi per eū sibi datæ construerēt dño altaria

(illud domino permittēte) in quibus sua domino offererant donaria vota ac primogenita, Cum hic dicitur, & querunt animam meam, accipitur anima pro toto homine sicuti quandoq; in sacris accipitur: Iux. illud in Gen. Omnes animę Domus Iacob que ingressę sunt egyptum fuere. lxx. Et deuter. In septuaginta animabus descendunt patres tui in egyptum, & ecce nunc multiplicauit te dominus deus tuus sicut astra celi. Differūt genua curuare, & genua flectere. Genua curuare, est aliquem ante aliū honoris gratia ad partem & non ad totum submittere genua, quemadmodum honoris gratia, dominis faciunt ministri. Genua flectere proprie accipiēdo genuum flectionem est coram aliquo ad totum genua submittere, etiam vsq; ad terram, & Hoc in cognitionem supremi domini. Iuxta illud domini dictum infra cap. 17. Iux. sententiam Esaye. 45. cap. Viuo ego dicit dominus. Mihi flectetur omne genu. Et illud apo. ad Philip. In nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum. Et si omnes saluandi per gratiam Christi saluātur, iuxta illud Patri. Per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari. Et illud apo. supra cap. 5. Gratia autem dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro, attamē apostolus istud suum dictum reliquiæ secundum electionem gratię dei saluę factę sunt (& hoc cum nihil superflue dicat ipse) ostendit aliquam esse gratiam, & cū electione, & sine electione, & aliquos saluari per gratiam Christi, licet non secundū electionē gratiæ dei & alios saluari per gratiā Christi secundū electionē gratię dei. Illa dicitur esse gratia & cū electione gratię dei, quę homini datur a deo, secundū propositū electo, & in ea vsq; in finē perseueratur, & quem disposuit ornaturū sciētia ac virtutū multiplicitate de tali gratia Christo suis apo. inquit. Ego elegeri vos & posui vos vt eatis & fructū afferatis, & fructus vester maneat. Et apo. Sicut in oībus abundatis, fide, spe, & sermone & sciētia & omni sollicitudine in super & caritate vestra in nos vt & in gratia abundetis illa dicit esse gratia & nō cū electiōe gratię dei nō quia grā sit sine dei proposito homini collata, sed quā nō ē ille cui a deo est data

aiā pro toto corpore. Gen. 4-6

genua cur re. Genua flectere.

philip. 2

Actū. 15.

Grā cū electione gratię dei.

Ioan. 15.

gr̄a ab eo preuif⁹ aut electus vt ornaturus scientia aut virtutū multiplicitate, sed est ab eo electus, vt in hac via deū dilecturus, cum gratia in simplicitate & puritate cordis. De tali gratia dicēte Salomo. Abominatio est domini omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam aliqui saluatur per gratiam Christi sine fide actuali. Alii saluantur per gratiam & fidem actualem Christi. Alii saluantur secundū electionem gratiæ dei, mediante do. nost. Iesu Christo. Illi dicuntur saluari per gratiam Christi sine fide actuali, q̄ mediante sacri baptismatis susceptione saluantur decedētes ante annos discretionis, Illi dicuntur saluari per gratiam & fidem actualem Christi, qui adulti sunt, & in simplicitate & puritate cordis vsque in vite finem permanent relinquendo vitia, & iuxta vires adimplendo legem Christi, sed non sunt ornati scientia aut multiplicitate virtutum hī & etiam illi qui saluantur sine fide actuali saluari dicuntur per gratiam Christi: licet non secundum electionem gratiæ dei. Illi dicuntur saluari per fidem actualem secundum electionem gratiæ dei, qui adulti sunt & in hoc seculo vsque in finem viuunt adimplendo Christi legem & se concrucifigendo Christo cum vitiis & concupiscentiis, & sunt ornati scientia & multip. vir. quas dum in hac via sūt applicant ad honorem Christi & ad vtilitatē eius ecclesię

¶ In An nescitis, I virū ignoratis ¶ In Selia quid dicit scriptura J sacra. iiii. regum xix. de Helya, I quemadmodū I ipse Helyas propheta domini ¶ Interpellat deū aduersus Israel ¶ medius existēs inter deum & Israelitas partim p̄ eis, & p̄cipue bonis orando, partim contra malos & p̄cipue contra Achaab & Iezabel deum inuocādo, vt eorū facta indicet, & p̄cipue illorum perfidiā ac idololatriā: Istud dictum. Domine prophetas tuos occiderunt, Altaria tua suffoderūt, & ego relictus sū solus, & querūt animā meā, sūpsit apost. ex suprad. cap. reg. vbi iux. transla. lxx. scribitur. Altaria tua destruxerunt & prophetas tuos occiderunt in gladio, & derelictus sum ego solus, & querunt animam meam, vt offerant eam, & abbrevians sententiam reliquit in gladio, & etiam, vt auferant eam, &

puerb. 3

Saluari p̄ gr̄a xp̄i sū fide actuali.

Saluari p̄ gratiā & fidē actuāle xp̄i.

Saluari fide actu. sec. effecti. gr̄e dei.

expo. tcz. ad. li.

declarans quomodo altaria destructa sunt, loco de ly destruxerunt ponit suffoderūt, I Domine J deus creator celi & terrę trinus in personis vnus in essentia, a quo omne bonum dependet ¶ I prophetas tuos occiderūt J decem totus israel idololatrię dedit, quoniā tempore Achaab & Iezabel ydolatriam reprehendebant ¶ Precepto quippe impiissime Iezabel I altaria tua suffoderūt J ipsa a fundamentis euertendo, & funditus eruendo ac destruendo, ne cultui diuino remanerēt loca. Altaria (inquam) non Hierosolimitani tēpli, nō olocaustorū aut timiamatis, sed altaria quę erant in israel a diuersis edificata vtputa aut a Iosue, aut a filiis rubē & Gaad Gedeone aut Saule aut ab aliis, edificata (inquam) ante constructionem templi a salomone. Nam & hec mēserunt in terra iuda & bēiamin, etiam vsq; ad tempora Ezechie regis Iudę, qui dissipauit excelsa & contriuit statuas, & succidit lucos, & abstulit excelsa & altaria, & p̄cepit Iudę & Hierusalē istud, Ante altare hoc adorabitis in Hierusalem. Et etiam postquam recesserint decem tribus Iacob a roboam: & a domino deo diuina permissione constructa in israel ab his qui idolatrem non erant, sed dei cultores veri, vt quia a regibus israel eis nō permittebatur adire Hierusalē vt in tēplo Hierosolimitano deum colerent, & ei in altaribus illis olocausta offerret & victimas, decimas/ primitias/vota/donaria & primogenita, & hoc, in cognitionē sup̄temi dñi. Et quia illie colebatur deus, suprad. altaria in israel idolorū cultores, p̄cepto Achaab & impiissime Iezabelis destruxerūt ipsa a fundamentis euertēdo & funditus eruendo, vt nec cultui diuino remanerent loca. Istud cognoscens Helyas do. modo suprad. interpellabat non pure & sine pluri, quia altaria destructa erant, quia templo edificato destrui debuerunt, & iuxta domini votum ea destrui iussit ezechias, sed quia ex eorum destructione cultus diuinus impediatur. & etiam quia in dei contemptū destructa fuerūt ¶ Et ego J Helyas domini propheta ¶ relictus sum solus J inter prophetas tuos domine deus cultor tuus, in cultu vnus diuinus, ¶ Et querūt J ex decem tribubus idololatrem ¶ animā meā J sine me ipsum occidere accepto

4. reg. 18

ab impiissima Iezabel mandato me occidendi: Ista ita est
 se regnorū testatur sententia, qua dicitur. Nunciauit autē
 Achaab ad Iezabel oīa quę fecerat Helyas, & puō occidit
 3. reg. 19. set vniuersos prophetas Baal gladio, Nūsiitque Iezabel nū
 cium ad Helyam dicens, Hęc facient mihi dii, & Hęc ad
 dent, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut ani
 mam vnus ex Iiis. Dicēs Helyas. & ego relictus sum so
 lus, putabat ōnes dei cultores in Israel fuisse occisos, prę
 fertim domini dei prophetas, nesciens vita fungi centum
 3. reg. 18. quingēta prophetas, quos Abdias procurator Achaab dei
 cultor misericordia metus absconderat in speluncis, Nec
 istud ignorasse Helyam, & prophetam domini fuisse in
 conueniens est, & hoc quia spiritus prophetię, nec sem
 per, nec de ōnibus simul illuminat corda prophetarū istud
 2. reg. 7. a ita esse ostenditur, cū Dauid dixisset ad Nathan prophe
 tam. quomodo vellet edificare domum domino statim ei
 respondit. Omne quod est in corde tuo vade & fac quia
 dominus tecum est, & tamē paulopost ne illud faceret do
 minus phibuit Dauidi, & ne id faceret dominus pręcepit
 Nathā Dauidi dicere. Helyseus prophe. de muliere suna
 4. reg. 4. miti loquens ait. Anima eius in amaritudine est, & domi
 nus celauit a me & non indicauit mihi ¶ Sed quid dicit ¶
 iij. reg. xix. diuina scriptura dixisse Tilli ¶ Helye p oph
 tē ¶ diuinum respōsum ¶ hoc (inquam) quod sequitur,
 & hoc quia vt ab eo toleretur ignorantia inuincibilis, me
 diante qua, seu ex qua se inter dei cultores, & pręcipue dei
 prophetas in Israel relictū solum iudicabat. In suprad.
 iij. reg. cap. iux. transla. lxx scribitur. Et derelinquam de Is
 rael septem milia virorum oīa genua quę nō incuruaue
 runt genu Baal, & omnē os quod nō adorauit eum. Hu
 ius dicti apo. ponens sententiam loco de Iy derelinquam
 ponit reliqui, vt ostendat cum istud responsum a domino
 datum est, Helye, iam de Israel septem milia virorū fuis
 se, qui nō incuruaauer genua ante Baal, & quorum os nō
 adorauerat eū, nec oculatum fuerat magnū eius. Hoc i
 deo dicitur quia apud. lxx. scribitur Quę non incuruaue
 runt genu baal, & omne os quod non adorauerat eum

¶ Reliqui mihi ¶ ego do. deus in cultu meo non permit
 tendo cadere in idololatriam ¶ Septem milia virorum ¶
 ad gloriam nominis mei, qui a cultu meo non recesserunt
 ¶ Et hoc, quia non adorauerunt Baal idolum Achaab et Iezabel ac
 suorum, nec sunt coram illorū eorum genua flexa: quia
 coram illo non submiserunt vsq; ad terram eorum genua
 in cognitionem supremi domini, nec ante eum vilo mo
 do honoris gratia sunt ipsorum curuata genua nec ad to
 tum nec ad parem: Dicens apo. ex scriptura regnorum
 3. Reg. 19 Reliqui michi. vii. milia virorum, qui nō curuaerunt ge
 nua ante Baal probat Dominum Deum non omnes repu
 lisse tēpore Helye de populo Israelitico, dempto Helya
 eos abiiciendo, et longe a se ponendo, Et totaliter expellē
 do, sed, tunc in cultu diuino remansisse. vii. milia virorū &
 etiā vt videtur plures remansisse. Quia vt in libro nu
 merorum vbi nominantur viri ad pugnam apti reliquan
 tur mulieres, & etiā viri: christianos non habentes. Et
 in matho vbi mentio fit de miraculo a christo facto quo
 ex. v. panibus & duobus piscibus satiauit qui nōq; milia ho
 minum, excipiuntur paruuli et mulieres. Etiam quando
 Mat. 14. Numero. 26. pręcepto domini numerati sunt filii israel, quibus terra
 diuidēda erat numerati sunt viri a. xx. annis & supra. Eti
 am ex eadem sententia probat apo. tempore suo propter
 multitudinem incredulorum in gēte Iudaica Christo cō
 tradicentium non esse totaliter popu. Israeliticum adeo
 repulsum, tanq̄ reprobatum & abiectum, de relictum, & Iō
 ge ab eo positum. sed cum apost. remansisse in cultu diu
 no ex Israel. vii. milia virorum, et non solum. vii. milia,
 sed etiā & mūla milia, quos deus dono suę gratię serua
 uit, ne ante Baal aut aliud idolū in Dan et Bethel, aut in
 alio loco idolis consecrato sua curuarent genua: Ex quo
 septenarius numerus in plerisq; locis sacratus est & septis
 sime pro vniuersitate ponitur. Per millenariū vero per
 sectio desig natur. Septem. n. diebus a domino completa
 Geñ. 2. sunt vniuersa. Et etiā cū dixit dauid. Septies i die laudem Psa. 118.
 dixi tibi, laudem quę domo omni tempore datur, intelle
 34. xit, de qua dixit. bñdicā dñm oī tēp, sēp laus ei? i or e meo Apoca. 1.

Ioannes quoque septem . ecclesiis per quas generaliter omnes ecclesie designantur, scribit. Et hinc non immerito dicitur quod septenarius numerus vniuersitatem significat. Ratio quare millenarius perfectionem significat hæc datur. Mille est vltimus limes numerorum, & ideo perfectionem significat. Et hinc viri perfecti mille clypeis comparantur, quando Salomon dixit. Mille clypei pendunt ex ea & hic propter causam suprad. & cum etiam numerantur quinque prudentes virgines & quinque fatuæ per quinque prudentes virgines omnes iusti fidei integritatem habentes, significantur: & per quinque fatuas omnes iniusti, & per quinque fratres diuitis epulonis omnes increduli. Ita in proposito dicitur per septem milia virorum significari, omnes illos qui non adorauerunt idola, perseverando usque in finem & ita esse videtur innuere apost. sententia immediate subsequenti, qua ait. Sic ergo. Sicut & tempore Helyæ relicti sunt septem milia virorum qui a cultu diuino non recesserunt, ita & in hoc tempore gratiæ & nouæ legis eam gelicæ, & primi aduentus Christi, & eius prædicationis ac suorum discipulorum: de quo scribitur. Ecce nunc tempus accepit, ecce nunc dies facti. Reliqui de quibus supra cap. ix. dictum est. Si fuerit numerus filiorum israel tantum arena maris reliquæ salutæ fient, & hoc, quia qui in fine temporum ex iudæis relinquentur, omnes fidem Christi suscipient, & adimplebitur illud apost. infra in hoc cap. do nec plenitudo gentium intraret, & sic omnis israel, saluus fieret. Sicut scriptum est: Veniet ex syon qui eripiat & auertat impietatem a iacob, & hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata earum. Et etiam aliqui ex iudæis qui relicti sunt a passione Christi exhibita hucusque salui facti sunt. Secundum electionem gratiæ dei salutæ factæ sunt. I supradictæ iudeorum reliquæ liberatæ sunt a deo prædestinante, vocante, & iustificante, per gratiam ex diuina electione procedentem: Ita vt velit dicere apost. maiorem partem iudeorum ad fidem ipso viuente conuersorum salutam fuisse, & in fine seculorum cum plenitudo gentium intrabit, & omnis israel saluus fiet conuertendorum esse saluandam secundum electionem gratiæ dei, quia supradi-

Canticorum. 4.

Math. 25

Luce. 16.

2. corinth. 6.

storum Iudæorum pars maior non solum se conuulsit aut conuulsit Christo cum vitiis & concupiscentiis adimplendo legem eius, sed etiam hæc paragendo ornata fuit aut erit scientia ac virtutum multiplicitate. Istud veritati conforme videtur, quia cum ad discretionis annos peruenerint Mosaicæ legis litteralem sensum adipisci nituntur, quem cum conuersi fuerint, cum Euangelio concordabunt, sicut annis retroactis ad Christum conuersi concordauerunt, Et ita factum esse in hoc tempore gratiæ, sicut factum fuerat in diebus Helyæ ostenditur. Venit Helyas qui omnem populum putauerat repulsum interpellans aduersus Israel, existimans se solum relictum esse, sed ei datum est diuinum responsum istud. Reliqui mihi septem milia virorum qui non curauerunt genua ante Baal, Loco Helyæ venit Ioannes baptista qui Christi præcessit aduentum, de quo angelus domini tale perhibuit testimonium, Spiritus sancto replebitur ad hunc ex utero matris sue, & multos filiorum conuertet ad deum & deum ipsorum, & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Helyæ, vt conuertat corda patrum in filios & incredulos ad prudentiam iustorum parare deo plebem perfectam. Et etiam ipse Christus Ioannis discipulis ad eum a Ioanne missis absentibus de eo dixit turbis, Sed quid existis videre prophetam, etiam dico vobis, & plusquam prophetam Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptista, & si vultis recipere ipse est Helyas qui venturus est, qui habet aures audiendi audiatis: Hic Ioannes baptista, qui in spiritu & virtute venerat Helyæ in tantum desperauerat de populo iudaico, vt non eos diceret filios Abraham sed generationem viperarum, eis dicens. Ne velitis dicere intra vos. Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham: Vt dici potest Ioanni ista de populo iudaico conquerenti a Christo responsum est. Ego scio quos elegerim, Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & habeo alias oves quæ non sunt ex hoc ovili & illas

3. Reg. 18

& 19.

Luce. 1.

Math. 11.

Mathei. 3

Ioan. 13.

Ioan. 10

oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor, & ex verbis equiualeter dicit Christus. Reliqui mihi septem milia virorum & non solum septē milia, sed & multa milia qui non curua. genua ante Baal. & hoc iuxta modum in hoc capitulo daclaratum super illud. Reliqui mihi septem milia. vi. qui non curua. genua ante Baal. Et etiam quia numerus septem ad requiem pertinet. Septima enim die compleuit deus opus suum quod fecerat & requieuit ab vniuerso opere quod pararat & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in illo ab omni opere suo cessauerat quod creauerat deus vt faceret. Et hinc sibi credentes ad requiem inuitat dicens.

Gen. 2. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Et apost. ad Hebreos ait. Ingrederemur enim in requiem eius qui credidimus quemadmodū dixit. Sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam, & quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septima sit. Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quodam in illam, & hi quibus prioribus annunciatum est non introierunt propter incredulitatem. Iterum terminat diem quendam hodie in Dauide dicē Post tantum temporis sicut supradictum est. Hodie si vocem eius audientis, nolite obdurare corda vestra, nam si eis Iesus requiem praestitisset, nunquam de alia loqueretur post. hac die: Itaque relinquitur baptimus populo dei, qui enim ingressus est in requiem eius. Etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. ¶ Si autem gratia ¶ salui facti sunt qui crediderunt aut saluabuntur qui credent. ¶ Iam non ex operibus ¶ ex se tanquam ex se salutem consecuti sunt qui sal-

uati sunt, nec salutem consequentur qui saluabuntur. ¶ Alioquin ¶ si qui salutem consecuti sunt, eam consecuti fuissent ex operibus, & etiam gratiam: aut etiam qui salutem consequentur aut gratiam eam consecuti essent ex operibus ex se, tanquam ex se. Ita quod opera essent prima causa gratiae & salutis. ¶ Gratia iam non est gratia. ¶ Et hoc, quia non esset gratuitum donum, sed esset donum ex debito datum. Gratia enim gratuitum donum dicitur & si ex debita daretur & non gratuite iam non esset gratia. Per haec verba. Si autem gratia dei iam non ex operibus alioquin gratia iam non est gratia. nullo apostolus respicere opera, nec etiam intendit dicere quod in adulto non requiruntur opera bona ad salutem consequendam nec etiam quod non disponant ad ampliore iustificationem habendam vt supra declaratum est, super illo passu capitis secundi. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur, sed vult dicere quod inchoatio iustificationis & nostrae salutis & bonarum nostrarum actionum est ex gratia, & hoc quia iustificatio nostra a deo procedit effectiue, qui sua gratia nos iustificat, & a merito passionis Christi exhibitae & sanguinis eius affusi a merito inquam non ab alio dependente, & etiam ex fide quae per dilectionem operatur, mediante qua iustificari meremur, merito tamen a merito passionis Christi exhibitae dependente. Ita quod cum fide nostra est dei gratia siue qua non possumus credere vt oportet, & etiam nostra salus est a deo qui nos saluat, mediante tamen sacramentorum susceptione & fide, quae per dilectionem operum in quibus est dei gratia, & etiam bonae actiones nostrae siue internae siue externae sunt a deo, sine cuius gratia non possemus aliquid boni cogitare dicente apostolo. Fiduciam aut talem habemus per Christum ad deum non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Sine etiam dei gratia non possemus aliquid boni velle aut operari. Nam ipse deus est qui nostram mouet voluntate vt bene operemur & ei confert potestate qua bene operatur, & etiam ipse in nobis primo operatur bonum velle ac bonam operationem inueniente.

2. Cor. 3

- apost. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Et nos etiam cum illo bonam volitionem & operationem operamur, ex quo dei sumus adiutores, dei agricultura & dei ædificatio. Et exinde quia his modis declaratis omnia ex dei gratia procedunt.
- Philip. 2. Vere dicitur quod quicquid boni habet homo, a deo habet dicente apost. Quid autem habes quod non accepisti. Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti. Non tamen sic bona a deo habet ut non procedant ab eius bona cogitatione & volitione, quia ipse homo relictus est a domino deo in manu consilii sui, ita ut liber sit ad bonum & ad malum, & si liberum arbitrium suum applicet ad malum, aut pure omisisse se habendo non applicet ad bonum: iuxta dictum Christi, mittetur in tenebras inferiores. Et hoc, quia factus est servus inutilis non utens ad bonum tanto lento sibi a domino credito: & hinc si sibi sit a deo collata gratia, ut puta domini scientiæ, aut prudentiæ, aut alicuius alterius domini, & illa gratia non utatur ad bonum ingratus reputabitur & merito punietur.
- Eccli. 15. Quid ergo? Quod querebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est, ceteri vero excecati sunt, sicut scriptum est. Dedit illis deus spiritum compunctionis oculos, ut non videant, & aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Et David dicit. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis obscuratur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua.
- Notule. Hinc dicens apost. Quid ergo quod querebat israel, accipit israel prout sub se comprehendant omnes qui ex Isaac descendunt, tam bonos, quam malos, & postea diuidit israel in duas partes, & unam earum vocat electionem, aliam vero ceteros. Illa iudeorum pars electio vocatur, quæ ab æterno a domino deo prædestinata est, & quæ in sortem suorum filiorum est electa, & consecuta iustificatio

nem per fidem. Illa iudeorum pars vocatur ceteri quæ non pertinet ad electionem filiorum dei, & quæ propter suam malitiam execrata est: iuxta illud sapientiæ. Execrauit enim illos malitia eorum. Spiritus compunctionis aliquando in bonam partem accipitur, aliquando vero in malam: Quando in bonam partem accipitur, importat quandam cordis compunctionem siue dolorem (qua quis de propriis peccatis dolet) e bono spiritu procedentem, & ex motu diuino, iuxta illud David: Potasti nos vino compunctionis: Quæ quidem cordis compunctio quandoque generatur ex auditu verbi dei: iuxta illud de iudeis scriptum. His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Quando in malam partem accipitur spiritus compunctionis, importat seu significat spiritum malignum: quo iniqui compunguntur & stimulantur ad malum, aut propter ablationem dignitatis & honoris, aut propter perditionem temporalium, aut inuidia ducti, qua animi inuidiosum eos pungentem habent, & qua proximorum saluti aut utilitati inuident. Nam sæpissime fit, ut bonum homini sit molestum, uti pharisæis fuit doctrina Christi. Et ut sepe contingit bona aliquibus collata aliis sunt molesta, ita ut ipsi de eorum bonis doleant: Dices Apo. & David dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: accipit mensa & corporaliter & spiritualiter. Mensa corporaliter accepta, est illa super quam fercula sumuntur, sumitur cibus & potus. Mensa allegorice & spiritualiter accepta, est vetus testamentum, est sacra scriptura, quæ variis sententiarum ferculis, tuos pascere consuevit, de qua scribitur: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam: dicens Apost. Et dorsum eorum semper incurua. Accipit dorsum pro libero arbitrio, quod in iudeis sic incuruatum est, ut ipsi similes brutis effecti (quorum vultus in terram pronus est, & ventri intentus) mediante eorum libero arbitrio, non accipient scripturæ spirituales sensum qui viuificat, sed solum literalem qui occidit: & exinde ipsi recte comparati brutis insipientibus, & similes illis effecti ab æternis ad temporalia incuruati sunt.

Ceteri.

Sap. II.

Spiritus compunctionis

In bonam partem.

Psal. 59.

Act. II.

Spiritus compunctionis

In malam partem.

Mensa allegorice

legorice.

Pron. 9.

Dorsum spirituale,

rituale.

& a rectitudine iustitiæ ad iniquitatem, de inferioribus & terrenis semper cogitantes. Etiam hic accipit dorsum pro corporali, quo Iudæi iusto dei iudicio aliorum seruituti subiecti sunt; De eis dicente David: Diuertet ab oneribus dorsum eius; manus eius in cophino seruiuerunt; Et Esaya. Et ponam in manu eorum qui te humiliauerunt, & diserunt animæ tuæ, incuruare ut transeamus, & posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. Ille ponit ut terram corpus suum, & quasi viam transeuntibus, qui fere ad omnia mala perpetranda paratus est, quiq; ad vitia perpetranda se submittit, & pondere peccatorum premitur, ita ut spiritualiter incuruet, de eo regii prophete. Hac verificata sententia: Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me.

Expo. tex. ad literã. **Quid ergo** dicendum restat ad cõcludendũ ex antedictis quibus dictum est de multitudine Israelitarum solas reliquias saluatas esse, non ex operibus, sed ex dei gratia. Hoc dicendũ restat, quia quod querebat Israel hoc non est cõsequutur, ex quo querebat Israel seu Iudeorum populus pro maiori parte ex operibus iustificari sine gratia, & hoc nõ est consequutur. Quia opera legis nullũ reddiderunt iustificatum & perfectũ sine gratia Christi: ex quo ex ipsis solis nullus iustificatus est: Nam sicut nũc iustificamur ex fide & operibus, seu ex fide, quæ per dilect. oper. in virtute passionis Christi exhibet sine qua iustificari non valeamus, ita & ante passionẽ Christi exhibitam, qui ex fide & operibus iustificati sunt, seu ex fide quæ per dilectionẽ oper. in virtute passionis Christi exhibendẽ iustificati sunt, sine qua iustificari non valuerunt, ex quo eundem spiritum fidei nobiscum habuerunt: dicente Apost. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est. Credidi propter quod loquutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur. **Electio autem** Pars illa Iudeorum quæ credidit firmiter absq; hesitatione in merito passionis Christi exhibendæ, aut etiã quæ nunc credit iustificari in merito passionis Christi. exhibet ex fide, quæ per dilect. oper. & quæ sic est iustificata **consequuta est** p gratiã in merito passionis Christi, ex

Psal. 80.
Esa. 51.

Ponere vt
terra cor-
pore suum.

Psal. 37.

expo. tex.
ad literã.

2. Cor. 4

hibet aut exhibet iustificationem & salutẽ ex fide, quæ per dilect. oper. **Ceteri vero** illi Iudæi qui ex ea parte sunt qui Christũ negat & quæ legẽ in solo sensu literali qui occidit, accipit: & qui in tenebris infidelitatis ac ignorantie manet dura & obstinata **excaecati sunt** a malitia eorum: iuxta illud Sapien. Excaecauit em̃ illos malitia eorum, tãquã a. causa effectiua & immediate inducete excacationẽ, quã sic excacati sunt vt ignorẽt quæ agẽda sunt, & nõ perueniãt ad verã legis intelligentiã nec ad spirituale eius sensum.

Sicut scriptũ est In Esa. ca. 29. & 6. **Dedit illis de spiritu cõpunctionis, oculos vt nõ videãt, & aures vt nõ audiãt vsq; in hodiernũ die.** Hęc apo authoritas ex duobus capitibus Esa. extracta est ex. 29. f. & 6. Ex. 29. vbi. 70. interpres dicit. Potauit vos dñs spũ cõpunctionis, extraxit istud, dedit illis spiritu cõpunctionis, & ex. 6. cap. vbi iuxta. 70. dñ. In crassatũ est em̃ cor ppli huius, & auribus suis grauitè audierũt, & oculos suos clauserũt, ne forte videãt oculis, & auribus audiãt. Loco cuius Sãctes quẽ his tẽporibus ex Hebrẽo sacra bibliã in latinũ vertisse aiunt. scrib. Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudet, ne forte videat suis oculis & auribus suis audiãt: Loco cuius in eodẽ cap. nãa habet trãslatio, quæ est Hieronymi, qui Hebraicæ veritatis imitator fuit. Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudet, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiãt, extraxit istud: oculos vt non videãt, & aures vt non audiãt. Et dicitur conformiter ad dictum Hieron. supra sup illud ca. 3. Sicut scriptũ est. Quia nõ est iustus quiq; declaratuã an expo. tex. Apostoli istud extraxisse magis imitãdo Hebraicã veritatẽ quã. 70. licet ab eorum sententiã nõ discedat. Istud dicit, quia vbi apud 70. scribit. In crassatũ est em̃ cor populi huius; & auribus suis grauitè audierũt, & oculos suos clauserũt. Loco huius dicti Hebraicæ veritatis imitator Hieron. scribit. Exceca cor populi huius & aures eius aggraua, & oculos eius claudet. Et Sãctes istud habet. Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudet: in quã sententiã quo ad aggrauationẽ aurium & clausurã oculorum populi Iudæici loquitur in persona dñi Hieron. sicut & hic apo. Septuaginta

Sapiẽ. 2.

vero quo ad hæc in persona suprad. populi loquitur. Ad-
dit autem Apost. de suo. vsq; in hodiernum diem: & hanc
componit auctoritatem: dedit illis deus spir. compun. oculo-
los vt nō vi. & aures vt non aud. vsq; in hodiernū diē, quæ
ab Elayē sententia nō recedit ¶ Dedit illis ¶ Iudeis qui pars
sunt illa, quæ cæteri vocatur, & quæ ad fortē electōis filio-
rū dei non pertinet. Ex quo illius partis Iudei Christū ne-
gant, & legē in solo sensu lite. qui occi. accipit, & in tene-
bris infidelitatis ac ignorantæ manent duri & obstinati
¶ deus ¶ oipotēs qui iniquos iuste punit ¶ spiritū cōpun-
ctionis ¶ spiritū malignū quo iniqui cōpungunt & stimu-
lantur ad malū, non quidem quod de⁹ imittat eis mali-
tiam, aut eam influat aut efficiat, sed sic talibus dedit spiri-
tum compunctionis, sicut supra cap. i. scribitur dedisse ali-
quos in desideria cordis eorū, & in passiones ignominie.
& in reprobū sensum sustrahendo a talibus suū au-
xilium propter in vitis eorum obstinationem, & non re-
tinendo tales delinquentes, nec in delicto eorum arbitrii
voluntatem ad malum promptissimam. ¶ Oculos ¶ capi-
tis corporales, & mentis spirituales dedit eis dominus de⁹
¶ vt non videāt ¶ externe miracula, quæ Christus fecit, &
opera quæ nullus ab eo alius fecit, nec etiam iternæ lucem
veritatis quæ Christus est. Ex quo nec Christum, nec eius
miracula intelligunt, nec ecclesiam, quæ eius corpus mys-
ticum est. Hæc dictio vt, hic nō tenetur effectiue seu cau-
saliter, sed consecutiue: ita vt videatur dicere Apost. ex ma-
litiā Iudæorum & eorum obstinatione deo permittete &
ab eis suū subrahente auxilium modo nunc supradict.
consequenter factum fuisse, vt oculos habentes modo nūc
declarato non videant corde eorū excæcato, & oculis eo-
rum ad bonum clausis ¶ Et aures ¶ capitis corporales &
mentis spirituales dedit Iudæis dominus deus. ¶ vt nō au-
diant ¶ Christi verba eius fidei eiusque euangelii eis ad-
herendo, & literæ spirituales sensum accipiendo. Hic ly.
vt, mod. suprad. non effectiue aut causaliter, sed consecuti-
ue tenetur. ¶ vsq; in hodiernum diem ¶ istud de suo ad-
dit Apo. quia in fine mundi videbunt Iudæi & audient:
quando corda filiorum ad patres eorum conuertentur:

Dicente Malachia. Ecce ego mittam vobis Helyam pro-
phetam. antequam veniat dies domini magnus & horribi-
lis. & cōuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad pa-
tres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathe-
mate ¶ Et David dicit ¶ Psal. 68. iuxta trāssa. 70. ¶ Fiat
mensa eorum coram ipsis in laqueum & in captiōem &
in scandalum & in retributionem illis obscurent oculi
eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. ¶
In Psal. illo nec secundum. 70. interpretam transla. nec
secūdū exemplaria Hebraicæ veritatis Habetur in captio-
nem. Et istud verum esse asseritur cum Origene, vt ostend-
atur per singula, & authoritas Apost. nequaquā Hebræorū
exemplaribus fidem facit, nec verba semper interpretum
seruat, sed scripturarū sensum verbis quibus cōpetit expli-
cat. ¶ Fiat mensa eorum ¶ Iudæorum & corporalis & spi-
ritualis. In spirituali mensa, si quis volebat edere verbum
dei appositis cibus legis & prophetarum sermōibus pas-
cebatur, & etiam adhuc in ea pascebat volens edere ver-
bum dei ¶ Corā ipsis ¶ Iudæis, quia sepe in mensa eorum
corporali tractauerūt de morte Christi. sicuti de morte &
obtruncatione capitis beati Ioannis Baptiste tractauit im-
piissimus Herodes, in mensa existens, corā eū eo comedē-
tibus, & deuiolatione Iudich spurcissimus Holofernes, &
sicuti de morte Amon tractauit frater eius Absalon eū in
conuiuio occidēdo: Et etiam quia mensam dei allegoricā
& spirituales vetus scilicet testamentū ac sacram scriptu-
ram in solo sensu lite. qui oc. accipiunt. Fiat vtraq; mensa
eorum coram ipsis, & ipsis vidētib; & cernētib;. ¶ In
laqueū ¶ quo Iosepho teste de bell. Iudæ. lib. 6. cap. 4. Dū
in Hierusalem congregati essent. vt Pascha celebrarēt &
a simos panes epularētur ipsis intestino bello vexatis an-
teq; e Hierusalē egrederentur a Tito & Romanis illaquea-
ti sunt, & tandem coram ipsis, seu ipsis videntibus obces-
si sunt, & tunc tantum valuit animi ipsorū præsumptio, vt
corā ipsis laque⁹ sit eis effectus, in quē inciderūt. Hæc Da-
uidis & Apostoli verba vna cum subsequētib; nō sunt
optantis verba, sed prophætantis non imprecantis, vt hoc
fiat, sed prædicantis quod hoc fiet, Fiat ergo, quia non pos-

Mala. vlt.

Mat. 14.

Lucæ. 6.

Induc. 12

2. Reg. 13.

Ioā. 12.

I. Cor. 1.

Ioā. 5.

test aliter nisi vt talibus ista eueniant. Fiat illis mensa in laqueum, vt scriptura male intellecta illaqueet eos, & faciat inherere literæ ne veniant ad Christum, & ad euangeliū. Et in captionem J fiat eis eorum mensa, qua capi sunt a visibilibus & inuisibilibus hostibus dæmonibus, quantū ad animas, & a Romanis quantū ad corpora, dum ipsi epulantibus a Romanis accepti sunt, & vetustas literæ sic eos accepit & tenet, vt nec recedere possint ab ea. Et in scandalum J ex scripturis didicerunt Iudæi, quod Christus maneat in æternum ipsis dicentibus. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Ipsi vero vidētes Iesum in carne, & non solum in carne, sed etiam in morte, & mortem crucis sustinentem scandalizabatur in eum nescientes quod passus est ex infirmitate carnis, sed viuit ex virtute dei, & adhuc nescientes quod passus est ex infirmitate carnis in eum scandalizantur. Apo. dicente. Nos autē predicamus Iesum crucifixū Iudæis quidē scandalū J & in retributionē illis J Fiat ipsis Iudæis eorū mensa vt malorum vicissitudinem & punitionem recipiant, Moysē contra eos testimonium perhibente, Christo eis dicente. Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem: Est qui accusat vos Moyses in quo vos speratis. O scurētur oculi eorum J & exteriores & interiores lumine fidei priuati, ac spirituali sensu scripturæ. Ne videāt J errorem suum, ipsum cognoscendo, aut Christi veritatem, aut eius euangelii ipsam intelligendo, deo propter eorum demerita & obstinationem & indurationem ab eis suum speciale auxilium subtrahente. Et dorfum eorum J & corporale & spirituale. Et semper incurua J corporale ipsos aliorū seruituti subiiciēdo sicut factū cernim⁹, quia Iudæi vbi cumq; morantur in seruitutem sunt redacti, aliis seruītes, & graue onus ferentes. Spirituale qd est liberū arbitriū in Iudæis sic incuruātū est ita vt veritate relicta terrena & nō celestia sapiētes literę sacrę solū literalē sensum accipiāt. Di o ergo, nūquid sic offenderūt vt caderēt? Absit: sed illorū delicto salus est gentibus vt illos emulentur. Quod si delictum illorū diuis

tię sunt mundi Et diminutio eorum diuitię gētium quantomagis plenitudo eorum.

¶ Quandoque in sacra scriptura accipitur cadere pro delicto vel offensa que remedium suscipit per contritionem, qua is qui peccauit ad deum conuertitur, dicente Salom. Septies enim in die cedit iustus & resurget Et hierem. Num. quid qui cedit non resurget aut qui auersus est non reuertetur Et quandoque in scriptura accipitur cadere pro delicto vel offensa que remedium non suscipit, Dicente Christo Videbam sathanam sicut fulgur de celo cadētem Et esaya. Quomodo cecidisti de celo lucifer q mane oriebaris Et si delictum equialear huic quasi derelictum & fiat in cogitatione vt nonnullis placet aut in omissione mala: & in hoc differt a peccato quia peccatum in operatione mala consistit siue interna sine externa attamē indifferēter ponitur delictum pro peccato & peccatum pro delicto Emulatio vt supradictum est super illud cap. x. Testimonium enim perhibeo illis quod emulationem quidem dei habent sed non secundū scientiam aliquando accipitur pro inuidia aliquando pro studio aliquando pro amore seu zelo Aliquando p imitatione Et hic ita accipit apostolus dū dicit de iudæis vt illos emulentur Aliquando accipit mundus p cōgregatione: 9. celorū & 4. elemētōrū Aliquādo vero pro hoīb⁹ in terra existētib⁹, & etiā pro ipsa terra, & ita videtur accepisse Chrs quādo suis discipulis dixit Euntes in mundū vniuersum predi. eua. om. cre. aliquādo accipitur pro hoīb⁹ mūdānis & ita videtur accipisse Christ⁹ cū suos apostolos sic est alloquit⁹ Mūdus autē gaudebit vos autē cōtristabimini. Aliquā etiam accipitur pro hominib⁹ super terram existentibus de pto vno populo. s. iudgorum: & ita in proposito accipitur quando ait apo. quod si delictum illorum Diuitię sunt mundi: Hic apo. loquens de diuitiis accipit diuitias pro gloria & testamento & legislatione & obsequio cultus dei, & pro diuitiis salutaris que sūt sapientia & scientia & timor filialis domini dicēte esaya Diuitię salutis sapientia & scientia: timor domini ipse est thesaurus eius De-CHRISTO dicente apo. In quo sunt omnes thesauri sapientię & scientię absconditi.

Notule
Prou.
24.
Hierē. 8.
Luce. 10.
Esay. 14.
Delictum
Emulatio
Mundus.
Marci vlti.
Ioan. 16.
Diuitię.
Esaye. 33.
Collo. 2.

ad Ieterā.
expo. tex.

¶ Dico ergo. ¶ questio nem proponendo que immedia-
te sequitur & questioni respondēdo: Et hoc quia ego apo.
aspere loquutus sum de excecatione iudæorum & eorum
offensione: & autoritate prophetarum docui eos excæca-
tos esse, & mensam eorum eis factam fuisse in scandalū
& in laqueum & in captionē: Et ideo ne gentiles ex hīs
verbis meis occasionem fumant eos spernendi & contra
eos insultādī loquor, hanc proponens questionem ¶ Nū-
quid ¶ Suprad. iudei ¶ sic offenderunt ¶ do. deum cogita-
tione volitione omissione & opere iniquo ¶ vt caderē ¶ vt
perpetuo in casu remanerent: ita vt eorum offense nunquā
remedium salutis adhiberetur, & ex eorum peccato nul-
la aliis sequeretur utilitas. Hūc questioni respondet apo.
dicens ¶ Absit ¶ vt ita ceciderint iudei. Nam si deum offē-
derint & offendant non tamen sic Deum derelinquunt &
legem eius vt nihil legis in eis maneat, nihil iustitię fidei
charitatis, misericordię, pietatis, & mansuetudinis & sic
De ceteris virtutibus. Nam ipsi credunt deum & decalo-
gum vt canque obseruant, sed Christū negant teste apo.
¶ Usque in hodiernum diem cum ab eis legitur moyses in
lectiōne veteris testa. velamine posito super cor eorū, sed
in tali statu nō perpetuo manebunt. Ex quo quandoq; re-
medium suscipient, & hoc, cum conuersi fuerint ad deū
ablato tali velamine quando circa finem seculi plenitudo
gentium subintrabit & tunc omnis israel saluus fiet. Non
enim ipsi iudei ex toto per offensam in Christum, ceci-
derunt quia quidem ex ipsis ad deum conuersi sunt. Non
enim ipsi irreparabiliter & sine utilitate per offensam in
Christum ceciderunt: sed casu eorum prodest, quia ex eorū
casu mundus est erectus & ipsi possunt restitui imo etiam
sperantur restituendi circa finem seculi. ¶ Sed illorum ¶
iudeorum ¶ delictū ¶ quo Christum offenderunt & quo
apostolis eis annunciantibus Christum, ipsi eum recipere
noluerunt ¶ salus est gentibus ¶ procurata occasionaliter:
nam iudeorum delictum occasio fuit salutis gentium. Pri-
mo quia ipsi occidentibus Christum subsecuta est salus
gentium per redemptionem sanguinis Christi dicēte Pe-
tro. ¶ Scientes ¶ non corruptibilibus auro vel argēto redē-

I. Petri. I.

pti estis de vana vestra conuersatione paternę traditionis
sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi &
incontaminati. Secūdo quia ipsis doctrinam apostolorū
reiciētib; ac spernentibus facta est apostolorū & eorū
doctrinę ad gentes iusta transmigratio. Paulo & Barna-
ba eis dicētib; Vobis oportebat primū loqui verbū dei
sed quoniam repellitis illud & idignos vos iudicatis eter-
nę vitę: ecce cōuertimur ad gentes. Sic enim nobis prece-
pit dominus. Et post huius sententię adimplētionem sunt
iudæi propter suam impenitentiam in omnes gentes di-
spersi. Et sic Christus & ecclesia vbiq; a libris iudeorū tes-
timonium habuit fidei Christianę ad conuertēdos gen-
tiles qui suspicari potuissent prophetias de Christo quas
fidei predicatorum inducebat etiam esse fictas nisi testimo-
nio iudeorum probarentur. Vnde dauid dicit. Ostendit
mihī super inimicos meos (.i. iudeos) ne occidas eos ne-
quando obliuiscantur populi mei disperse illos in virtu-
tute tua ¶ Vt ¶ iudei nūc Chri. negantes ¶ illos ¶ gentiles
qui quandoq; fuerunt sine lege & conuersi sunt ad Chri-
stum & facti prope de eis dicente apo. Eratis illo in tem-
pore sine Christo alienati a cōuersatione israel & hospites
testamētorum promissionis spem non habentes & si-
ne deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos
qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine
Christi ¶ ¶ Emulentur ¶ imitantur, & ita fore creditur
quando circa finem seculi iudei ad Christū cōuertentur,
& tunc imitabū gētilēs ad si. se conuersos exēplo eorū si
de amplectēdo gētilib; factis in caput & Iudæis in caudā
iuxta illud Deut. Ipse erit in caput & tu eris in caudā. Et
istud adimplebit qñ iuxta dictū Malachię mittet dñs He-
lyā prophē. qui cōuertet cor patrū ad filios & cor filiorū
ad patres, ¶ Quod si delictum illorum ¶ iudeorum, quo
dereliquerunt occidendo Christū & spernendo apostolos
ad eos missos ac Christi euangelium occasionaliter ¶ di-
uitiæ sunt mundi ¶ & hoc, quia eorum delictum redunda-
uit in spirituales diuitias gentilium, qui ideo dicuntur mun-
dus quia per vniuersum orbem tanq; in regionem suam
disperfi sunt, & non sunt precise vnus populus sed diuersi

Actu. 13.

Psal. 58.

Ephe. 2.

Deut. 28.

Malac. 4.

Math. 21
Diminutio
do.

po. & iudæorum delictum redundauit in spirituales eorū diuitias & occasio fuit spiritualium suarum diuitiarū quibus ditati sunt diuitiis salutis sapientiæ & scientiæ & gratiæ dei & legislatione & testamento euangelico & intelligentia scripturarum & dei gloria, dicente Christo principibus sacerdotum & senioribus. Auferetur a vobis regnū & dabitur genti faciēti fructus eius & Diminutio eorū in fidelium iudeorum: Accipitur enim diminutio pro paucitate seu pro paruo numero qui taliter diminitus est quod de magno factus est paruus. Accipitur etiam pro eo quod est ablatū ita quod de aliquo maior pars ablata est & quo ad vtrumque modum potest exponi dictum apo. Ex quo, diminutio infidelium iudeorum, apostoli. f. atque alii iudei credentes & diuitiæ gentium J sunt effecti Et hoc, quia per illorum ministerium acceperunt gentes fidem cognitionemque diuinarum scripturarum, & etiam, quia ipsi ordinauerunt gentibus episcopos presbyteros & ceteros ordines ecclesiasticos vt ordinati haberent administrare ipsis gentibus diuitias sacramentorum & verbi dei. Et etiā quia diminutio infidelium iudei, quia iudeis ablata est spiritalis intelligentia scripturarum eis sola literali intelligentia relicta facta est diuitiæ gentium, ex quo spiritalis scripturarum intelligentia iudeis ablata, gentibus collata est, quæ per fidem effecta est pars domini & hereditas illius. T quantomagis plenitudo eorum J iudæorum quæ consistit in omnimoda eorū cōuersione qua in fine seculi Christum & fidē eius suscipient, q̄ ideo plenitudo vocatur quia illa iudæorum conuersio portionem domini complebit. Nam tunc quod deerat in portione domini, complebitur. Ex quo teste apo. infra in hoc cap. Tunc plenitudo gentium subintrabit & omnis israel saluus fiet. Et exinde si malū iudæorum vertit deus in bonum hoc est in diuitias mundi, modo suprad. multomagis bonum iudæorum cum in fine seculi multitudo eorum ad Christum conuersa fuerit dabitur gentes doctrina & exemplo.

Vobis enim dico gentibus quādiu quidem ego sum gentium apostolus ministeriū meū honorificabo. Si quomodo ad emulationem

prouocem carnem meam & saluos faciam alios quos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mūdi, q̄ assumptio nissivita ex mortuis.

¶ Ille ministeriū suū honorificat qui illud exornat virtutibus & illustrat, & totis viribus adimplet ea quæ sunt ministerii sui vt gratia exempli ille honorificat ministerium episcopatus qui episcopus existēs virtutibus illustrat & exornat ministeriū suū in episcopatu & totis viribus adimplet ea quæ ad ep̄m spectant de quibus loquitur Apo. Ad thimotheū & ad Tytū. Etiam vidua honorificat viduitatē suā, q̄ eā virtutibus illustrat & exornat adimplendo ea quæ sunt vere viduæ, etiā virgo deo cōsecrata honorificat ministeriū virginitatis suæ si tale ministeriū virtutibus illa. & exornat & deo seruiat & adimpleat q̄ sunt cōsecrationis suæ: de vno quoq; ministerio ita dicatur. Hi accipit Apo. emulationē pro imitatione sicut supra in textu præcedenti accepit. Hic accipit mundū sicut accepit in textu præcedenti pro oibus hominibus super terrā habitantibus dempta vna gente. s. hebreorū populo Apostolus more suo quo in hac epistola videri potest aliquādo populū iudaicū alloquitur, & aliquādo gentile, & aliquādo vtrūq;. Et postq̄ vnum alloquutus est aliū alloquitur. Postq̄ ipse supra de iudeis mētionē fecit, hic gentiles alloquitur de iudeis etiā hic mētionē facies. ¶ Vobis enim J Gentilibus, & precipuè qui in vrbe romana habitatis in Christo credendo, ego Paulus Christi apost. ¶ Dico gentibus J partem intentionis meæ ac executionis ministerii mei vobis declarando ¶ Quādiu quidem J toto decursu vite meæ & toto tempore prædicationis, quia ego annūciatus sum Christum & eius euāgelium ¶ Ego sum gentium apostolus J ad gentes a deo specialiter missus, mihi dñō deo dicente. Vade quā ego in nationes longe mittā te. Ad gētes specialiter missus est Paulus. ipso ad Gala. sic testate. Qui enim operatus est petro in apostolatū circūcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et ad thimotheū veritatē dico nō mentior doctor gentium in fide & veritate, ¶ Ministeriū meū honorificabo J Apostolatus officii mei i autoritatem & officium ac exercitium virtutibus ornando & illustrando totis viribus

Notulæ.
Misteriū
hōrificat.

1. Thim.
3. & tyt. 1

Expositio
textus. ad
litteram.

Actu. 22.
Galat. 2.

1. thim. 2.

adimplendo ea quæ sunt ministerii apostolat⁹ Quia cum
 sim positus gentium apost. & ad prædicandum gentibus
 non solum illis euangelium declarabo sed & Iudeis vt ip-
 si ad Christum conuertantur ¶ si quomodo ¶ aliquo mo-
 do ¶ ad emulationem ¶ ad imitationem & ad imitandum
 gentiles in fide qua ipsi Christo credunt, & eius euange-
 lio ¶ prouocem ¶ verbis signis moribus doctrina ac scri-
 pturis ¶ carnem meam ¶ Iudæos consanguineos meos &
 mihi carnali affinitate coniunctos Ita vt eorum aliqui (vt
 supra cap. ix. dictum est) cognati mei sint secundum car-
 nem ¶ Vt saluos faciam aliquos ex illis ¶ mea prædicatio-
 ne, doctrina, verbo, exemplo, moribus, & scripturis dispo-
 sitive ac instrumentaliter & non effectiue ex quo illud lo-
 sius dei est Dicit apo. aliquos ex illis & non omnes, quia
 (vt videtur) reuelatione diuina sibi infusa sciebat, non o-
 mnes Iudæos esse conuertendos, vsq; in finem seculi Cū
 hic dixerit apo. Quandiu quidem ego sum gentium apo-
 stolas ministr. me. hono. Si quomodo. ad emula prouo. car-
 me. & sal. faciam aliquos ex illis, & saluos fecerit dispo-
 sitive & instrumentaliter prædicatione sua, doctrina, verbo,
 exemplo, moribus & scripturis aliquos ex Iudeis dicitur
 ¶ sic erat apostolus gentiū vt sibi eorū cura a deo commis-
 sa esset Ita vt ipse ad eam ex necessitate teneretur. Ipse gē-
 tibus dicente Et si aliis non sum apo. sed tamē vobis sum
 Nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino nā
 etsi euangelizauero non est mihi gloria, necessitas enim
 mihi incumbit Veh. enim mihi si non euangelizauero &
 quod tamen non sic erat apostolus gentium vt prohibitū
 esset ei Iudæis prædicare & annunciare Christum, quam-
 uis ad hoc non teneretur & id faciendo ministeriū suum
 honorificabat ¶ Si enim amissio eorum ¶ qua ipsi sua ma-
 litiā perditū sunt & a deo auersi nolentes ipsi Iudæi sua in-
 fidelitate per quam perditū sunt credere Christum, Chris-
 to, & in Christum de eis in persona domini dicente Hie-
 re. 50 re. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorū
 seduxerunt eos feceruntq; vagari in montibus ¶ reconcilia-
 tio est mundi ¶ occasionaliter ex quo eorū amissio oc-
 casio fuit vt deo reconciliarentur gentes, quæ (vt supradic-

1. Corā. 9

Hiere. 50

ctum est) ideo dicuntur mundus quia per vniuersum or-
 bem tanquam in regionem suam dispersi sunt, Et nō pre-
 cise vnus sunt populus sed diuersi populi in quatuor parti-
 bus terræ dispersi de quibus Christus dixit Multi ab ori-
 ente & occidente veniēt & recumbent cum Abraham &
 Isaac & Iacob in regno celorum Filii autem regni eiciē-
 tur in tenebras exteriores. ¶ Quæ assumptio, ¶ erit ex Iu-
 dæis electis, qualis erit eorum assumptio? quanti momenti
 erit? quis fructus procedet ex assumptione electorū Iudæo-
 rum ad fidem, qua ipsi in Christi fidē assument, & gētilēs
 in fide Christi imitabūtur. Cuius valoris erit eorū assump-
 tio? quis fructus ex ea procedet certe (vt videtur) nullus
 alius ab eo q̄ hic ponit apo. dicēs ¶ Nisi vita ex mortuis ¶
 & hoc quia Iudæi qui a promulgatione euangelii mortui
 sunt in Christo, viuēt. Iudæis circa finem seculi fidē Chri-
 sti suscipientibus ac eius euangelium, & vna cum eis om-
 nes gentes quæ antea non susceperunt Christi euangeliū
 suscipient Christum, Christi fidem ac eius euangeliū tunc
 plenitudine gentiū intrante in fidem Christi & paulo post
 istud (vt pie creditur) oēs morientur, & veniēt ad iudiciū
 generale, & resurgēt oēs de puluere terræ vitæq; eterna vi-
 uent oēs electi, ipsi in aīa & corpore gloriā suscipiētibus.
 Quod si delibatio sancta est & massa & si ra-
 dix sancta & rami Quod si aliqui ex ramis frac-
 ti sunt tu autem cum oleaster esses infert⁹ es
 in illis & foci⁹ radices & pinguedinis oliuæ fa-
 ctus es. Noli gloriari aduers⁹ ramos. ¶ si glo-
 riaris non tu radicem portas sed radix te. Di-
 cis ergo fracti sunt rami vt ego inferar bene.
 Propter incredulitatem fracti sunt Tu autem
 fide sta. Noli altum sapere sed time. Si enim
 deus naturalibus ramis non pepercit ne forte
 nec tibi percat Vide ergo bonitatem & seueri-
 tatem dei: in eos quidē seueritatem qui cecide-
 rūt. In te autem bonitatem dei si permaneris

Math. 8.

in bonitate Alioquin & tu excideris sed & illi si non permālerint inferantur. Potens est em̄ de⁹ inferere illos Nā & si tu ex naturali excisus es oleastro & contra naturā insertus es in bonā oliuam. tantomagis hi qui secundū naturam inferentur suę oliuę.

Notula.
Delibatio

Delibatio est degustatio quedam, siue primitiæ alicuius rei, siue modicum quid de re aliqua sumptum ad valorem totius experiendū, sicut modicum vini e dolio extractū ad valorem vini in modio existentis experiendū. Massa proprie est onus graue, & potissimum ferri vel calibis, accipitur tamen pro alicuius rei aggregato Vnde aggregatū ex multis pomis, dicitur massa pomorū & ex multis granis farinę aggregatio. massa farinę dicitur. Oleaster est oliua siluestris naturaliter sterilis, & amara: Hic per oliuā Apo. intelligere videtur Christū Iuxta illud Hiere. Oliuā vberem pulchram fructiferam. Speciosā. vocauit domin⁹ nomen tuū Et Osee. Et erit quasi oliua gloria eius Et Aggei

Massa.

Oleaster.

Hiere. 11.

Osee. 14.

Aggei. 2.

Vbertas.

Pinguedo.

1. cori. 12

Ephe. 4.

Altu senti

re.

Altu sape

Nūquid iam semē in germine est, & adhuc vinea & fic⁹ & malogranatū & lignū oliuę nō floruit Differēt vbertas & pinguedo Nam vbertas fecunditatē importat quā copia fructuum sequitur. Hinc vberes agros dicimus non quia pinguedinem habent sed quia fecunditate copiā fructuum susceperunt & sua fecunditate copiam fructuum ferunt Et fecunditati opponitur sterilitas, quę fructuum deffect⁹ includit. Pinguedo bene regulata includit fecunditatē bonę dispositionis siccitate & ariditate carentis. Annos dicim⁹ vberes, non pingues Pinguedini opponitur ariditas. Illa (inquam) quę humoris habet carentiām & pinguedinis Pinguedo verē oliuę quę Christus est. dona sunt spiritus sancti quorū paulus corynthiis scribens & epheleis meminuit. Differēt altum sapere & altū sentire Sentit enim de se quis altum, qui de seipso magnū quid existimat aut magis. Altū senti gnā habet (vt dici solet) opinionē seu estimationem, & hoc a viro studioso licite fieri potest cū humilitate tamen: Ille de se altū sapit, q ex arrogāti estimatione, & ex huiusmodi Altu sape modū persuasionē sibi ipsi nimium afficitur, nimiumque

placet atq; intra se effertur. Dicens Apo. Noli altū sapere sed time accipit timorē nō pro timorē seruili quo quis timet pēnas, & timore penarū a malo retrahitur, sed pro timore filiali procedente ab amore quo quis deū ppter se diligit nolēdo eū offēdere, & sic diligēdo eū offēdere timet. Seueritas dicitur iudicium quo iudex nulli adulari: sed iuste oēs iudicat. Hinc iudex seuerus dicitur qui in iudicando in nullā partē flectitur, sed per rectitudinē incedit Seueritas dei dicitur dei districtū iudiciū Bonitas dei, est dei benignitas & clemētia & gratia & pietas & mīa. differūt dei. Bonitas dei. Frangi & excidi in hoc, quia fractus (gratia exēpli) ramus vtiq; arbori sue resolidari potest, sed excisus ramus nūllatenus potest suę arbori resolidari: Inserere est intime copulare. gratia exēpli surculū paruū arbori intime copulare & ita adunare vt ei incorporetur. Hic apo. dicens Et contra naturā insertus es, accipit cōtra naturā vt tantū valeat sicut cōtra cōmūnem cursum naturę, & cōtracōsuetudinē naturę quā notitia humana cōprehēdit. Hic in textu vult dicere apo. & ostendere per similitudinē delibatiōis & massę, & oliuę, & radicis & ramorū arboris, fidē fuisse rectam & verā quā habuerūt veteris testa. patres, in sensu spiritali ab eis accepta scriptura, & eos qui ex iudeis eam sic acceperūt peruenisse ad cognitionē Christi & legis suę euāgelicę, & precipue eos qui post promulgationē legis euāgelicę relicti sunt eos vero qui eam non acceperunt vel non sic accipiunt sed in solo sensu lite. qui oc. fuisse vel esse velut ramos arboris fractos ita q; sicut omnis materia corporalis vtputa arbor cum vnius naturę sit tamen sine dubio ex radice, trunco, & ramis componitur aliquando aliquibus ferentibus fructum & aliis non ferentibus, & vt cognoscatur an arboris fructus bonus sit Aliquando ex massa fructuum accipiuntur aliqua poma aut pira quę præstantur. Ita hic videtur velle dicere Apostolus q; tota congregatio fidelium gentilium & Iudearum qui fidem CHRISTI susceperunt, est arbor: & illius arboris radix est CHRISTVS, Ex quo in merito passionis suę exhibendę in truncum seu massam in veteris testa. patres ex quorum progenie Apostoli

Seueritas

Seueritas

dei.

Bonitas

dei.

Frangi &

excidi dū

ferunt.

Inserere

Cōtra na

turam.

descenderunt et fidem affecti sunt & imitati, gratiæ humor diffusus est, & similiter in ramos non fractos in eos qui suprad. patrum & apostolorum fidem imitati sunt aut imitantur: Hic vero gratiæ humor non diffunditur in ramos fractos in eos qui ex genere descenderunt Habrahę et eius non imitantur fidem, qui licet rami fracti sint tamē suprad. arboris naturales rami dicuntur quia naturali propagatione ex vet. testa. patribus (qui truncus arboris appellantur) orti sunt: Loco horum gentiles rami ex suis patribus per infidelitatem situestres effecti. arbori congregationis fidelium inferti, seu vniti sunt cōtra naturam siue solitum naturę cursum, quo surculum bonum siluestri trunco infertit & quo non solet siluestrem ramum bono trunco inserere

Expo. tex **[Quod si]** sed si fidelitatis, degustatio sancta est, **tus ad literam.** per gratiam & fidem sanctitate adepti ut sanctus fuit Habraham, qui ideo arboris congregationis fidelium delibatio dicitur, quia ipse, ille est de quo scribitur Credidit Habraham deo & reputatus est illi ad iustitiam, & quia mediante sua fide in eo velut in primitiis credentium benedictionem susceperunt omnes gentes. **[Et massa]** etiam sancta est, per fidem sanctitate adepti ut sancta fuit, & est arboris congregationis fidelium massa seu truncus, qui quidem truncus congregatio est patrum vet. testa. s. Habrahę Isaac, Iacob, David, Elaye, Hieremie, & Ceterorum qui nunc mediante perfecta charitate & beatitudine sanctitate in sunt adepti. **[Et si radix sancta]** si Christus qui arboris congregationis fidelium est radix ex quo in merito passi, suę exhibendę in truncum huius arboris gratia diffusa est, & in ramos in merito passi, suę exhibite ipsi ex fide iustificatis & pacem habentibus cum deo patre per deum, Iesum Christi, apostolo supra cap. v. iniquente. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum Per deum, Iesum Christi, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus & gloriamur in spe glorię filiorum dei. Et ipse Christus arboris congreg. fidel. radix et vt radix in terra positus sanctus fuit & est alios sanctificans, eorum qui sanctificantur versus dominus iuxta illud

Leuit. Sancti ficamini & estote sancti, quia & ego sanctus sum dominus deus vester, Et illud Danie. Impletur visio & prophetia. & vngatur sanctus sanctorum. **L** & rami arboris congreg. fide: per infidelitatem non fracti per obstinationem & hæresim non excisi, sed deo & Christo vniti per fidem & gratiam, & ecclesię quę corpus est Christi mysticum per obedientiam coadunati sancti sunt, ex quo iuxta dictum Apo. solliciti sunt seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, & talium ramorum flores fructus sunt honoris & honestatis. De quibus in ecclesiastico scribitur **Eccl. 24** Flores mei fructus honoris & honestatis. Et eius folia sunt in medicina & ad sanitatem. iuxta illud Apoca. Folia ligni ad sanitatem gentium. **L** Quod si hoc est quamuis **L** qui ex ramis fracti sunt **I** Iudei, qui ideo suprad. arboris rami dicuntur, quia ipsi descenderunt ex predictis patribus, & ideo fracti dicuntur, quia suorum patrum qui suprad. arboris rami dicuntur fidem non imitantur. Nam flamma infidelitatis eos arefecit, dicente Iob Ramos eius arefaciat flamma & auferatur spiritu oris eius. **[Tu autem]** gentilis populus nunc dei misericordiam consecutus **L** cum oleaster esset **I** velut oliua syluestris naturaliter sterilis & amara nullum boni operis ferens fructum ex te & patribus tuis agris idolis deditus, & si quę tunc ferebas fructum natura si pietate motus, aut quouis alio modo agris erat, non suavis aut dulcis. Et hoc, quia non procedebat ex dei gratia gratum faciente, nec ex dilectione dei actuali vel habituali. **[Insertus es]** diuina operatione intime copulatus, coniunctus, vnitus, incorporatus, atque per gratiam adunatus. **[In illis]** sanctis patribus, seu in trunco suprad. Ex quo fidem patriarcharum suscepisti in sensu spiritus, qui viuificat. Hanc fractionem ramorum & hanc insertionem oleastri dominus noster Iesus Christus his verbis pronunciauit. **Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient. Ante annunciatum euangelium tam late terram occupauerat gentilis populus, oleaster amara sylua & sterilis, sed propter humilitatem qua cum centurione gentili dixit: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: Ad CHRIS TV M venit gentilis populus ab oriente**

Lueiti. 20
Daniel. 9

Eph. 4.

Eccl. 24

Apocali.
vlti.

Iob. 15.

Mathe. 8

Math. 8.

& occidente. Et ipso ad Christum veniente præcisus est de sylua gentilis populus. Vbi inferendus est ne arefcat. Vbi inferendi sunt gentiles ne arefcant in eis inuenit fidẽ **CHRISTVS**, ita vt non tantam inuenierit in Israhel, quantam in eis. Truncum in quo inferendi sint declarat ipse **CHRISTVS** dicens: Et recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Dices forte. In quo conuuiuo ne forte non inuidentur ad semper viuendum, sed ad multum bibendum. Id **CHRISTVS** ostendit his verbis: Recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Dices vbi recumbent: Dicit **CHRISTVS**: In regno cælorũ. Dices & quid erit de illis qui venerunt ex stirpe Abrahæ, quid de ramis quibus arbor plena erat, quid nisi quia præscindantur, vt isti inferantur. Quia præscindantur docet **CHRISTVS**, dicens: Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores: tibi erit fletus, & stridor dentium. I & socius radicis effectus es tu populus gentilis, cum per fidem es tu associatus Patriarchis & Prophetis collega, & consors **CHRISTI** effectus, ita vt voceris eius frater, & soror ipso inquit ente. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est: Etiam particeps gloriæ quã habet radix Christus, quo ad eius humanitatem. Dicente Apostolo. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Sicut in Adam omnes moriuntur, & ita in **CHRISTO** omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in ordine suo, primitiæ **CHRISTVS**. **LE** pinguedinis oliuæ factus es **TU** populus gentilis factus es particeps pinguedinis oliuæ **CHRISTI**, donorum scilicet spiritus sancti, & spiritualis opulentæ consolationis & gratiæ, ita vt propter hæc dona, seu hanc spirituales pinguedinẽ propter spirituales fructus quos suscepisti fueris oliua fructifera: iuxta illud Dauid: Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei speraui in misericordia in æternum, & in seculum seculi. Et hoc modo gentilis populus velut oliua efficitur, dum arboris fidelium radix **CHRISTVS** ei pinguedinem supradict. præbet.

Math. 12

Philip. 3.

1. Cor. 15

Psal. 51.

Et hoc dum per spiritum sanctum sibi adherentes viuificat, verbo excolit, sapientiã, floridos reddit, & in virtutum plenitudine efferre fructus vberes facit. **L** Noli gloriari **T** inaniter & superbe te extollendo & insultado **L** aduersus ramos **T** fractos, infideles Iudæos, quasi non possent reparrari siue resolidari: Quia qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus **L** Quia si **T** sed si **L** gloriaris **T** inaniter cõtra ramos suprad. dico tibi, vt errorem tuum possis aduertere, verbum istud **L** nõ tu radicem portas **T** Christum in corde, tuo vti debes, iuxta dictum Apostoli istud, Portate deum in corpore vestro. **L** Sed radix est **T** simpliciter portat: & hoc, quia Christus radix ad misericordiã te expectat, & ad misericordiam expectando te per paciẽtiam portat, tibi bona immittendo in quibus nec ex quibus gloriari debes. Dicente Aposto. Quid autem habes quod nõ accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acciperis. **L** Dicit ergo **T** tu gentilis quoniam dixi aliquos ex ramis factos: te vero cum esses oleaster insertum loco ipsorum, ergo propter verba mea hæc dicit **L** Fracti sunt rami **T** increduli Iudæi: & hoc, quia non susceperunt fidem patrum suorum, nec eam imitatur in sensu spirituali. **L** Vt **T** ego, gentilis **L** inserat **T** in trunco arboris fidelium per fidẽ eidem intime copulatus, coniunctus, vnitus, incorporatus, atq; per gratiam adunatus. **L** bene **T** dicit, & verum dicit: sed quomodo fracti sunt rami illi & tu insertus tibi declaratur his verbis **L** propter incredulitatem **T** qua obstinati Iudæi noluerunt credere in Christum, nec eius legem suscipere. **L** Fracti sunt **T** in mortem damnationis lapsi sunt & adeo derelicti, tanq; rami fracti, & a dei gratia diuisi. Et hoc, tanq; ex causa effectiua fractionis & diuisionis, & ipsis hæc agentibus occasionaliter factum est vt tu insertus sis in illis: ex quo ipsis verbum dei repellentibus cõuersi sunt Apostoli ad gentes illud prædicare. **L** Tu autẽ **T** gentilis **L** fide **T** virtute & merito fidei, tibi cõcessa, & in merito passi. Chri. exhibita. **L** ita **T** corde ad deum erectus & ei ipse gratiam vnitus, iuxta illud Apo. Nam fide statis. Notus autem facio vobis fratres Euãgelium quod prædicauit, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini. **L** Noli **T**

Prou. 17

1. Cor. 6

1. Cor. 4.

2. Cor. 1.

1. Cor. 15

I. Io. 4.

Psal. 13.

Hebrę. II

tu gentilis ad Christi fidem conuersus ¶ altum sapere.] de
 tevltra teipsum præsumdendo ¶ sed time.] dominum deū
 & iudicia eius non seruilis timore quæ charitas foras ex
 pellit dicente Ioan. Timor non est in charitate, sed per
 cta charitas foras mittit timorem: quoniam timor poenā
 habet. Qui autem timet non est perfectus in charitate: sed
 timore casto time. De quo dicit regius Psaltes, Timor do
 mini sanctus permanes in seculum seculi. Diligendo deū
 propter se, & tali dilectione timendo eum offendere. Illo
 enim timore timetur ne incidatur in tormentum suppli
 cii, isto autem ne dimittatur gratia beneficii: illo mens poe
 na terretur, non iustitia: delectatur. Isto anima timet
 ne gratiam amittat, per quam in ea factum est vt non pec
 care delectet timens ne deus eā deserat, etiā si nullis dolo
 rum cruciatibus puniat. Hic timor castus est nec eum ei
 cit Charitas, sed ei assistit. Itaq; noli altū sapere, sed timo
 re isto time, quia qui altum sapit, & ideo non timet vtique
 perniciose non timet. Timor virtutum custos est, & secu
 ritas sine timore ad lapsum facilis. Time ergo ascendere,
 time eradicari: nam ¶ si enim deus naturalib⁹ ramis.] Iu
 dæis: & hoc quia sunt rami qui primo surrexerunt ex trū
 co arboris: videlicet ex sanctis patribus qui quasi per suc
 cessionem & ius hereditarium fidem habuerunt: iuxta il
 lud de Noe scriptum: Et iustitia quæ per fidem est hæres
 est institut⁹ ¶ non peperit.] deus: ex quo ipse eos propter
 eorum superbiam dereliquit, & ipreuit, & ob culpam in
 credulitatis percussit & fregit seu, frangi permisit. Casto
 ergo & filiali timore time ¶ ne forte.] ex tuis delictis idē
 tibi contingat, ita vt propter tuorum delictorum abundā
 tiam ¶ nec tibi parcat.] sed te percutiat & conterat cū alie
 nigena sis & oleaster ¶ Vide ergo.] quādoquidē iusto dei
 iudicio fracti sunt rami, tu vero dei gratia ipsorum loco
 insertus es: considera & atēde ex vna parte ¶ bonitatē.]
 dei: qua ipse benignus est, & qua ex sua gratia & pietate
 donat peccata conuersis ¶ &.] ex alia parte considera &
 attende ¶ seueritatem dei.] distinctam eius iustitiam qua
 frangitur infidelis, & qua Iudæos iuste reliquit & per res
 ctitudinē incedit iuste omnes iudicando ¶ In eos quidē.]

Iudæos, arboris fidelium ramos fractos ¶ Qui.] quo ad eo
 rum partem ¶ ceciderunt.] & hoc, quia propter eorum in
 credulitatem & malevolentiam in perpetuum excæcati
 sunt, ita vt nunquam resurgant ¶ seueritatem.] Dei supra
 dictam distinctam iustitiam qua eos qui ceciderunt iuste
 reliquit. Hic loquitur Apostolus non de his, de quibus in
 initio huius capituli dixit, nunquid sic offenderunt vt cade
 rent absit, quia illi deum offenderunt, sed non ceciderunt,
 sed ad tempus precise excæcati sunt, sed de aliis Iudæis lo
 quitur, quos significat propter eorum incredulitatem, &
 malevolentiam & obstinationem in perpetuum excæca
 tos esse, ita vt nunquam resurgant, sed in perpetuum ve
 lut apostate maneant ¶ In te autem.] qui loco Iudæorum
 a deo misericorditer insertus es, & ad Christum conuers
 sus. ¶ Bonitatem dei.] agnosce, qua ipse sua misericordia
 & clemētia in te operatur, & qua ex sua pietate tibi tua cō
 donauit peccata, & tibi suam conferet gloriam. Et hoc ¶ si
 permanseris,] si vsq; in finem manseris ¶ in bonitate.]
 in bona & studiosa conuersatione & opere bono. Nam
 (vt Christus testatur) non omnis qui dicit ei domine: do
 mine: intrabit in regnū cælorum, sed qui facit voluntatem
 patris ipse intrabit in regnū cælorum: in hoc opere vsq;
 in finem perseverando Christo suis discipulis dicente:
 Qui autem perseverauerit vsque in finem hic saluus erit. Math. 7.
 ¶ Alioquin] nisi permanseris in bona & religiosa con
 uersatione, & in opere fidei, & in determinatione Eccle
 siæ, quæ est corpus Christi mysticum. ¶ Et tu excideris.]
 ab arbore congreg. fidei, in qua tu es insertus, ita vt post
 quam excisione ab arbore congreg. fidelium fueris excisus,
 nullatenus poteris resolidari suprascript. arbori. Cum hic
 Apostolus ramos qui ex propria oliua Iudæos scilicet, de
 ciderunt, fractos dicat: eos vero qui ex oleastro inseruntur
 si non permanserint in bonitate non frangēdos quod vti
 que leuius est sed excidendos asserat in quo acrior profes
 sio dei seueritas demonstratur. Et aliqui vt supra in hoc
 cap. super illud: Nunquid sic offenderunt vt caderent? Abs
 sit, declaratum est: iuxta sacram scripturam delictis vel of
 fensa aliquo casu cadūt qui remedium per contritionem
 G iii

- fulcipiūt, & alii alio casu delicto vel offensa cadant qui re-
mediunt non suscipiunt. Videtur quod apo. velit dicere a-
liquos christicolos in hac via non excidere alios vero ex-
cidere quorum malitia in hac via est consummata in hoc
quod peccandi hominum communem modum excedunt
De hac consummatōe scribitur in Genesi domino dicēte
Gen. 15. habrahe Nec dum enim complete sunt iniquitates amor-
reorum Etiam de hac scribis & pharis. videtur dixisse
Math. 23. Christ⁹ Et vos implete mensuram patrum vestrorum ser-
pentes genimina viperarum quo fugietis a iudicio gehē-
ne & que sequuntur: Hac excisione excisi videntur Iodo-
Gen. 19. mite & Gomorreḡ qui vna cum eorum ciuitatib⁹ propter
eorum consummatam malitiam subuersi sunt ab igne de
cēlo descendente Etiam hac excisione excisus fuisse vide-
tur pharao cuius malitia sic consummata est vt decem pla-
Exo. 14. gis a domino pulsatus pertinax fuerit & obstinatus ita vt
Exodi. 5. dixerit Nescio dominum & Israel non dimittam. de eo
Exodi. 9. teste apo. suprad. cap. 9. Scriptura dicente Quia in hoc
ipsum exitaui te vt ostendam in te virtu. meam vt annun-
Nota nomen meum in vniuer. terra Pręterea hac excisione ex-
cisi videntur heretici quorum malitia sic consummata est
quandoque tamen in corde latens sub specie bonitatis &
virtutis: ita vt arrogancia, elatione, & ambitione ducti,
suis interpretationibus quod verum est, asserant falsum:
& quod falsum est asserant verum a sacrorum docto-
rum epicaifatione deuiando, & ab vniuersali ecclēsię
determinatione recedendo, sic obstinati vt post vnam &
secundam correctionem suam errorem emendare nolint
Titū. 3. & tunc euitandi sunt dicente apo. Hereticum hominem
post. vnam & secundam correctionem deuita, sciens qa
subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit eum sit pro-
prio iudicio condānatus Taliū hereticorū sermo serpit
vt cancer & non proficit nisi ad impietātē, quia ipsi a ve-
2. Tim. 2. ritate exciderunt, dicente apo. Multum enim proficiunt
ad impietatem & sermo eorum vt cancer serpit, ex qui-
bus est hymeneus & philetus qui a veritate exciderunt
dicentes resurrectionem iam factam & subuerterunt quo-
rundam fidem. Ipsi enim seductores sunt errantes & in

errorem alios mittentes iuxta illud Apostoli. Mali autem
homines & seductores in peius, errantes, & in errorem
mittentes. Et exinde relinquendi sunt & deuitandi, & non
recipiendi, sed fugiendi velut ramuli ab arbore congrega-
tionis fidelium excisi. Dicente IO ANNE. Si quis ve-
nit ad vos, & hanc doctrinam non afferit, nolite recipere
eum in domo, ne aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue,
communicat operibus eius malignis. Doctrina de qua
hic loquitur IO ANNE S, est doctrina de qua ipsemet
dicit: Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina
CHRISTI, deum non habet. Qui permanet in do-
ctrina, hic patrem & filium habet. Doctrina CHRIS-
ti est illa quā nobis dedit CHRISTVS, per seipsum
aut suos Apostolos, aut per ECCLESIAM quę est
eius corpus mysticū, aut per suos doctores ab ECCLE-
SIA approbatos, qui spiritu sancto inspirati, loquuti sunt:
quorum doctrina salutem animarum utilis est, & qua indu-
cuntur homines ad cultum diuinum, ad honorē & cogni-
tionem dei ac seiporum habendam, ad refrenandam sen-
sualitatem per opera quę corpus castigat, & in seruitutem
redigunt, ad deuotionem habendam, ad docendam, ad ar-
guendum, ad corripiendum, ad erudiendum, in iustitiā vt
perfectus sit homo dei. Dicente Apostolo. Omnis enim
scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad
arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitiā
vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instru-
ctus. L Sed & illi q̄ fracti rami infideles L si non perman-
serint I in incredulitate q̄ vsque in finem vitę aut vsque in
finem seculi. Inserantur q̄ in arbore congregationis
fidelium, in trunco arboris existentes tunc veri filii Abra-
hę: & patriarcharum & prophetarum a quib⁹ descende-
runt, & non solum secundum carnalem originem, sed
secundum spiritualem, qua eorum fidem, charitatem, &
opera imitabuntur: Ex quo tunc generationem Iudęo-
rum postquam cum multis amatoribus fornicata est susci-
piet dominus, ipsa ad eum reuertente cui in persona do-
mini dixit Hierē. Tu autem fornicata es cum amatoribus
multis tamen reuertere ad me dicit dñs & ego suscipiā te.

2. timo. 3.

2. Ioan.
cap. vñicoDoctrina
Christi.

2. timo. 3.

Hierē. 3.

¶ Potens est enim deus J ex quo nihil est ei impossibile
 iterū in serere illos J impios iudæos, eos dum ad deum
 reuertuntur iustificando, & per gratiam inserendo arbo-
 ri & viti cōgregationis fidelium tanq̄ bonus agricola, de
 quo & similiter de qua vitē Christus dixit Ego sum vitis
 vera & pater meus agricola est ¶ Nam & si tu J gentilis
 ¶ Ex naturali excisus es oleastro J quando dei mīa, tibi an-
 nunciato Christo & tibi per fidem collato, ac eius euang-
 gelio, a gentilitatis conuersatione vitiosa & sterili es libe-
 ratus: & mediāte gladio ancipiti verbi dei e naturali ole-
 astro. oliua. s. siluestri gentilitatis, agrestri sterili & amara
 es excisus, & per hoc in teipsum mutatus, & ramulus ar-
 boris congre. fide. effectus qui eras oleaster naturalis per
 similitudinem: ex quo in gentilitate natus & enutritus sui-
 sti, & si non in te, in patribus tuis qui oleaster fuerunt fili-
 uestris. & oliua amara, agrestis & sterilis. ¶ Et cōtra na-
 turam J contra comunem naturę consuetudinē qua sur-
 culum bonę arboris malo trunco aut infructuoso inserit,
 & non surculum malę arboris in bono trunco. Nō quod
 deus omnīū creator ac conditor aliquid contra naturam
 faciat sed cum aliquid facit contra id quod nouimus i na-
 tura secundum eius cursum ac consuetudinē non incō-
 grūe dicimus id contra naturam fieri. Id tamen eius fa-
 ctum sub magnalibus ei⁹ vel mirabilibus nominatur. Nā
 ista eius facta magnalia vel mī abilia dicuntur ¶ Insertus
 es J Intime copulatus, vnitus, coniunctus, adunatus per fi-
 dem spem & charitatem ¶ In bonam oliuam J Quę est
 Christus, cui ideo insertus es quia ecclesię quę est ei⁹ cor-
 pus & cuius ipse est caput, es per fidem spem & charitatē
 effectus membrum Christo capiti per gratiam vnitus:
 ¶ Quantomagis hi J Iudæi ¶ qui secundum naturam ¶
 rami naturales arboris congre. fide. ideo dicuntur, quia ip-
 si descenderunt ex Abraham Isaac & Iacob & cete. patri-
 bus qui primo fidem susceperunt ¶ inserentur J intime co-
 pulabuntur: iungentur incorporabuntur, & vnientur ¶ suę
 oliuę J Christo, qui ideo eorum oliua dicitur, quia eis pri-
 mo promissus est, & ad eos primo venit, & ex eorum ge-
 nere carnem sumpsit, & etiam quia ipsi inter ceteros pri-

Ioan. 15.

Ephē. 4.

Nota.

mi legem susceperunt viuentes in cultu diuino, ita vt tunc
 Christo verę oliuę ipsi adherētib⁹, oliua pulchra & fru-
 ctifera vocaretur nomen eorum, eis dicentē Hiere. Osiua
 yberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit domi-
 nus nomen tuum. Hiere. II.

Nolo enim vos ignorare fratres mysteriū hoc
 vt non sitis vobis ipsi sapientes, quia cęcitas
 ex parte contingit in israel donec plenitudo
 gentiū intraret. Et sic omnis israel saluus fie-
 ret. Sicut scriptum est. Veniet ex syon qui eri-
 piat & auertat impietatem a iacob. Et hoc il-
 lis a me testamentum cum abstulero peccata
 meorum.

¶ Mysterium est res occulta, secretum aliquid in se con-
 tinēs, iuxta illud Prouerb. Est qui reuelat mysteria & am-
 bulat fraudulenter, & dilatat labia sua ne commiscearis. Prou. 20
 Et illud ecclī. Est enim concordatio, excepto conuitio & Eccl. 22.
 improprio, & superbia & mysterii reuelatione & plaga Mysteriū
 dolosa. In his enim omnibus effugiet amicus. Mysterium dei,
 dei est diuinum secretum & occultum dei iudiciū: Chris-
 to suis discip. dicente Vobis datum est nosse mysteriū re-
 gni dei Illi dicuntur apud semetipsos sapiētes qui animo
 elati sunt, & affectu intumescunt, qui nimium sibi ipsis pla-
 cent, qui plusquam expediat de seipsis sentiūt, qui de suis
 sensibus presumunt & alios contemnunt, qui putant bo-
 na quę habent ex seipsis procedere. Illi e contrario dicun-
 tur non apud seipos sapientes qui non elati sunt, nec af-
 fectu intumescunt, nec sibi ipsis placent sed deo, nec plus
 quam expediat de seipsis sentiunt, nec de suis sen. presu-
 munt, nec alios cōten. qui bona quę habent a deo procedere iu-
 dicant omnia in ipsum referendo. Est cęcitas corporalis,
 est & cęcitas spiritalis cęcitas corporalis est carentia vi-
 sus ex vtroq; oculo. Cęcitas spiritalis est cęcitas cordis q̄
 fit per tenebras infidelitatis. Dicens apo. Quia cęcitas ex
 parte contingit in israel, accipit eam partem israel quā vt

Hiere. II.

Notula.

Mysteriū

Prou. 20

Et illud ecclī.

Est enim concordatio,

excepto conuitio &

Eccl. 22.

improprio, &

superbia &

mysterii reuelatione &

plaga Mysteriū

dolosa. In his enim omnibus

effugiet amicus. Mysterium dei,

dei est diuinum secretum &

occultum dei iudiciū: Chris-

to suis discip. dicente Vobis datum est

nosse mysteriū re-

gni dei Illi dicuntur apud

semetipsos sapiētes qui animo

elati sunt, & affectu intumescunt,

qui nimium sibi ipsis pla-

cent, qui plusquam expediat

de seipsis sentiūt, qui de suis

sensibus presumunt & alios

contemnunt, qui putant bo-

na quę habent ex seipsis

procedere. Illi e contrario

dicuntur non apud seipos

sapientes qui non elati sunt,

nec affectu intumescunt,

nec sibi ipsis placent sed

deo, nec plusquam expediat

de seipsis sentiunt, nec de

suis sensibus presumunt,

nec alios contemnunt. qui

bona quę habent a deo

procedere iudicant omnia

in ipsum referendo. Est

cęcitas corporalis, est &

cęcitas spiritalis cęcitas

corporalis est carentia vi-

sus ex vtroq; oculo. Cęcitas

spiritalis est cęcitas cordis

q̄ fit per tenebras infidelitatis.

Dicens apo. Quia cęcitas

ex parte contingit in israel,

accipit eam partem israel

quā vt

supra in hoc capi. super illud Quid ergo quod querebat Israel hoc non est conse. Electio au. consec. est. Carte. vero excæ. sunt, declaratum est) ceteros vocavit, Israel in duas partes diuiso. quarum vna electio vocatur Alia ceteri, quæ Iudæorum pars ad sortem electionis filiorum dei non pertinet: Per plenitudinem gentium intelligitur tota congregatio gentium quæ circa finem seculi sub plenitudine ponitur De qua Ioannes scripsit de plenitudine eius nos omnes accepimus & gratiam pro gratia quia lex moysen data est, gratia & veritas per I E S V M Christum facta est De ea quoq; ait apo. Vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Intelligatur per susceptionem fidei & gratiæ eius Dicens aposto. Et sic omnis Israel saluus fietet comprehendit sub Israel Iudæum cognominatum & Iudæum verum de quibus supra cap. ii. facta est mentio & Israel secundum carnem & Israel secundum spiritum Et etiam prout sub se duas partes comprehendit quarum vna electio vocatur alia ceteri appellatur Iux. dicit. supra in hoc capite super illud Electio autem consecuta est ceteri vero excæcati sunt Dicens aposto. Veniet ex syon qui eripiat, accipit syon pro ciuitate Hierosolimitana de qua Micheas ait de syon egredietur lex, & verbum domini de Hierusacem Etiam accipit syon pro genere Iudæorum sicuti quandoq; in scripura accipitur Iux. illud Zacha. Exulta satis filia syon Iubila filia Hierusalem Ecce rex tuus venit Et Dauid, Numquid syon dicet homo, & homo natus est in ea. Cum hic dicit aposto. Et auertat impietatem a Iacob, accipit impietatem pro infidelitate & incredulitate mediante qua Iudæi, iniqui & impii dicuntur: In hac apostoli sententia Et hoc illis a me testamentum, accipitur testamētum pro firma & stabili promissione quæ in Iudæis complebitur circa finem seculi quando ipsi suscipiant Christum, & testamentum eius nouum scilicet euangelium dicente Iudæis Hier. in persona do. Ecce dies venient dicit dominus & feriam domui Israel & domui Iuda fedus nouum non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra egypti. pactum quod irritauerunt & ego dominatus sum

plenitudo gentium. Ioan. 1.

Ephe. 3.

Syon.

Miche. 4.

Zacha. 9.

Psal. 86.

Impietas

pro infide

litate.

estamētū

Hiere. 31.

eorum Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos dicit dominus Dabo legem meam in visceribus eorum & in corde eorum scribam eam & ero illis in deum & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit ultra vir proximum suum & vir fratrem suum. dicens Cognosce dominum omnes enim cognoscent me a minimo eorum vsq; ad maximū ait dominus quia propiciabor iniuritati eorum & peccati eorum non memorabor amplius. ¶ **N**olo enim ego paulus adeo vocari apost. gentium I vos ignorare. ¶ **O** gentes, quia **C H R I S T I** fidem suscipistis ¶ **F**rates. ¶ **I**unum mecum eundem patrem habentes deum ¶ **M**ysterium hoc. ¶ **N**on enim omnia mysteria capere potestis: Hoc perfectorum est quibus dominus dixit Vobis datum est nosse mysterium regni dei. Sed quia ignorantia huius mysterii damnoſa vobis esset & in vestrum cederet periculum, nolo vos ignorantiam habere mysterii a me proferendi quod dei ministerium est, ex quo non omnibus est patens, sed est dei occultum secretum continens non omnibus reuelatum istud vobis reuelare volo ¶ **V**t non sitis vobisipsis sapientes ¶ **A**nimo arrogantibus alios spernendo de vobisipsis alta sapientes mysterium declarandum subsequitur ¶ **Q**uia cæcitas ¶ **N**on corporalis sed spiritualis quæ fit per carentiam interni visus luminis fidei ¶ **E**x parte contingit in israel ¶ **E**x parte illa quæ ceteri vocatur, quæ propter suam malitiam excæcata est & quæ excæcata manebit vsque ad finem seculi pro maiore sui parte & quasi pro tota propter suam infidelitatem qua suæ legis deſensores tractatores, doctores & auditores, auctorem legis ignorauerunt & crucifixerunt & eius legem euangelicam recipere contempserunt propter quæ facta contingit eis cæcitas ¶ **D**onec plenitudo gentium intraret. ¶ **A**d **C H R I S T I** fidem: tota multitudine gentium circa finem temporum eius fidem suscipiente eiusque euangelium & plenitudinem gratiæ eius. Et hanc vt videtur gentium plenitudinem iudæi expectant iuxta illud regem repleti prius pro panibus se locauerunt & fame sici saturati sunt donec sterilis peperit plurimos, & quæ

Hebræ. 8.

Exposit. tex. ad litteram.

Luce. 8.

I. Reg. 2.

- multos habebat filios infirmata est, & hoc, quia Iudæi prius tempore legis mosaicæ quædo coluerunt dominum deum suum repleti sunt panibus & corporalibus & spiritualibus Corporalibus, iuxta illud deuter. Si audieris vocem domini dei tui ut facias atq; custodias omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodiæ. Faciet te dominus deus tuus excellentiorem cunctis gentibus quæ versantur in terra, venietq; super te vniuersæ benedictiones istæ & apprehendēt si tamen præcepta eius audieris, benedictus tu in ciuitate & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui & fructus terræ tuæ, fructusq; iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caule ouium tuarum, benedicta herba tua, & benedictæ reliquiæ tuæ, benedictus eris ingrediens & egrediens Spiritualibus. iux. illud deuter. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna quod ignorabas tu & patres tui ut ostenderet tibi quod non in solo pane viuunt homo sed in omni verbo quod egreditur de ore domini Sed post legis euangelicæ promulgationem quando reuerunt Iudæi Christi euangelium eis promulgatum recipere, quadraginta duobus annis post Christi resurrectionem a Tyto & Vaspasiano destructi sunt, eorum maiori pars te gladio tradita, altera in Diuersis partibus terre dispersa, & hæc a diebus illis vsq; ad diem presentem locat pro panibus corporalibus. Et qui prius tempore legis mosaicæ gentiles, s. famelici erant, nunc tempore legis euangelicæ spiritualiter saturati sunt Et hoc, quia lux. christi. verbum a Iudæis ablatum est regnum dei intelligentiæ scripturarum & verbi dei, & datum est gentibus Et ex illo nunc spiritualiter viuunt gentes ac saturantur iuxta illud. Christi. verbum Non in solo pane vi. ho. sed in om. ver. quod procedit de ore dei Et nunc tempore legis euangelicæ infirmitate spirituali ac peste infidelitatis infirmata est gens Iudæica que multos habebat filios tempore legis Mosaicæ Infirmitata (inquam) est a promulgatione legis euangelicæ vsq; in presentem diem & infirmabitur donec plurimos parturierit filios gentilitas quæ tempore legis Mosaicæ sterilis erat de ea dicente apostolo. Letare sterilis quæ non parit, erumpet & clama quæ non parturit quia multi filii deserte
- Dent. 2. 8.**
- Deute. 8.**
- Math. 21.**
- Math. 4.**
& Luc. 4.
- Galat. 4.**

magis quæ eius quæ habet virum: Dicenti quæ est illa quæ habuit virum? Respondetur gens Iudæica quæ ante passum Christi, exhibitâ iuxta dictum apostoli supra cap. 7. pro viro habuit legem Mosaicam Dicenti quæ est illa quæ sterilis erat & deserta seu derelicta? respondetur est gentilitas quæ nunc multos habet filios spirituales & longe plures habebit quam olim produxerit gens Iudæica, & hoc erit quando iux. finem seculi. omnes gentes suscipient fidem Christi, & tunc erit plenitudo gentium expleta intra fidem Christi: & hanc (ut videtur) expectant Iudæi cum asino Habrahæ seu cum sensu asinino Precepit dominus Habrahæ ut ascenderet in montem & illic immolaret filium suum Isaac Ascendens in montem reliquit asinum ad pedem montis & dixit pueris suis ut illic expectaret eum cum asino Postquam in persona domini dixit ei angelus (cognita a deo eius humilitate & obedientia) quod non immolaret Isaac, & dixit ei. Quia fecisti hanc rem & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli & velut arenam quæ est in litore maris. Reuersus est Abraam ad pueros suos, abieritq; simul. In hoc (ut videtur) figuratum est quod verus Abraham: scilicet deus pater parcere non debet vnigenito filio suo, & quod post tempus illud Iudæi qui tempore legis Mosaicæ fuerunt veri filii dei Christum expectare debebant cum asino, hoc est cum sensu asinino sicuti vsq; in hodiernum diem eum expectant & plenitudinem gentium, quæ completitur dum circa finem seculi. omnes gentes fidem Christi simul suscipient quæ quidem susceptio, plenitudo gentium vocatur, quam expectant Iudæi cum sensu tamē asinino. Et tunc ad gentes veniet verus Abraam deus pater vna cum filio & spiritu sancto & non solum ad eos sed etiam ad omnes Iudæos qui tunc cum CHRISTO ambulabunt progressu spirituali per susceptionem fidei & eius euangelii, & tunc erit perfecta plenitudo gentium adimpleta & adimplebitur illud quod subiungit Apostolus dicens ¶ Et sic omnis israel saluus fiet ¶ Hic Apostolus declarat circa finem seculi debere fieri plenam adimplerionem huius verbi CHRISTI. Et alias oves habeo quæ non Ioan. 10.

sunt ex hoc oculi, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Et sic, cum plenitudo gentium intrauerit. Postquam plenaria gentium multitudo ad CHRISTVM conuersa fuerit. Omnis israel, tam partis illius quæ electio est quam partis illius quæ vltima que ad tempus illud obcæcata erit, tam iudeorum verorum quam cognominatorum, tam iudeorum spiritualium quam carnalium saluus fiet, omnibus iudeis plenitudine gentium in CHRISTI fidem ingressa, tunc in vnum suscipientibus CHRISTI fidem ac eius euangelium, & nunquam antea simul in vnum suscipient istud ita esse, sic ostenditur. Prædicantibus apostolis non omnes simul in vnum susceperunt CHRISTI fidem & eius euangelium, sed respicerunt illud PAVLO & BARNABA eis dicentibus vobis oportebat primum loqui verbū dei sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis eter. vitæ esse conuer. ad gentes. Sic enim nobis prece. do. Post prædicationem apostolorum non susceperunt. Istud ita esse ostenditur. Non susceperunt ante destructionem Hierusalem Nam (vt satis videri potest in Iosepho de bello iudaico) Christum vsq; ad tempus illud negauerunt & eius euangelium. Et exinde in manus Tyti & Vaspasiani traditi sunt, maiori eorum parte gladio destructa: tunc adimpleta Christi sententia qua ipse dixit filia Hierusalem nolite flere super me sed super vos ipsas fleete & super filios vestros. Quoniam ecce dies venient in quibus dicent beate steriles & ventres qui non genuerunt & vbera quæ nunc lactauerunt tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos: & collibus, operite nos: quia si in viridi ligno hoc faciit in arido quid fiet. Alia parte per diuersas partes vsq; in diē præsentem dispersa de ea in hoc capitulo (vt visum est) dicente Apostolo. Cæteri vero excæcati sunt sicut scriptum est dedit illis Deus spiritus compunctionis oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant vsque in hodiernum diem. Et ita obcæcati manebunt quousque circa finem seculi plenitudo gentium in fidem CHRISTI ingressa sit, qua ingressa a Iudeis vsq; in hodiernum diem cum legitur Moyse, velamen

Actu. 13.

Lucæ. 23.

super cor eorum positum auferetur ex quo conuertentur ad Chri. eius fidem suscipiendo tunc prædicantibus Helya & Enoch ab eis patefacta antichristi nequitia eorum prædicatione conuertentur iuxta illud Apocalip. Et dabo duobus testibus meis & prophetabunt diebus mille ducentis & septuaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra lucentia in conspectu domini terræ stantes. De Helya Malachias istud scripsit. Ecce ego mittam vobis Helyam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis & conuertet cor patrum ad filios & cor filiorum ad patres eorum ne forte ventiam & percutiam terram anathemate. De Enoch dicitur quod cum Helya veniet, & ratio est, quia ambulauit cum deo & non apparuit quia tulit eum deus: Placuit enim deo & translatum est in paradysum vt det gentibus sapientiam. Fide Enoch translatus est ne videret mortem & non inueniebatur, quia transtulit illum dominus ante translationem enim testimonium habuit placuisse deo. Vt videtur in fine seculi ad promulgandum euangelium duo testes sufficienti iuxta illud in Deuteronom. In ore duorum aut trium testium stabit omne verbū. Et illud CHRISTI dictum Et in lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est. Hi duo, figurati videntur per Iosue & Caleph qui sufficientes fuerunt ad lustrandam terram promissionis ita (vt videtur) hi duo: scilicet Helyas & Enoch sufficienti ad illustrandum Iudæos in fine seculi per promulgationem euangelij. Etiam cum in passione Christi duo falsi testes contra eum sufficientes, visi fuerint qui surgentes dixerunt hic dicit possum destruere templum dei & in triduo reedificare illud. Ita etiam vice versa contra aduersarios CHRISTI ad eos conuertendum sufficienti duo viri testes post quorum prædicationem totaliter adimplebitur sententia Osee prophete. qua dicit Quia dies multos sedebunt filii israel, sine Rege & sine principe, & sine sacrificio & sine altari & sine Ephod & sine theraphim, & posthac reuertentur filii israel, & querent dominum Deum suum, & David Regem suum, &

Apol. 11.

Mala. vii.

Gest. 5.

Ecc. 4. 4.

Hebr. 11.

Dent. 19.

Ioan. 8.

Nume. 13.

& 14.

Mat. 26.

Osee. 3.

Luce. I.

pauebunt ad Dominum & ad bonum eius in nouissimis diebus. Per Dauid intelligitur Christus iux. illud, de Christo ad Mariam archang. Gabrielis dictum Et dabit illi deus sedem dauid patris eius regnabit in domo Iacob in eternum, & regnicus non erit finis ¶ Sicut scriptum est, ¶ Esa. .59. ¶ Veniet ex syon qui eripiat & auertat impietatem a Iacob & hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum, ¶ Hanc auctoritatem adducit apostolus iux. transla. lxx. interp. vbi in Esaya vnde testimonium istud affert Paulus pro eo quod hic Dicit veniet ex syon. scribit Veniet de syo Et pro eo quod hic habet qui eripiat & auertat impie. a Iacob illic scribitur Liberans & auertat impietates a Iacob Quo d hic ait cum abstulero peccata eorum ibi omnino non scribitur, nec etiam apud Hebræos super hoc passu teste Origene Et exinde apostolica auctoritate istud hic in medium assumptum est loco cuius auctoritatis nostra transla. que est Hiero. istud habet Et venerit syo redemptor eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob dicit dominus: hoc foedus meum cum eis dicit dominus, que suprad. auctoritati non contradicit ¶ Veniet ¶ Dei filius in vtero virginis humanatus, in plenitudine temporis factus ex muliere sub lege ad genus humanum redimendum ¶ Ex syo ¶ ex populo iudeorum secundum carnem descendens qui syo dicitur, & etiam qui per Hierusalem metropolim iudee que syon dicitur, significatur Et etiam propter syon, populum .i. iudeorum veniet & iam venit vt eum redimeret & non solum eum sed etiam & populum gentilem ¶ qui eripiat ¶ syon, eius redemptor effectus, ac etiam populi gentilis nunc a culpa eripiens & ad se conuertens aliquos iudeorum sed quasi violenter: Et hoc, quia nunc aliquis iudeorum vix conuertitur, & qui nunc ex iudeis conuertuntur cum magna difficultate conuertuntur, & exinde quasi cum quadam violentia adimpleta sententia Amos prophete, qua ipse dicit Quo modo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auriculæ sic eruentur filii Israel ¶ Et auertat ¶ ipse deus in fine seculi impietatem ¶ infidelitatis & incredulitatis a iudeis, qua ablata a domino deo seu auersa, ipsis ad fidem Iacob redeuntibus desinent im-

Amos. 3.

pii appellari, ¶ a Iacob ¶ a populo Iudeorum, qui secundum carnem a Iacob descendit. Circa finem seculi a deo suprad. impietas auferetur ¶ Et hoc illis ¶ Iudeis est firmum & stabile promissum ¶ a me ¶ deo ¶ Testamentum ¶ foederis, quo ego cum eis pepigi foedus firmum & stabile quo in eis quæ eis promissa sunt pro eorum salute circa finem seculi complebuntur, quando ipsi testamentum nouum legis euangelicæ suscipient Christo in omnibus adherendo ¶ Cum ¶ ego deus misericordia motus ¶ abstulero ¶ per virtutem & gratiam meam circa finem seculi. ¶ peccata eorum ¶ Iudeorum, & circa finem seculi si ita fiet. iuxta illud Micheæ de Iudæis dictum: Quis deus similis tui qui auersus iniquitatem, & transers peccatum reliquiarum hereditatis tuæ. Non emittet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est, reuertetur & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Secundum euangelium quidam inimici propter vos, secundum electionem autem charitatis firmi propter patres. Sine poenitentia enim sunt dona & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis nunc propter incredulitatem illorum. Ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam vt & ipsi misericordiam consequantur. Concludit enim deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.

Michæ
vlti.

¶ Hic dicit Apo. sec. euang. quid. ini. prop. vos loquitur de hac parte Iudeorum quæ ceteri vocatur, & quæ ex cæcatis est, de qua supra in hoc capite facta est mentio super illud. Ceteri vero ex cæcatis sunt, & super illud. Quia cæcitas ex parte continet in Israel. Dicens, Secundum elect. au. char. propter pa. mentionem facit de hac parte Iudeorum quæ electio vocatur, de qua supra facta est mentio in hoc cap. super illud, Electio au. consec. est. Et cum hic nondicat di-

Notule

Iecti, sed charissimi innuere videtur deo. deum. non solum simplici dilectione (qua omnes diligit) dilexisse Iudæos, sed speciali & peculiari, qua eos præ aliis charissimos habuit. Cui hic dicit Apo. Sine poenitent. enim sunt deo. & vo. dei accipit poenitentiam pro mutatione & poenitudine. iuxta illud regnorum. Porro triumphator in Israel non parceret, & poenitudine non flectetur. Et Numer. Non est deus quasi homo ut metiatur, neque ut filius hominis ut mutetur. Et Malac. Ego enim dominus & non mutor. Et Iac. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Accipit dona pro promissis, quibus deus suo gratuito munere aliqua promissit, quæ adimplebit sine variatione propositi, & dolore, & etiam pro donis spiritus sancti, de quibus scribitur. I. Cor. 12. & vocationem pro vocatione secundum propositum. Dicens Apo. Concludit enim deus omnia in incredulitate. Accipit ly omnia ut suble comprehendat tam gentiles quam Iudæos.

expo. tex. ad literã. ¶ Secundum euangelium quidem. ¶ cui contradicunt & hoc, quia in eo narratur qualiter Christum Iudæi morti tradiderunt, & qualiter eum qui ad eos in propria venit recipere renuerunt. ¶ Inimici ¶ deo & euangelo sunt Iudæi, qui excæcati sunt propter eorum duritiam, & obstinationem sensibus in quibus habundant, accipientes legem in solo sensu lite. qui occidit, & dicentes euangelium legem Moysæ destruere quod fallum est. iuxta illud supra declaratum supra illud cap. 3. Legem ergo destru. per se. Absit, sed leg. statu. Et vere statuit Moysæ lex per Christum & eius euangelium, Et hoc, quia Christus in lege promissus, est in euangelio exhibitus, & etiam quia lex in sensu spiri. accepta, & non in carnali aut in solo lite. est per euangelium confirmata, licet legalia legis quo ad legalem eius obseruantiam sint in passione Christi consummata. Et exinde quia Christo contradicunt & eius euangelio, inimici facti sunt deo & euangelii. ¶ Propter vos. ¶ gentiles ad Christum conuersos, & hoc, quia eorum excæcatio & malitia, occasio fuit illuminationis vestræ & conuersionis. Ex quo ipsis renouetur suscipere Christum & euangelium, conuersi sunt Apo. præcepto domini ad gentes, ut eis annuntiarent euangelium, cuius prædicatio occasione talis inimici-

collof. i. citiæ ubique diffundit, fructificat, & crescit, dicente apo. In verbo veritatis euangelii quod præuenit ad vos sicut & in uniuerso mundo est, & fructificat & crescit sicut in vobis. Et exinde Iudæorum in inimicitia quæ Christum occiderunt, & renuerunt eius suscipere euangelium, & ei resistunt ut videmus sine dubitatione proficit & hoc, ex dei dispensatione quæ bene uti nouit etiam malis non ut ei profint via ira, sed ut ipso illis bene utente proficit vasis misericordie. Est ergo in malorum potestate peccare: ut autem peccando hoc vel hoc ex eorum malitia sequatur non est in eorum potestate, sed in dei diuidentis tenebras & ordinatis eas: hoc etiam quod faciunt contra dei voluntatem non impleatur, nisi voluntas dei id fieri permittat. Iudæis inimicis Christi ac eius euangelii prohibebus ne Apostoli annuntiarent Christum & eius euangelium ipsi diuino instinctu dimissi nunciauerunt suis intentionem principum & Iudæorum, & cum humilitate petierunt a domino ut eis daret cum omni fiducia loqui verbum eius, & ita factum est domino deo (ut constat) ordinata tenebras Iudæorum in lucem, & sua implente voluntatem ¶ Secundum electionem autem ¶ secundum illam partem Iudæorum quæ (ut supra in hoc cap. super illud. Electio autem cõse. est dictum est) ab æterno a deo deo prædestinata est, & in sortem suorum filiorum electa & cõsecuta iustificationem per fidem. ¶ Charissimi ¶ Sunt Iudæi illius partis suprad. dom. deo. effecti speciali & peculiari aliqua dilectione qua eos præ aliis charissimos habuit & habet ¶ propter patres ¶ Et hoc quia ob gratiam patribus Hebræorum collatam, semen Iudæorum elegit. iuxta illud Deuter. Dilexit patres tuos & elegit semen eorum post eos. Istud tamen non intelligendum venit quasi merita patrum fuerint causa eternæ electionis filiorum, sed quia ab æterno gratis elegit & patres & filios, hoc tamen ordine ut filii propter patres consequerentur salutem non quasi merita patrum iusticerent ad filiorum salutem, sed per quandam habundantiam diuinæ gratiæ hoc dicit Apostolus. quæ in tantum patribus est exhibitæ ita, ut propter promissiones eis factas etiam filii quodammodo consequerentur salutem deo in eis promissiones patribus factas adimplere, non tamen secundum debitum, sed secundum gratiam, quæ (ut supra in hoc cap. dictum est) secundum electionem gratiæ dei salutem factæ sunt: & hoc, deo stabiliter, & infallibiliter

reddente filiis que patribus promisit, non quod eis debitor sit propter ea quae ab eis accepit, sicuti debitor est homini ille cui ueraciter aliquis dicit: Debes mihi, quia dedi tibi, sed solum quia promisit, quae promissio ex gratia fuit, & promissum redditio ex gratia erit, firma tamen & stabilis. De hac promissione subiungente Apo. Sine poenitentia enim sunt dona & uocatio dei, & hoc, quia quae dominus donat, & quos uocat, id sine poenitentia facit. ¶ Sine poenitentia enim ¶ sine uariatione propositi & dolore. Et exinde quia in poenitentia sacramentum poenitentes mutare solent, propositum & ipsum variare cum poenitudine & dolore, recte uocatur poenitentia quae est confessio, contritio, & satisfactio ¶ Sunt dona ¶ spiritus sancti, & etiam promissa, quibus aliqua dominus deus promissione secundum propositum promittit quae adimplebit sine poenitudine & mutatione ¶ & uocatio dei ¶ qua ab eterno aliquos uocauit uocatione secundum propositum, & non uocatione illa de qua scriptum est. Multi autem sunt uocati, pauci uero electi. Sed uocatione illa de qua supra cap. 8. dictum est. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Et si aliquis dicat: Scriptum est in Genesi. Poenitet me quod fecisse hominem. Et in libro regum. Poenitet me quod constituerim Saul regem, quia dereliquit me & uerba mea opere non impleuit, & in Hierem. Loquar de gente & de regno ut edificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis ut non audiatur uocem meam, & poenitentiam agam super bono quod loquutus sum ut facerem ei. Ergo cum haec omnia in persona domini scribantur: sequitur de deo poenitere aliquando seu variare & mutare propositum, sine tamen dolore & poenitudine. Huic dicto responderetur dominum deum aliquibus aliquid promittere secundum propositum: aliquibus aliqua promissione non secundum propositum, sicut & dicitur uocare (iuxta modum declaratum supra cap. 8.) aliquos uocatione secundum propositum, alios uero uocatione non secundum propositum. Dicitur enim deus promittere promissione secundum propositum, quando aliquid promittit alicui uel alicuius absolute promissione una cum eius effectu ex seipso tantum dependente,

Matt. 22.

Obiectio

Gen. 6.

1. Re. 15.

Hiere, 18

Solutio.

ut cum intentione efficaciter tempore & loco a se determinatis promissionem suam adimplendi, ut iuxta dictum apo. in hoc cap. est dei promissio de subintratione plenitudinis gentium ad fidem, & de tota seu Iudaeorum omnium infimul conuersione, aut cum conditione expressa, ut est haec: Qui conseruauerit usque in finem, hic saluus erit. aut subintellecta, ut haec: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. aut in mente diuina comprehensa: Quicquid promittit de uiatoribus & praecipue adultis etiam absolute de eorum salute promittit in mente sua diuina comprehendendo dum in sua credulitate & lege usque in finem uita permanerint, & scit eum uel eos obseruaturum uel obseruatos tale conditionem. Et hoc modo promittit iustus, quos sciuit suam obseruaturum legem se daturum uitam aeternam. si obseruauerint eorum legem. Et in adimplitione huius promissionis non est mutatio, nec uariatio propositi, nec ex parte dei, nec ex parte eorum quibus sit promissio. Et de hac hic loquitur apostolus, & pro hac sunt tres auctoritates supra. una Numero. alia Malachie, & alia beati Iacobi. Et etiam ista Psalmistae. Inuocauit dominus & non poenitebit eum. Dicitur promittere deus promissione non secundum propositum, quando aliqua aliquibus cum conditione promittit, & tales non obseruant conditionem illam: & exinde ipsi non obseruantibus mutatur deus dei promissum: non quod aliqua mutatio sit in deo, sed per mutationem hominis qui dei gratiam abiicit. Et tunc sicut dominus irasci dicitur: non quia in eo sit commotio irae, sed quia ad modum irati se habet quantum ad punitionis effectum, ita quandoque poenitere dicitur, non quasi in eo sit uolitionis suae mutatio aut propositi uariatio, sed quia ad modum poenitentis se habet dum mutatur quod fecerat, aut non adimpletur quod promiserat, & pro hac sunt tres auctoritates supra allegatae: una Gene. alia Hiere. & alia e libro regum. Ex sententia qua Saul dixit Samueli. Necessitate compulsus obtuli olocauftum domino, ei dicente Samuele. Stulte egisti, nec custodisti mandata domini tui, quae praecipit tibi, quod si non fecisses, iam nunc praeparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam regnum ultra conseruet.

Psal. 109

1. Reg. 13.

Quæ fuit dominus verum iuxta cor suū & præcepit ei do-
 minus vt esset dux super populum suum eo quod non se-
 uaueris quæ præcepit dominus, cōfirmatur harum supradic-
 tarum promissionum definitio & præcipue illa quæ de pro-
 missione non secundum propositum datur ¶ Sicut enim
 aliquādo ī tēpore idolatrię vestrę ¶ & vos ¶ gentiles ¶ nō
 credidistis deo ¶ sed deum ignorantes idolis vestram præ-
 buistis credulitatē, simulachra quæ manuum hominum erāt existi-
 mantes deos esse & hoc lōgo tempore vsque videlicet ad
 legis euangelicę promulgationem ¶ Nunc autem ī tempo-
 re legis gratię, Christi euangelio iudeis & gentibus pro-
 mulgato ¶ misericordiam consecuti estis ¶ qua dei pietate
 & benignitate a vestra subleuati miseria nunc super mise-
 ricordia honoratis deum Dicente apostol. infra cap. 15.
 Gentes autem super misericordia honorare deum Et ad
 Ephe. 2. Ephe. Erratis illo in tēpore sine deo in hoc mundo, nunc
 Oseæ. 2. autem misericordiam consecuti estis. Et Oseæ in persona
 domini. Miserebor ei⁹ quæ fuit absq; misericordia. ¶ pro-
 pter incredulitatē eorum ¶ iudeorū, & hoc, quia eorū in-
 credulitas & excecatio occasionaliter causa fuit vřę credu-
 litatis & salutis. Nō hic ait apo. per incredulitatē eorū, sed
 propter incredulitatē eorū, qā hęc dīctio p̄ efficientē cām
 significat. Propter vero p̄ prius & veri⁹ occasionālē causā
 significat quæ ly per ¶ Ita & isti ¶ iudei ¶ nūc ¶ tēpore gra-
 tię euangelio Christi promulgato, de quo scribitur. Ecce
 2. Cor. 6. nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. ¶ nō cre-
 diderunt ¶ Christum venisse vt redimeret genus huma-
 num, nec Christo nec in Christum ¶ in vestram miseri-
 cordiam ¶ qua a Christo a vestra miseria subleuati estis
 & quia fide quę per dilectionē operat̄ credidistis Christū
 venisse, Christo & in Christum ipse dictus est vestra mi-
 sericordia, & vobis apparuit sua benignitas & humani-
 tas dicente Apost. Apparuit benignitas & humanitas sal-
 uatoris nostri dei non ex operibus iustitię quæ fecimus
 nos, sed secundum misericordiam suā saluos nos fecit per
 sanguinē regeneratiōis & renouatiōis spiritus sancti quem
 effudit ī nos habūde per Iesum Ch̄m saluatore n̄m ¶ vt
 & ipsi ¶ iudei, quorum pluralitas a promulgato euāgelio

Ephe. 2.
Oseæ. 2.

2. Cor. 6.

Ad Tit. 3.

huic usq; incredula fuit ¶ misericordiā cōsequant̄ ¶ a dño
 deo eorū subleuante miseriā, ita vt miseratio gētiū im-
 pensa eis fiat miseratiōis acquirende occasio sicut pie cre-
 ditur flendum circa finem seculi quando plenitudo gen-
 tium modo suprad. in fidem Christi intrabit quę iudeis
 per diuersas orbis partes dispersis occasio erit per fidem
 Christum suscipiendi ac eius legem Euangelicam in sen-
 su spiritali plene adimpleta Elayæ sententia qua ait Mi-
 serabitur enim dominus Iacob & eliget adhuc de Israel
 & requiescere eos faciet super humum suam, adiungetur
 advena ad eos & adheret domui Israel & tenebūt eos
 populi & adducet eos in locum suum & possidebit eos do-
 mus Israel ¶ Concludit enim ¶ conuincit, concludi per-
 mittit & includi & comprehendendi ¶ deus ¶ omnium crea-
 tor & omnipotens ¶ oīa ¶ hominum genera ¶ in incredu-
 litate ¶ sicut in quadam cathena erroris iuxta illud sapiē-
 tię Vna enim cathena tenebrarum omnes erant colligati
 Permisit enim deus tam iudeos quam gentiles multoties
 idolis deseruire & incredulos esse & etiam multo tempo-
 re non quod ipse iniecerit aut effecerit incredulitatis pro-
 positum sed ex ipsorum incredulitatis proposito aliis qui
 prius increduli fuerant credendi aditū patefecit, aliqñ gē-
 tilibus, aliqñ iudeis subiungente apost. ¶ vt oīm misereat̄
 tur ¶ iudeorū. s. & gentiliū eorū, quos predestinauit voca-
 uit & iustificauit: Hęc dīctio, vt, in hac ap̄t̄ sententia non
 causaliter sed cōsecutiue tenet Et hoc, quia nō ideo p̄mit-
 tit Deus aliquos errare directe & causaliter vt aliorū mi-
 serereatur Nam si ita esset nostra malitia directę esset causa
 glorificatiōis seu manifestatiōis pietatis diuinę, & sic pla-
 ceret deo, cōtra illud apost. supra cap. 6. Quid ergo dice-
 m⁹. Manebim⁹ in p̄ctō vt gratia habūdet absit vbi etiā ly
 vt tenet consecutiue & hoc qā malitia nostra idirecte &
 cōsecutiue est causa miseratiōis diuinę in hoc q̄ bon⁹ de⁹
 p̄mittit mala, vt bona eliciat̄ ex eis: Videns em̄ homo iu-
 stus & pius a terius malū cōfunditur & confusus a malo
 retrahitur & exinde ad bonum inducitur & sic eius misere-
 retur deus.

Esa. 14.

Sap. 17.

Vt.

O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei, quā incōprehensibilia sunt iudicia ei⁹, & inuestigabiles viæ eius ! Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedi illi, & retribuetur ei ? Quoniā ex ipso & per ipsum & in ipso sunt oīa Ipsī honor & gloria in secula seculorum Amen.

Notulæ.
Sapientia ¶ Sapientia differt a scientia in hoc q̄ sapientia dicitur de eternis & spiritualibus rebus & intellectualibus Scientia vero de naturalibus : Prudentia autem de humanis & animalibus Est sapientia creata, est & sapientia increata Sapientia creata est cognitio quam habet homo vel angelus de rebus eternis Et si vera dicatur iuxta illud sapien. In maliuolam animam non introibit sapientia nec habitabit in corpore subdito peccatis, est cognitio quā habet homo de deo & rebus eternis mediāte qua deo adheret propter ipsum legem eius obseruando Sapientia increata est ipsemet deus sapiens mediante seipso cognoscens res eternas, & creaturis prestans sapiētiam Scientia creata est cognitio quam habet homo vel angelus de rebus humanis aut non eternis Scientia increata est ipsemet deus (ex quo omnia quæ sunt in deo sunt ipse deus) seipso cognoscens res humanas aut non eternas & introitum earum & exitum & modum procedendi & se habendi & quare in eis vel ex eis id vel id fiat, & cur, & propter quid : Diuitiæ dei sunt cōgregatio eius sapientiæ, & scientiæ & misericordiæ & veritatis & eorū quæ in ipso sunt. Per iudicia dei, intelliguntur dispositiones seu decreta eius de rebus, secundum quod rerum creaturarum dispositiones sunt in mente diuina : Per vias domini intelliguntur progressus domini, & executiones, & impletiones, & dispositiones operum quib⁹ omnia disponit : etiam intelliguntur actiones quibus ipse omnia operatur regit gubernat & disponit in hoc vel hoc tempore, propter hoc vel hoc, hoc modo vel hoc modo, propter hunc finem vel hunc finem, & hac vel hac intentione : Illa dicuntur incomprehensibilia quæ non valent a creatura cognosci aut comprehendī : Illa dicuntur inuesti-

gabilia quæ nō valent a creatura plene inuestigari siue inquiri. quorum vestigia inquiri nō possunt. Per sensum domini intelligitur intellectus dei profunditas qua median- te dictamine diuino disponit quid de creaturis suis facere debeat, & dicitur quid de singulis sentiat, & quid de omnibus intra se iudicet Ille dicitur alicuius cōsiliarius qui nō omnia cognoscenti consulit de re fienda seu declarat modum quo in omissione eius vel executione vel in verbo se habere debeat Ille prior dicitur aliquid dare alicui qui ei aliquid confert antequam ab eo acceperit. Quando in sacris scripturis ponuntur hæ duæ dictiones. ex & Per in eadem sententia, aut hæ tres ex, per, & in, differentia ponenda videtur talis vt ly ex, denotet primam factionem, & ly per secundam aut factionem quæ non est prima, & ly in, conseruationem aut cōtinationem aut profectum & precipue de bono in melius Et pro confirmatione huius aliqua authoritates adducuntur. Ad galathas quarto scribitur. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret vbi denotatur humanitatē C H R I S T I in vtero virginis conceptam esse ex puris sanguinib⁹ Mariæ absque cooperatione viri Et hinc hanc conceptionem quantum ad id quod procedit ex natura humanitatis esse primo ex muliere & non ex viro Primæ ad Corint. xi. legitur. Non enim vir ex muliere est sed mulier ex viro Sicut mulier deviro, ita & vir per mulierem in quibus dictis denotatur adam primum virum productum esse absque muliere : & Inde primam hominis factionem fuisse absq̄ muliere & Euā foeminā primā factā fuisse de substantia viri scilicet de eius costa iux. illud Gene. Cūq̄ obdormiuisset adam tulit vnā de costis eius & repleuit carnem pro ea & edificauit do. deus costam quam tulerat de adam in mulierem Et ideo alios viros ab adam (dempta humanitate C H R I S T I) factos fuisse per mulierem, quia secunda cooperatione ab ea geniti sunt Etiam in mediū adducitur authoritas aposto. supra cap. 3. in qua dicit, Vnus est deus qui iustificat circumcisionem ex fide & preputium per fidem: super quo passu dictū est quando in eadem sen-

Sensus dñi

cōsiliari⁹.

Dare p̄or

Galat. 4.

I. cor. II

Gen. 2.

5. 70.

sentia ponitur ly ex & ly per, talē videtur ponere scripturā differentiam vt ly ex denotet primam factionem aut primum aliquid respectu alterius, aut principale aliquid rei illius de qua fit mentio in sententia, & ly per denotet secundam factionem aut factionem quæ non est prima aut aliquid quod non est primum respectu alterius puta rei denotatæ aut significatæ per ly ex aut aliquid quod non est principale rei illius de qua fit mentio in sententia: **Quando vero non in eadem ponitur ly ex & ly per secus est nā tunc pro eodem indifferentem poni videntur: Honor dicitur reuerentia alicui exhibita in verbo & opere & potissimum in signum virtutis Ex quo. premium virtutis est honor. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude quæ si de bono vero sit, claritas honorum dicitur. Seculum dicitur quia vnum sequitur ad aliud: & ponitur pro quolibet spatio temporis aliquantulum longo, & si pro vita hominis ponatur, seculum dicitur longissimum spatium senescendorum hominum puta centum annorum aut centum & decem aut centum & viginti Vnde olim apud Romanos seculares iudi dicebantur qui centesimo anno fiebant vel celebrabantur.**

Expositio textus ad litteram. ¶ **GO** altitudo diuini. sapien. & scien. ¶ **Quia** superius multa posuerat apostolus, vnde questionem iste possent fieri **Quare** Iacob elegit deus, Esau. vero reprobauit, Et cur alios indurat aliorumque miseretur, & quare prius Iudeos que gentiles elegit, & post saluatoris aduentum quare Iudeos populum suum reprobauit, & gentes assumpsit rursusque circa finem seculi & non antea dum plenitudo gentium intraret omnem Israel saluabitur Ne quis inde istorum quereret solutionem vnde nunquam perueniretur ad finem, prorumpit in admirationem in qua illa non esse humanis sensibus intelligibilia ostendit per admirationem dicens **GO** ¶ **hic** standum est. hic humana ratio deficit, nec secreta diuine sapientie penetrat vt intelligere possit cur ita diuinitus addatur de singulis vt isti elegantur. & isti reprobentur: Et quare sic saluantur hoies in merito passionis Christi exhibite, cum multi alii modi saluationum in mente diuina fuerint **Altitudo** ¶ **sublimis** profunditas & profunda subli-

mitas qua deus hæc & omnia alia per seipsum perfecte cognoscit, & certitudinaliter & infallibiliter de celo in terram prospicit: de eo dicente Dauid Prospexit de excelso sancto suo dominus de celo in terram aspexit fundamenta terræ dei que sunt bona in eo existentia ¶ sapientie dei que est ipsemet deus mediante se ipso sapiens & ad perfectum æterna comprehensens & de eis vti vult, quando vult & quantum vult sapientiam seu cognitionem prestantis creaturis intellectualibus ¶ & scientie dei ¶ qua omnia creata & omnem eorum modum se habendi intuitiue cognoscit dicente apost. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius: & exinde vti vult, & quando vult, & quantum vult cognitionem prestat angelis & hominibus quia in ipso (teste apost.) sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi. Et si quis scientia aut sapientia indigeat ab eo postulare debet in fide absque hesitatione dicente Iacobo in sua cano. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a deo qui dat affluenter & non immergetur & dabitur ei: Postulet autem in fide nihil hesitans: Qui enim hesitat, similis est fluctui maris qui a vento mouetur & circumfertur Non ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid a deo ¶ **Quam** incomprehensibilia sunt iudicia eius ¶ de rebus creatis censuræ eius diuinæ ac ordinationes. Certe incomprehensibilia recte dicuntur Ex quo non valent a creatura cognosci aut comprehendi dicente Iob Forsitan vestigia dei comprehendes & usque ad perfectum omnipotentem reperies Et Hier. Fortissime magnæ & potens dominus exercituum nomen tibi magis consilio, & incomprehensibilis cogitatu: ¶ & inuestigabiles vie eius ¶ progressus & dispositiones rerum, siue diuinarum, siue in hac terra existentium, siue etiam sub terra hæc vere dicuntur inuestigabilia, quia non valent a creatura plenè inuestigari. siue inquiri, vel explicari dicente Salomone Cunctæ res difficiles non potest eas homo explicare sermone. Nec etiam eorum vestigia possunt perfecte inquiri dicente Dauid In mari via tua & leuiter tua in aquis multis & vestigia tua non cognoscetur Quis ille erit qui progressionem seu exitus quædam operum diuinorum perfecte inquirere poterit & inuestigare certe nullus, quia nec modum emanationem rerum a deo

Psal. 102.

Hebre. 4.

Collo. 2.

Iacobi. 1.

Iob. 11.

Hier. 32.

eccles. 1.

Psal. 76

nec modum gubernationis aut beatificationis electorum intelligere possumus. **L** Quis enim ꝓ hominum aut angelorū ꝓ cognouit ꝓtegre, & perfecte ita vt nihil restaret cognoscendum quin ipse cognosceret ꝓsensum domini ꝓ dei intellectus profunditatem. Certe nullus id noscere valet quia nullus archanorū mentis eius est conscius, nec etiam valet aliquis quę in mente diuina latet cognoscere, nisi ipso do. deo reuelate dicente Salomone **Sensum autem tuū quis sciet, nisi tu dederis sapientiā, & tu miseris spiritū tuū de altissimis** Et apost. Quę dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei nobis autem reuelauit deus ꝓr spiritū suum **Aut qui consiliarius eius fuit ꝓ istud dictū apost. Quis enim cognouit sen. do. aut quis consi. eius fuit extrahitur ex illo Elaye. 4. 0. vbi habet translatio. 70. Quis cognouit mentem domini aut quis consiliarius eius fuit loco cuius hic ponit Apost. Quis enim cognouit sensum domini aut quis consi. eius fuit. Etiā extrahi videtur ex. 9. cap. lib. sapien. Salomo. vbi iux. trāssa. 70. dicitur Quis enim hominū cognosceret consiliū dei aut quis cogitabit quid velit deus? Responderi potest. certe nullus, dicente Salo. in eodem cap. Cogitationes enim mortalium timidę & incertę prouidentię nostrę. Corruptibile enim corpus aggrauat animam, & onerat terrena habitatio mentē multa cogitatem & vix imaginamur quę in terra, & quę in manibus inuenimus cum labore, quę autem in cęlis quis inuestigabit. Si ex sententia Elaye nullus ad plenum & perfectum audiuit spiritū domini. Et ex sententia Salomō. nullus valet cogitare quid velit deus. recte concluditur ex sententia apost. nullū ad plenū & perfectū cognoscere sensum domini modo nuperrime declarato **Aut quis ꝓ hominum aut angelorum. cum nullus ad perfectū audiuerit spiritū dei nec possit cogitare quid velit deus nec cognoscere sensū eius ꝓ consiliarius eius fuit ꝓ declarado ei (tanq̃ alicui qui non omnia nouit) modū quo rem aliquā facere debuit aut omittere vel exequi aut nō exequi certe nullus eius fuit cōsiliarius. Ex quo ille consilio indiget qui nō plene cognoscat quid sit agendū aut nō agendū, aut modū quo se habere debet in agendo aut nō agendo, in aliquid faciēdo aut****

Sapient. 9.
1. Cori. 2

omittendo. Sed ipse deus oīa nouit anteq̃ fuerint median te sua sapientia quę est ipsemet deus dicente Salomo. **Tes cum sapientia tua quę nouit opera tua quę & affuit tūc cū orbem terrarū faceres & sciebat quid esset placitū oculis tuis & quid directum in præceptis tuis Mitte illam de cęlis sanctis tuis: & a sede magnitudinis tuę. vt mecū sit & mecum laboret. vt sciam quid acceptum sit apud te. Sicut enim illa omnia & intelligit & deducet me in operibꝫ meis sobrie & custodiet me in sua potentia. Exinde recte dicitur nullum fuisse domini consiliariū nec aliquē affuisse in eius consilio dicente Hiero. **Quis enim affuit in consilio domini: & vidit & audiuit sermonē eius. Quis considerauit verbum illius & audiuit? Si per multa discurre velsimus reperietur nullū affuisse in consilio domini dicentes iux. verba Hieremie Quis affuit in consilio dñi quando creauit cęlū & terrā? Quis affuit in consilio eius quando destruxit est consiliū nembroth? Quis affuit in cōsilio eiꝫ qñ dixit Abrahę, Suspice cęlū & numera stellas si potes sic erit semen tuū? Quis af. in cons. eius qñ cōstituit moysem iudicē super israel? Quis af. in cons. eius qñ dedit tabulas moysi? Quis affuit in con. eius qñ constituit Saulem regē super israel? Quis af. in con. e. quā. deposuit saulē a regno & loco eius cōstituit Dauid, Quis af. in con. eius qñ quatuor imperia reuelauit Danieli? Quis af. in con. e. qñ imperium dedit Alexandro Macedoni? Quis affuit in con. eiꝫ qñ Iacob dilexit & Esau odio habuit? Quis af. in cō. e. qñ misit filiū suū in terris factū ex muliere factū sub lege vt eos qui sub lege erāt redimeret? Quis af. in cōf. eiꝫ qñ die. 50. post suā resurrectionē spiritū sanctū i linguis igneis dissi. suis misit? Certe in his omnibꝫ neqꝫ ex hominibus neqꝫ ex angelis aliquis fuit eius consiliarius nisi vnigenitus dei filius, qui & magni cōsiliū angelus appellatur de quo sic scripsit Esayas, Paruulus enim natus est nobis & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius & vocabitur nomen eius admirabilis cōsiliarius deus fortis pater futuri seculi, princeps pacis ꝓ Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei ꝓ hæc authoritas extracta videtur ex initio. 4. I. cap. Iob conformiter ad regulam diui Hiero.****

Sapi. 9.

Hiero. 23

Gene. 1.
Gene. 11.
Gene. 15.
Exo. 3. &
actu. 7.
Exo. 24.
I. Reg. 10
I. Reg. 15
& 16.
Danie. 7
I. mach. 1
Malac. 1.
Galat. 4.
Actu. 2.

Esaye. 9.

supra cap. 3. positam super illud. Sepulchrum patens ma-
his iux. Hebraicam veritatē q̄ secundū transla. 70. quia
illuc post hæc verba in persona dñi posita. Non quasi cru-
delis suscitabo eū. Quis enim resistere potest vultui meo:
Hebraicę veritatis imitator Hieronymus immediate scri-
bit. Et quis ante dedit mihi vt reddā ei loco cuius in eodē
passu habet. Sanctes biblię de Hebræo in latinū trāslator
modernus. Quis præcessit me & perficiā. Et hanc sententiā
in eodē. cap. non habēt. 70. quæ sentētia & præcipue
Hierō. conuenit cū ista quæ est apost. ¶ Aut quis ¶ siue ho-
minū siue angelorū ¶ Prior dedit illi ¶ dño deo aliquid ei
gratū præsentādo antequā bonū ab eo acceperit (certe nul-
lus. Ex quo bona quę habet homo de manu dei accepit.
& quę ei præsentat ab eo accepit iux. illud paralip. Tua sūt
omnia. & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Et
exinde cū (teste apost.) non simus sufficientes aliquid bo-
ni cogitare ex nobis tanquā ex nobis sed sufficientia nos-
tra ex deo fit non potest creatura alteri creaturæ bonum
conferre antequā illud acceperit a deo. Et exinde bene dī-
cit Iob cap. supra allegato (Quis ante) do. deū & antequā
bonum acceperit a deo (dedit mihi) bonū aliquid (vt red-
dā ei) ac si diceret. Si ita esset, expedit vt tali sic conferenti
& eius operi reddatur merces ex se tanquā ex se & propter
se & nō secundū gratiā sed secundū debitū ¶ Et retribuē-
tur ei ¶ merces ex se tanquā ex se & propter se & non ex
gratia sed secundum debitū ei si quis sit (Sed nullus est)
qui deo præsentauerit aliquid bonum antequā ab eo acce-
perit. Ex quo (teste Iacobo) oē datū optimū & oē donum
perfectum delursum est descendens a patre luminum. Et
istud ita esse affirmat apost. dicēs ¶ Quoniā ex ipso ¶ do.
deo patre & filio & spiritu sancto tanquā ex prima causa
efficiente quæ omnia effecit & creauit & produxit & tan-
quā ex causa quæ est primū quid efficiens omnia ¶ & per
ipsum ¶ do. deum patrem & fil. & spiritū. tanquā per cau-
sam quæ agentibus aliis ab eo seu causis secundis virtutē
& efficiētā tribuit vt agent & efficiant, & quæ cum effi-
ciunt & agūt cū eis primo efficit & agit ¶ Et in iplo ¶ deo
patre & fil. & spiritu. tanquā in causa nos mouente & gu-

1. Paralip.
vlti.

2. Cor. 3.

Iacobi. 1.

bernante & conseruante & de necessariis nobis prouidē-
te ¶ Sunt omnia ¶ creata iuxta illud actuum. In ipso enim Actu. 17
vuiumus mouemur & sum⁹ ¶ Ipsi ¶ deo. trino in personis
& vno in essentia ¶ honor ¶ reuerentia exhibeatur in cogi-
tatione, volitiōe, verbo. & opere, & hoc ppter se cognoscē-
do eum esse omnium supremū dñm ¶ & gloria ¶ etiā ei
exhibeatur propter seipsum, cognoscēdo eū esse supremū
omniū dñm, clarificādo eū in omnibus bonis, gloriosū
eū prædicādo, omnē laudē ei tribuendo ad claritatē bo-
norū ¶ In secula seculorū ¶ hoc est. nō præcise pro aliquo
spacio aliquantulū longo vtpota centū annorū aut centū
& decem, aut centum & viginti, sed per omnia secula
succedētia, & per duratiōē rerū incorruptibiliū quæ (cū
seculum duratio vnus cuiusq̄ rei aliquantulū lōga dicat)
continent secula finē non habentia iuxta illud Dauid. Re- ps. 14. 4.
gnum tuū, regnū omniū seculorum: dño deo sine fine ho-
norē & gloriā tribuendo propter se & sibi soli ad hūc sen-
sum q̄ si creature exhibeatur honor & gloria propter de-
um ei exhibeatur, & exinde magis deo. Ex quo tūc nō so-
lum creature exhibebitur honor & gloria, sed deo & crea-
turæ, & primo & principaliter deo, & ex cōsequenti crea-
turæ propter deum iuxta illud apost. Regi autem seculorū 1. thimo. 1
immortali inuisibili soli deo honor & gloria ¶ Amen ¶
ita fuit, ita erit, ita credendum est, affirmandum, dogma-
tizandum, prædicandum, loquendum, & ita dicendum.

Caput duodecimum.

Bsecro itaq̄ vos fratres per miseriam
O cordiā dei, vt exhibeatis corpora ve-
stra hostiam viuētem, sanctam, deo
placentem, rationabile obsequiū vestrū. Et no-
lite conformari huic seculo, sed reformamini
in nouitate sensus vestri, vt probetis q̄ sit vo-
luntas dei bona, beneplacens & perfecta. Notate
obsecrare
¶ Obsecrare est per factū aliquid. aliqd iuocare aut aliu Mia.
rogare Est misericordia, subleuatio miserię: & talis diuina

Mia dina dicit & huana Mia diuina est ipsemet de⁹ inopia seu miseria subleuans erga nos pietatis affectu motus: est etiã eius
Mia huana. misericordie effectus, est gratia nobis a deo impensa: Misericordia humana est actus hominis externus mediante quo alterius subleuatur inopia & miseria: aut intern⁹ mediante quo proponit quis alterius subleuare inopiam & miseriam: & huius misericordie effectus est actio mediante qua ab aliquo homine subleuatur alterius hominis inopia & miseria
Veru sacrificiu. Verum sacrificium (teste aurelio patre aug. IO. de ciui. dei cap. 6.) dicitur omne opus relatũ in deum quod ideo agitur vt sancta societate inhereamus deo: Hostie in veteri testamento appellabatur animalia que ad ostium domus domini adducebantur, ibique sacerdotibus tradebantur in sacrificium Victime vero dicebantur, a vinciendo eo quod funibus & restibus animalia vineta ad sacrificium adducebantur: Quantum ad paganorum ritum pertinet hostia dicebatur sacrificium quod idolis offerebatur quando contra hostes dimicandum erat Victima vero dicebatur sacrificium quod victoria potita diis pro gratia rum actione offerebatur. Obsequium hic ab apo. ponitur pro cultu diuino & executione mandatorũ celestiu: Hic accipit apo. seculũ p hoc mũdo cõsiderato prout hominibus ostendit res vanas vt eos inducat ad concupiscentiam earũ quarũ amicitia deo contrariatur. iux. illud Iacobi Adulteri nescitis quia amicitia hui⁹ mundi inimica est deo Quicũq; ergo voluerit amic⁹ esse huius seculi, inimic⁹ dei constituitur Ille dicitur Conformari huic seculo, qui forma huius seculi suscipit, ea que in hoc mũdo sũt suscipiendo per adhesionem & amorem, diligẽdo mundum & ea que in eo sunt, que non sunt ex patre sed ex mundo: & tũc non est in eo charitas patris dicente Ioanne, Nolite diligere mundum nec ea que in mundo sunt Si quis diligit mundum nõ est charitas patris in eo: quonia omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitę que non ex patre sed ex mũdo est: & mundus transit & concupiscentia eius Reformari est relicta mala forma suscipere bonam: aut post bonam susceptam, meliorem & obstrictiorem suscipere & eã ob-

seruare. dicẽs Apost. Sed reformamini in nobilitate sensus vestri, accipit sensum pro vi rationali per quam homo sentit, percipit, atq; intelligit. Voluntas dei aliquando proprie accipitur, aliquando improprie & quasi methaforice Voluntas dei improprie accepta nõ significat beneplacitũ dei sed aliquid aliud quod est signũ voluntatis diuinę, seu significat id quod vult deus exterius fieri, aut quod permittit fieri: & hinc sub se comprehendit præceptum, consiliũ, prohibitionem, & permissionem: & hæc voluntas nõ semper impletur, quia dominus deus hac voluntate signi multa præcepit hominibus quę non faciunt: & prohibet quę non cauent: & sub consilio dat quę non implent: & etiam hac voluntate signi deus multa mala fieri permittit qualia sunt, q; homines peccent & dei mandata transgrediantur: & talia sinens, esse volens dicitur, non quia illa, volitione beneplaciti velit esse, sed quia nõ vult illa non esse. Et hinc illa permissio dicitur signum voluntatis diuinę quo deus vult fieri illa que permittit. Permissio enim est signum fuzge, hoc est volitionis negatiuum significans deum nõ velle illud, qd permittit. Voluntas dei proprie accepta significat beneplacitum diuinum, quod non est aliud q̄ ipse de⁹ volens aut nolens aliquid fieri, aut non fieri: & hæc vocatur voluntas dei beneplaciti, & semper impletur. iuxta illud David, Omnia quecunq; voluit dominus, fecit: Ratio propter quã hæc voluntas semper impletur datur ista: quia si non semper impleretur, non esset ipse deus, omnipotens: & hoc, quia non omne possibile esse posset, facere esse: vel non omne possibile non esse posset facere non esse: & hoc etiam, quia si aliquando hæc dei voluntas non impleretur, aliquid ei tũc resisteret, aut prohibẽdo fieri quod ipsa vellet fieri, aut faciendo quod ipsa nollet fieri, aut velle non fieri, hoc est cõtra Apost. supra cap. 9. di. centem: Voluntati eius quis resistit!
¶ Oblecco itaq; vos fratres ¶ Postquã Apost. in præcedentibus huius epistole cap. docuit quomodo religio sũt ma aut religionis summa translata sit a Iudæis ad gentes, a circuncisione ad fidem, a litera ad spiritum, ab vmbra ad veritatem, ab obseruantia carnali ad obseruantia spiritualẽ,

Sensus. Voluntas dei improprie accepta.

Permissio. Voluntas dei proprie accepta.

Psal. 134.

exp. tex. ad litterã.

& hæc prophetica ostendit' vocibus designata. Nunc hu-
 ius spiritualis obseruantia ad quam cultus dei ritum do-
 cuit esse translatū aggredditur mores & instituta vt ad bo-
 nam vitam vtrunq; sit populū monens. Nam hucusq;
 ab aposto. ostensum est, ne alter aduersus alterum super-
 birer, nūc ostēdit vt alter de alterius utilitate laboret, quasi
 dicat. Hucusq; ostensum est quomodo veniant vitia extir-
 panda, & hæctenus vt valui, vitia extirpauī, nunc itaq; vir-
 tutes plantare disposui: & ideo. Gōblecro itaq; ꝑper sacrum
 aliquod rogo, non per potentiam magistralem, qua vester
 magister ac apost. sum vobis impero, sed obsecro & depre-
 cor quasi focus. Id facit Apo. non imperans, sed obsecra-
 tione vtens humilitate ductus: iuxta illud prouerb. Cū ob-
 secrationibus loquitur pauper. Intelligatur qui de sua ha-
 bundantia non cōfidit, & ideo ex eo quod suum & etiam
 quod dei est, homines ad bonū inducere conatur & etiā
 vt magis ex amore moneat rogando, quam ex timore au-
 thoritate imperādo. Vnde ad Philemonem dicit, propter
 quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperādo
 dī tibi quo ad rem pertinet propter charitatem magis ob-
 secro ꝑ vos ꝑ Romanos, & Romæ habitantes, gentiles, ac
 etiā oēs Christi fideles ꝑ fratres ꝑ nō carnis, sed fide, qui
 ideo mei fratres estis, quia renati estis ex aqua & spiritu
 sancto sicut & ego: quia in vobis & in me vnica est I E-
 S V C H R I S T I fides, quia vos & ego vnum ha-
 bemꝑ magistrū I E S V M C H R I S T V M: ipso tur-
 bis & discipu. su. dicēte. Vnus em̄ est magister vester. O-
 mnes autem vos fratres estis: vnus est enim pater vester
 qui in cælis est ꝑ misericordiam dei ꝑ qua ipse domi-
 nus deus Christi fidelium subleuat miseriam & eis gratiā
 impēdit, mediante qua saluantur. dicente Aposto. Secun-
 dum misericordiam suam saluos nos fecit. Hic Apo. abse-
 cratione inuocat dei misericordiam vt nobis ostendat de-
 um patrem & etiam C H R I S T V M esse patrem mi-
 sericordiarum & deum cōsolationis, iuxta illud Corinth.
 2. Cor. I. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi pa-
 ter misericordiarum & deus totius cōsolationis. Sicut
 enim pater, Christi pater est, & iustitiæ, & sapientiæ, &

Prou. 13.

Philemō.
cap. v. nico

Mat. 23.

Ad Tyt. 3

2. Cor. I.

misericordiarum: & cum hæc omnia Christus sint & in
 Christo, ergo Christus & iustitia est, & sapientia, & mise-
 ricordia, imo etiam & misericordiae multæ ita vt sicut the-
 sauri sapientiæ & scientiæ in ipso sunt sed abscondite: ita & Collof. 2
 misericordiae thesaurꝑ in ipso est, sed absconditus. In Chri-
 sto dicitur esse thesaurus misericordię, ex quo in ipso est
 subleuatio oim miseriarū nostrarū. Dicitur esse abscondi-
 tus, ex quo hæc subleuatio non oibus patet, nec etiā semp-
 his quibus confertur: & quia quando ab eo a nostris sub-
 leuamur miseris, sæpe ignoratur modꝑ, Ratio quare ad
 tempus absconditur hic misericordię thesaurus potest dari
 ista: ne forte ad subitum & ante tempus conueniens pro-
 duceretur subleuatio miseriarū faceret nos (qui in delictis
 peccati proni sumus) ad dei præceptorum adimpletio-
 nem negligentes & vt dei misericordiam quæ terram re-
 plet & qua semper paratus est nobis subuenire adipisciva
 leuamus subiungit apo. ꝑ vt exhibeatis ꝑ domino sponte of-
 feratis ꝑ corpora vestra ꝑ ac si diceret non solum obsecro
 vt dño deo sponte offeratis inuisibile sacrificiū animę ve-
 stræ quæ deo per deuotionis & contritionis humilitatē in
 sacrificium offertur, iuxta illud David. Sacrificium deo spi-
 ritus contribuimus: sed etiā vt ei exhibeatis seu sponte of-
 feratis visibile sacrificium veraciter existens signum quæ
 vos ipsos quo ad animam & corpus, & vestra in dei obse-
 quū exhibetis, exteriora deo exhibēdo per eleemosynarū
 largitionē iuxta illud Apost. Beneficentiæ & cōmunionis
 nolite obliuisci, talibꝑ em̄ hostibꝑ promeretur deꝑ, & ꝑ cor-
 pora vestra ꝑ sicut quandā specialem ꝑ hostiā ꝑ ipsa vestra
 corpora vna cū internis & externis bonis deo propter se-
 ipsum offerēdo in sacrificiū, opere in cū relato, vt sancta
 societate deo ihæreatis, vris corporibꝑ vera hostia & victi-
 ma effectis Chsō, q ꝑ oim redēptione seipsum ꝑri obtulit
 oblationē & hostiā ꝑ odorē suauitatis. In hostiā oblarꝑ est
 Chs, vt significaret ꝑ suū sāguinē, ꝑ ꝑm, extra portā passꝑ
 est sua passioe nōs vincēs inimicos. Victima ideo dictus
 est Christus, qā sumibꝑ vincitꝑ ad sacrificium ductus est, &
 in cruce clauis affixus. Et nos iuxta sententiam apo. exire
 expedit & conuenit ad eum extra castra, improperium eiꝑ
 Hebr. 13

Psal. 50.

Hebr. vii.

Hebr. 13

portantes meditatione qua passionem eius exhibitam meditabimur propter ipsum extra portam peccatorum quibus demoni, mundo & carni adhaesimus exeundo mediante eius gratia & fide qua per dilect. oper. spirituali pugna pugnando contra humani generis hostes, qui sunt, mundus, caro, & daemon, corporibus nostris funibus ieiuniorum & vigiliarum & macerationum & castigationum vincitis & mortificatis per humilitatem, castitatem, & ceteras virtutes, & concrucifixis Christo cum vitiis & concupiscentiis, ei in sacrificium hostiam & victimam praesentatis, exhibitis, & sponte oblati. In viuentem in spirituali vita, de qua iuxta sententiam Abacuk supra cap. i. dixit Apostolus: Iustus autem ex fide viuit coram deo iustificatus. iuxta illud supra cap. 5. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum per deum nostrum. Ie. Christum. Nam fidem qua per dilect. oper. habens & si viuat in carne in eo tamen viuit Christus. & in fide filii dei viuit dicente apostolo. Viuo autem iam non ego viuit vero in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide de viuo filii dei qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me in sanctam in per carnalibus desiderii expurgationem & sanctitatis adeptionem, qua, mediante sacramentorum susceptione & legis euangelicae adimplerione suscipitur, hominibus templum dei effectus, dicente Apostolo. Nescitis quia templum dei estis vos, & spiritus dei habitat in vobis. Templum autem dei sanctum est quod estis vos: & corporibus hominum membris Christi effectus & membris eorum effectus est templum spiritus sancti: ipsis iustificatis in nomine domini nostri Iesu Christi, dicente Apostolo: Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a deo. & non estis vestri in Deo placentem in per incontinentis rectitudinem: ita ut sit homo quo ad animam & corpus per virtutum merita effectus deo acceptabilis seruando animam & corpus a voluptatibus seculi incontaminata. Ut ergo efficiatur homo spirituale sacrificium deo placens & acceptabile in eo esse debet voluntatis deuotio, & animae & corporis integra oblatio per vitiorum mortificationem, & bonorum operum exhibitionem, & exhibitionem

Abacuk. 2.

Galat. 2.

1. Cori. 3.

1. Cor. 6.

nis continuationem: In lege Mosaica hostia offerenda, ex mundis animalibus esse debebat, nullam habens maculam, nec in oculo, nec in auribus, nec in pedibus, ita ut nec animal esset claudum, nec luscum. Et cum (teste Apostolo.) haec omnia in figura contingebant illis, & in figura facta sunt nostri ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Ita etiam & nos si velimus effici hostia deo placens, esse oportet ex mundis animalibus per mortificationem vitiorum & bonorum operum exhibitionem: & cum suas sacerdoti praesentarent hostias, praesentare nos debemus sacerdoti per auricularem confessionem, quivideri debet si simus mundi per propositum non amplius redeundi ad peccata. Et sicut sacerdos legalis videbat an hostiae oblatae ex mundis animalibus essent, & an in aliquo eorum membro vitium haberent: ita & sacerdos legis euangelicae prospicere debet an ex mundis simus animalibus, & an in oculo vitium habeamus aut non, aut in auribus, aut in pedibus, aut in aliquo alio membro, ut digne praesentemur coram altari domino velut verum dei sacrificium. Inrationabile in cum discretionem & rationabiliter factum sit in obsequium vestrum in quo unum colitis deum, & executioni eius voluntatem demandatis: ita ut discretum & moderatum sit opus vestrum, pro honore dei factum ne quod nimis aut impudenter agatis in dei cultu interiori aut exteriori, sed uterque modestus sit discretus ac moderatus. Interior per rationem in spiritu honorem deo impendendo per fidem & charitatem, exterior quamlibet corporis operationem (qua corpus per gratiam dei in operibus deo placitis spiritu iubente exercetur) secundum rationem dirigendo, & finem debitum recte ordinando, & secundum exigentiam medii recte moderando. Dicitur operatio secundum rationem dirigentem cum ipsa sit quando & ubi oportet adhibita discretionem debita. Dicitur ad finem debitum ordinari, quando ad gloriam dei ordinatur nulla apposita mala circumstantia. Dicitur secundum exigentiam medii congrue moderari, quando operatio est deputata cui debet deputari & proportionata cuius & quomodo debet proportionari, ita ut (gratia exempli) ieiunium ieiunium in deum referat quando & quantia

Leuiti. 11. & 22.

1. Cori. 1.

Orat. sec. rationem dirigentem Ope. ad finem debitum ordinata. Ope. se. exigentiam medii moderata.

tam cōuenit & expedit: Nō enim sic expedit ieiunare aut psalmodiare, ita vt ex ieiunio vel psalmodiarum aut officiarum decantatione infirmitatis aut amētiae quis notā incurrat ¶ & nolite ¶ vos Christicolae conformari ¶ affectu aut consensu, aut verbo, & opere, ¶ huic seculo ¶ huic mūdo suę inductioni cōsensum præbendo ¶ sed reformamini ¶ relicta mala forma huius seculi, suscipiendo bonam futuri mediante gratia dei, & adeptione virtutū. ¶ In nouitate ¶ expoliendo veterem hominem cum actibus suis, & induendo nouum mediante nouitate spiritus mentis vestræ. ¶ sensus vestri ¶ rationali scilicet, parti animæ adeptā spirituali atq; interna mētis vestræ innouatione iuxta hanc Petri sententiam. Deponentes omnem malitiā sicut modo geniti infantes rationabiles & sine dolo, lac concupiscite vt in eo crescatis in salutē. ¶ vt probetis ¶ experimento discatis, & experiri possitis per gustum spirituallam cōtinentis in vobis ¶ quæ sit voluntas dei ¶ & signi, & beneplaciti: beneplaciti, quæ modo supradictō semper impletur: signi, quæ modo quoq; suprad. nō semper impletur ¶ bona ¶ existēs quo ad beneplacitū diuinū seu quo ad voluntatē bñplaciti, & quo ad signū voluntatis diuinę seu quo ad voluntatē signi prout sub se comprehendit pceptū & cōsiliū, & prohibitionē: licet quo ad permissionem mala fieri permittat ¶ Beneplacens ¶ dei voluntas quā omnia bona placita sunt illi, aut ideo beneplacens, quia id quod voluit acceptat tanq̄ ei beneplacitū, seu res beneplacita ¶ & perfecta ¶ & hoc, quia sanctissima est nullā imperfectiōnē habēs, sed cunctis rebus pstantior est omnium, perfectiōnē in se cōtinens. Alii dicūt qd dicitur voluntas dei bona, quantū ad statū insipientiū beneplacēs, quantū ad statū proficientiū perfecta, quā ad statū pfectōrū: Alii dicunt eā bonā esse i his q̄ hñt fructū tricesimū, vt sūt cōiugati: bñplacētē, i his q̄ hñt. So. vt sūt in statu viduali existētes: perfectā, in his qui habent centesimū vt sunt virgines. De hoc triplici fructu Lucas scripsit: Alii dicūt voluntatē dei bonā esse in probationib⁹ beneplacētē in pceptis (& pfectā in cōsiliis. Dico em̄ p gratiā q̄ data est mihi oib⁹ q̄ sunt inter vos, nō pl⁹ sapere q̄ oportet sapere, sed

1. Pet. 2.

Lucæ. 8.

sapere ad sobrietatē, & vnicuiq; sicut de⁹ diuisa sit mēsurā fidei. Sicut em̄ in vno corpore multa mēbra habemus omnia autē membra nō eūdem actum habent Ita multi vnum corpus sunt in Christo singuli autē alter alteri⁹ mēbra ¶ Aliquis loquitur per gratiā quę data est sibi a deo Ali⁹ loquitur sed non per gratiam quę data est sibi a deo, sed potius per humanā sapientiam Ille dicitur loqui per humanam sapientiam aut verius prudentiam qui cū eloquentia & eruditione vera aut apparētī loquit̄ siue in lectione, siue quouis alio mō, ita vt eū audiētes delectat, & ipse ab eis ingentem plausum laudis accipiat & nemo ex his quę audiuit compunctionem cordis accipiat nec proficiat ad fidem nec ad timorē dei ex recordatione eorum quę dicta sunt incitentur, sed suauitate quadam & delectatione auri- bus capta discedat Ille dicitur loqui per gratiā dei qui cū eruditione vera iuxta dei voluntatem loquitur, ad vtilitatem ecclesię Ita vt eum audientes inducantur ad compūctiōnis cordis & in fide proficiant & in filiali dei timore ex recordatione eorum quę dicta sunt incitentur, & ad nomen dei exaltendum & sepe per gratiam dei loquentes non magnę eloquentię viri nec compositioni sermonis studentes verbis simplicibus & incompositis multos infidelium ad fidem conuerterunt superbos inclinauerūt ad humilitatem peccantibus stimulum conuersionis inserūt Ille proprie dicitur esse qui non habet principium nec finem, qui est immutabilis inuariabilis immobilis & a nullo dependens, & a seipso æternus & hoc modo solus deus est iux. illud vebum domini ad moysen Ego sum qui sum ego sum deus patris tui deus Abraham, deus Isaac & deus Iacob Et illud malachię in persona domini dictū Ego enim dñs & nō mutor Illi dicitur esse inter alios q̄ in medio aliquorū sūt situati, aut qui cū aliquib⁹ habitant Et etiam altiori intelligentia qui cū aliquibus habitant & adherent deo per fidem & dilectionem ita vt sint ei vniti per gratiam Nam qui in peccato sunt, sunt quasi non sint sunt per essentiam quasi nō sint ex quo eis gratia dei deest

Notus.

Loqui p
hūanam
prudentiā

Loqui per
grām dei.

Proprie
esse,

Exodi. 3.

Malach. 3.
Inter
alios esse.

Plus sapere q̄ oportet Illi dicuntur plus sapere q̄ oportet, qui sui intellectus capacitate excedunt, aut magis inuestigādo q̄ oporteat, aut nimis discutiendo aut plus contemplādo diuina mysteria fideiq; archana q̄ expediat aut q̄ scriptura doceat, aut quā intellectus eorum capere valeat contra illud ecclesiast. **Al-**
Eccli. 2. tiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus illa cogita semper & in pluribus op-
Sobrietas perib; ne fueris curiosus: Esti Sobrietas speciali sua signifi-
 catione accipitur pro temperantia quæ est in cibo & potu generali tamen sua significatione accipitur pro temperantia & modestia in omnibus rebus in quibus non est incommodū: hinc ille dicitur sapere ad sobrietatem qui temperate, seu sobrie sine præsumptione, & modeste quātum satis est, & quantum oportet, sapit. Ille dicitur sobrie sapere, qui cognoscit ea quæ sapit & hæc cognoscēs se deo submittit, & non contra alium extollitur sed se humiliat, & non inuestigat, nec discit, nec contemplatur mysteria diuina vltra sui intellectus capacitātē & amplectitur virtutes quæ mediæ sunt inter extrema vitiosa relictis extremis
Hebrę. II Dicens apost. Et vniciq; sicut diuisit mēsurā fidei, accipit fidē prout est virtus, theologa communis omnibus mēbris Christi qua quis credit deo, deum & in deum, & sine qua teste apost. Impossibile est placere deo, & sic accepta donū est particulare & non commune: etiam accipit fidem pro sermone fidei, pro fidei constantia & eloquentia mediante qua potest homo eam habens recte proponere, & excellēter coram multis ea quæ sunt fidei ad vtilitatem ecclesię: & hoc modo accepta est donum commune a spiritu sancto creature rationali collatum: Hic accipit apost. mensuram fidei pro portione secundum quam alicui collata est fides, & etiam secundum quam alicui collata sunt dona aut gratiæ quæ e fide emergunt aut in fide includuntur. Nam alicui maior est collata fides quam alteri: apostolis Christo dicētib; adauge nobis fidem. Etiam in gratis collatis est mensura. Nā vni collata est vna gratia, alteri alia, dicente apo. infra habentes autem donationes secundū gratiam q̄ data est nobis differentes. Et ad corinth. Vnicuiq; aut datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alii quidem per spiritū

datur sermo sapiētię. Alii aut sermo sciētię & q̄ se quantur Et etiā inter habentes spū sancti gratias est mensura. Nā sicut aliqui habeant eandem gratiam vtpote charitatis vī standi infirmos aut interpretationis sermonū, aut generis linguarum, aut misericordię erga pauperes, aut curæ erga debiles, aut defensionis erga viduas & pupillos, aut sollicitudinis erga hospitalia, vnus tamen de his gratis plusquā alius habet.
¶ Dico em̄ ¶ ego Paulus apostolus autoritatie mandando & præcipiendo ¶ per gratiā quę data est mihi ¶ muneris & officij & ordinis apostolatus gratis adeo mihi collati qui suā mihi contulit gratiā & donū sciētię mediante quo per dei gratiā loquor, gentes ab errore retrahēdo, & eos Christo per fidei lumen adherere faciēdo. Hęc per su prad. gratiā egit apost. iux. id quod ad Ephe. scripsit. Mihi em̄ (inquit) omnium sanctorū minimo data est gratia hæc in gentibus euāgelizare inuestigabiles diuitias Christi & illuminare oēs. Et illud Petri. Satagite immaculati & inuolati ei inueniri in pace & do. no. Iesu Christi longanimitatē salutē arbitramini sicut & charissimus frater noster Paulus secundū datā sibi sapientiam scripsit vobis ¶ oibus qui sunt inter vos ¶ iudæis & gentibus ad Christū conuersis qui in medio vestrū sunt situati, qui vobiscū Romæ habitāt & cōsequēter per vniuersū orbē cū christifidelibus & deo adherēt per fidē absq; hēsitatione & charitatē & sp̄ ¶ Nō plus sapere q̄ oportet sapere ¶ ita vt nō rēperate nec sobrie nec modeste quātū satis est eis quātū oportet sapiāt sed cū præsumptione cōtra alios se extollāt & deo nō se submittant sed sui intellectus capacitātē excedāt. ¶ Sed sapere ad sobrietatē ¶ ita vt quātū expedit & eis incūbit & nō vltra in omnib; deo & eius ecclesiæ se submittentēs cū humilitate sapiant adimplendo illud apost. Abnegantes impietatē & secularia desideria sobrie & iuste & pie viuam; in hoc seculo ¶ & vnicuiq; ¶ vestrum ego Paulus Christi apost. autoritatie a deo mihi cōcessa principio sapere ¶ Sicut deus diuisit mensurā fidei ¶ ita vt vnusquisq; cognoscat & scruret quantitatē & qualitātē & proportionē & modū fidei a deo sibi collatę, & etiā donorū aut gratiarū quæ ex fide

Expositio textus ad litteram.

Ephe. 3.

2. petri. 3.

Ad tyt. 2.

emergūt aut in fide includūtur. Nā & si fides virtus theologia cōmunis sit oībus mēbris Xpi, attamē aliqui ardētī⁹ & feruētī⁹ & itētius credūt aliis, & de plurib⁹ ppositionibus fidei cognitionē habēt etiā inter eos qui fidei cōstantiā & sermonē ac eloquētiā habēt mediāte qua recte corā multis proponere valēt ea quę sunt fidei ad vtilitatē ecclesię. Aliqui pl⁹ de hac fidei cōstantiā & sermone fidei & eloquētia habēt q̄ alii. Etiā inter eos qui dona habēt aut gratias q̄ e fide emergūt aut in ea includūtur. Aliqui plures gratias q̄ alii habēt & iter eos q̄ eadē dona aut easdē gratias habēt. Aliqui eas habent itētiores & feruētiores q̄ alii, ita q̄ citius & pluries & cū maiori feruore mediāte eis operētur q̄ alii. Nā hęc dona spirīt⁹ (qui vbi vult, spirāt) tribuit, quibus vult & quantū vult, dicēte apost. Vnicuiq̄ autē nostrū data est gratia secundū mēsurā donationis Christi. Et Apo. hęc cognoscēs & sobrie sapiēs secundū hāc mēsurā dicebat. Nos autē nō in īmensū gloriabimur sed secundū mēsurā regulę, quā mānus est nobis deus. Soli enim Christo datus est spūs nō ad mēsurā, ceteris vero datus est spūs ad mēsurā vna cum suis donis. Et vt clare ac euidenter diuersis diuersa esse dona mēsurate diuisa diuersos actus habētia ostēdat Apost. introducitur exemplum de corpore humano ostēdēdo per simile ita esse in nobis, secundū dona nobis collata ac gratias sicuti est in corpore humano & suis mēbris agendi potentia & virtus & actio & exercitiū dicēs [Sicut em̄ in vno corpore] naturali, organico, animato [multa mēbra] oculos manus, pedes, aures, linguā &c. [hēm⁹] distincta. Nā ocs, nō est pes nec pes est auris: nec auris est lingua [Oīa autē mēbra nō eundem actū habēt] hoc experiētia docet. Tā licet anima rationalis sit tota in toto, & tota in qualibet parte, attē oculus videt, & nō pes: & auris audit, & nō ocul⁹, & hoc mediāte anima quę mediāte dei operatione & potentia naturę quā ei dedit deus in vno quoq̄ mēbro agit & operatur iuxta exercitiū illius: mēbri seu prout cōpetit & expedit illi mēbro operari. Nā frustra esset mēbrorū diuersitas nisi ad diuersos actus ordinārētur. Ad diuersa igitur ordinata sunt mēbra ad vtilitatē totius corporis & ad eius feruē-

Ioānis. 3.

Ephe. 4.

2. cor. 10.

Ioānis. 3.

tium, & etiam vt vnum membrū alteri subueniat atq̄ alteri suā cōmunicet vtilitatem & inquantū vnū membrum sua virtute & actuali exercitio alteri prodest dicitur membrum alterius sicut pes dicitur membrum oculi inquantū oculū defert ita & oculus dicitur mēbrū pedis inquantū videt quę pedī expediūt & nō expediūt. & sic vnū mēbrum suā cōmunicat vtilitatē alteri mēbro ac toti corpori quia pro altero membro & etiam pro toto corpore suā applicat virtutem ac suum actuale exercitiū vt (gratia exempli) Oculus videt toti corpori & cuiilibet mēbro & manus operatur pro sustentatione cuiuslibet mēbri ac totius corporis ita vt vnum membrum indigeat altero membro dicente Apost. Nō potest autē dicere ocul⁹ manus operari tuam non indigeo. Aut iterū caput pedibus. Non estis mihi necessarii sed multo magis quę videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt [ita multi] catholici atq̄ fideles [vnum corpus sumus in Christo] vnum corpus Christi mysticum sumus, quod quidē corpus Christi mysticum est cōgregatio omnium fidelium per vnitatē spūs vnitatis ac fidē, charitatē, & spem colligatorū Christo toti ecclesię capiti. Et hoc ideo dicitur talis cōgregatio corp⁹ Christi mysticum, quia in oībus Christifidelib⁹ sub Christo est aliquid occultū diuinū & sacratum istud. s. quod de nobis Christifidelib⁹ testatur apost. dicens. Vnus panis & vnum corpus multi sumus oēs qui de vno pane & de vno calice participamus. Omnia autē mēbra corporis cū sint multa vnū tñ corpus sūt, ita & Xps. Et em̄ in vno spū oēs nos in vnū corpus baptizati sumus siue iudei, siue gētiles, siue serui, siue liberi. & oēs in vno spū potati sumus. Mysticū em̄ dī illud quod est diuinū aut sacrū, aut occultū, aut figuratū. Et exinde ppter rationē supradictā vere dī cōgregatio fidelium corpus Christi mysticū [Singulī autē] nos Christi fideles sum⁹ [Alter alteri⁹ mēbra] Et hoc, quia iuxta mēsurā fidei & donorū iuxta modū suprad. ad diuersa opera ac exercitia spūalia sumus a deo ordinati vt militem⁹ in hac via p fidē spē & charitatē sub Christo (ecclesię & militatis & triūphantis cap.) tanq̄ corp⁹ sub capite, & etiam vestimus vtilēs toti corpori, & vnus alteri feruiat & subue-

I. Cor. 12.

Ephe. 1.

I. cor. 10

I. cor. 12.

Mysticū

niat tanquā membrū mēbro, & doni sibi collati ac gratiē
 exercitiū operationis sibi cōferat: ex quo (teste apost.) vni
 cuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Et inde si-
 cut oculus dicitur membrū pedis & totius corporis, quia p-
 oculo & toto corpore ambulat, ita vnus Christifidelis al-
 tericōmunicare debet a deo dona sibi cōcessa adimplendo
 illud Petri vnusquisq; sicut accepit gratiā in alteratū illā
 administrantes sicut boni dispensatores multiformis gra-
 tię dei. Si quis loquitur, quasi sermo nes dei. Si quis mini-
 strat, tanq; ex virtute quā administrat deus, vt in omnibus
 honorificetur deus per Iesum Christū: & etiā vnusquisq;
 Christifidelis vt corporis Christi mēbrum alterius Chri-
 stifideles corporis Christi membri & sui commembri
 onera & penas & passiones portare debet dicēte apo. Al-
 ter alterius onera portate & sic adimplebitis legē Christi
 & exinde iuxta illud Ephese. Totū corpus cōpactū & cō-
 nexū per omnē iuncturā subministratiōnis secundū ope-
 rationē in mēstrā vnus cuiusq; mēbri augmētū corporis
 facit in ædificatiōe sui in charitate, vt sibi profit vnusquisq;
 qd, vt deo placeat velut verū Christi corpus mysticum mē-
 brū aliis Christifidelibus corporis Christi mēbris appli-
 care debet donū a deo sibi collatū, & ab aliis suscipere do-
 na a deo eis collata velut pes virtutē suscipit oculi & cæ-
 terorū membrorū & eis suā applicat virtutem. Oculi est
 ecclesię corporis Christi mystici videtur ille qui studium
 suum adhibet erga dei doctrinā & sapientiā & qui in me-
 ditatiōe legis diuine die ac nocte persistit, & aliis mini-
 strat spirituale lumen. Ille videtur man⁹ qui curam habet
 erga viduarum & pupillorum deffensionem: & qui debi-
 libus ac pauperibus subuenire paratus est. Ille videtur au-
 ris qui est studiosus auditor verbi. Ille videt pes qui ad vi-
 sendos decumbentes, infirmos & debiles & requirendos
 in necessitatibus & tribulationibus cōstitutos, & pro ino-
 xio sanguine liberādo non est piger sed cito currit. Ille vi-
 detur olfactus seu naris qui inter veram & falsam doctri-
 nam & inter fetores vitiorum discernit, & veram obti-
 net doctrinam ac odores virtutum hęc aliis proponen-
 do. Ille dicitur lingua & os qui ad honorem dei aut legi-

I. corit. 12.

I. petri. 4.

Galat. 6.

Ephē. 4.

aut prædicat aut instruit.

Habentes donationes secundū gratiam quę
 data est nobis differentes. Siue prophetiā se-
 cundum rationem fidei, siue ministeriū in mi-
 nistrando, siue qui docet in doctrina. Qui ex-
 hortatur in exhortando, qui tribuit in simpli-
 citate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur
 in hylaritate.

¶ Est donatio seu donum aliquod bonum a deo libere **Notule**
 & gratis creaturę exhibitum & diuidendum est in do- **Donatio.**
 num vniuersale & in donum particulare donum parti- **Donum**
 culare dicitur donum mere libere & gratis a deo creaturę **partide.**
 re collatum cuius excæcutio exercetur ad vtilitatem, par-
 ticularem habentis donum: & hac ratione donū particu-
 lare vocatur. Et hoc modo nuptus bene seruans matrimo-
 nium suum cum sua nupta habet donum matrimonii. Et
 virgo bene seruans virginitatem suam habet donū virgi-
 nitatis. Et vidua bene seruans viduitatem suam donū ha-
 bet viduitatis & de his donis dicit apo. Vnusquisq; pro **I. corit. 7**
 prium donum habet ex deo alius quidē sic: alius vero sic
 dico autem non nuptis & viduis bonum est si sic perman-
 serint, sicut & ego: qd si non se continent nubant. Melius **sapi. 8.**
 est nubere quam vri. Et Salomon. Sciui quoniā aliter non
 possum esse cōtinens nisi deus det & hoc ipsum erat sum-
 ma sapientia scire cuius est hoc donum. Donum vniuersa donū vte.
 Je dicitur bonum mere libere & gratis a spiritali sancto ex-
 hibitum creaturę rationali, inclinās eum cui datur & pro-
 ptum reddens ad exequendum bonum illud de præcepto
 nihil habens aut si quid habeat minus de præcepto quam
 de dono habet cui⁹ exequutio ad vtilitatē ecclesię exercet:
 & de hoc dono sic scribit. Vnicuiq; autē datur manifestatō **I. corit. 12**
 tio spiritus ad vtilitatē. Alii quidem per spiritū datur ser-
 mo sapientię. Alii autē sermo scientię secundū eundē spi-
 ritū. Alteri fides in eodem spiritu. Alii gratia sanatum in
 vno spiritu. Alii operatio virtutū. Alii pphetia. Alii discre-
 tio spiritūū. Alii genera linguarū. Alii interpretatio sermo

num. Hæc autem omnia operatur vnus ac idem spiritus dei videns singulis prout vult. Cum horum donorum executio exerceatur ad vtilitatem communem ecclesie non immo-rito dona vniuersalia vocantur. Et cum horum donorum vniuersalium collatio a solo spiritu sancto sit recte spiritus sancti dona vocantur Et si dona particularia a spiritu sancto conferantur & non possint haberi nisi deus illa conferat attamen non communiter vocantur dona spiritus sancti sed bene dona a deo data Et hoc, quia hæc dona particularia sepe sub potestate sunt hominis pre-supposito dei speciali auxilio, & hoc dum ea debito modo petit a deo, de his dicite Christo Petite, & dabitur vobis: querite & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit & qui querit inuenit & pulsanti aperietur. De his enim donis super illud. I. Corinth. 7. vnusquisque proprium donum habet a deo aliquid sic: Alius vero sic, loquutus fuisse videtur beatus Ambrosius in forma docens hoc est vnusquisque iuxta votum suum donum dei habet vt si velit ipsius nutu dei possibilitate consequatur, Et hoc, quia viator non iuxta votum suum donum vniuersale habet vt est donum sapientie aut scientie, aut gratia sanitatum aut prophetie donum aut doctrine nec alicuius talis doni ipsius nutu dei possibilitate consequitur, etiam si petat a deo. Nam & petenti talia dona a deo non ei conferuntur. Petenti vero a deo dona particularia iuxta votum eius conferuntur deum illa debito modo gratia iuxta istud Christi dictum supra allegatum. Omnis qui petit, accipit: & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Nam & virgo etiam non velata si cum humilitate petat a deo frequenter orationibus eius pulsando vt ei conferat possibilitatem virginitalis sue consequatur ei conferat deus: Et cum non sit ligata voto si proponat matrimonium contrahere & humiliter petat a deo, orationibus frequenter eius pulsando vt ei conferat possibilitatem se regendi in matrimonio vt conuenit decet & expedit, ei conferet deus quodcumque illi voluerit iuxta votum suum, Hic dicentes apostolus. Siue prophetiam secundum rationem fidei, accipit rationem fidei per mensuram fidei, ita vt velit dicere deum deum quibus dat aliqua dona non solum prophetie sed & alia dona eis dare, & precipue quo ad executionem & exercitium secundum quantitatem & qualitatem & modum

Math. 7.

Ratio si dei.

& proportionem fidei quam habet, ita quod secundum quod quis operatur per fidem ei conferat quod de ceteris donis a deo sibi collatis opere dicentes apostolus in hoc textu habentes autem donationes secundum gratiam quod dicitur non. differunt immediate post subiungit aliquid dona vniuersalia dicitur siue prophetia secundum rationem, fidei, siue ministrum in ministrando. Siue qui docet in doctrina quod exhortatur in exhortando: ethis sub vno contextu adiungit quod sequitur. Qui tribuit in simplicitate Qui preest in sollicitudine quod miseretur in hilaritate & hoc (vt videtur) quia hæc tria ad dona spiritus sancti pertinere possunt quia & si sub precepto cadat tamen adimpleta vt debent plus de dono quam de precepto habent.

¶ Habentes igitur nos apostoli ac aliqui alii christifideles sumus Expositione donationes igitur spiritualium munerum & vices & pertinetes Textus ad secundum gratiam quae data est nobis igitur a domino deo secundum magnitudinem vel minus igitur differentes igitur sumus adinuicem & distantes sicut literam, & membra corporis in suscipiendo a domino deo dona & in modo suscipiendo & executioni demandandi officium donorum. In suscipiendo dona, quia vnus plura dona suscipit quam alius. Nam dominus deus vni dedit quinque talenta Alii autem duo alii vero vnus Et etiam quia inter suscipientes eadem dona vnus plus suscipit de eodem dono (gratia exempli prophetie aut doctrine) quam alius Math. 25 & hoc secundum mensuram gratiae sibi a deo, deo collatae seu secundum quantitatem, qualitatem, proportionem & modum gratiae a deo sibi col. In modo suscipiendi dona & ea executioni demandandi Quia aliquid ex donis a deo susceptis vertitur in peccatum (gratia exempli) in superbiam & elationem & precipue cum mediis eius operantur. Alii a deo susceptis donis negligentes sunt & desolati in hac vita existentes velut lucerna posita sub modio & non super cadelastrum ita vt mediis donis a deo sibi collatis non operentur similes illi quod a domino suo vno talento accepto abiens fodit in terram & abscondit pecuniam domini sui: Sed tales timere debent ne cuiuslibet eorum dicatur sicuti & seruo illi dictum est Tollite itaque ab eo talentum & date ei quod habet decem talenta & inuilem seruum eiciite in tenebras exteriores Alii a deo susceptis gratis humiles efficiuntur, in quibus valent deo obediētes & deo pro bonis ab eo acceptis gratias referentes Hi talentes sibi creditis vtuntur ad vtilitatem ecclesie. Et cuiuslibet talium dicitur dominus minus. Euge serue bone & fidelis quia super pauca fuisit fidei Math. 25

Math. 25

Math. 25

Math. 25

Prophetia.

Math. 16

I. Reg. 9.
Ioanis. I.

lis supra multa te cōstitutam. Intra in gaudium domini tua
 I Sive prophetiam secundum rationem fidei ¶ Est propheta
 cognitio quę datur a deo hominibus de rebus occultis
 que sūt de Christo aut de ecclesia siue de preteritis vti habuit
 Moyses in scribēdo Genesim siue futuris vti habuerunt
 Dauid Esayas Hieremias & ceteri pphetę Siue presentibus
 vti habuit Petrus quando petenti Christo Quem dicunt homines
 esse filiū nominis? respōdē tibi? discipulis suis Alii dixerunt
 Ioannē baptistam Alii autem Helyam Alii vero Hieremiam
 aut vnum ex prophetis Christo dicens. vos autem quā me esse
 dicitis? respondit. Tu es Christus filius dei viui propheticę
 loquutus est Petrus cum incognitam diuinitatem & humanitatis,
 Christi cum secunda personā hypostaticam vnionem
 confessus fuerit: & Christū qui questionem proposuerat
 esse verum messyam quę patres expectauerat aliis
 incognitum voce firma absque hesitatione affirmauerit
 & cognitione interna fidei cognouerit Et hoc, cum qui
 enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns,
 Et etiā cum IOANNE Baptista demonstrando Christum
 his verbis Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi,
 dictus fuerit propheta Iuxta Aure. patris augu. 17. de ciui. dei cap. 24. dictum
 istud Toto autem illo tempore ex quo redierūt de
 Babilonia post Machiam, aggeū & Zachariam qui tunc
 prophetauerunt & esdrā. non habuerunt prophetas
 vique ad saluatoris aduentum nisi alium zachariam
 patrem Ioannis, & Elizabeth eius vxorem Christi
 natiuitate iam proxima, & eorū nato Symeonem
 senem & Annam viduā iāque grādeuam, & ipsum
 Ioannem nouissimum, qui iuuenis iam Christum
 non quidem futurum p̄dixit sed tamen incognitum
 prophetica cognitione mōstrauit propter quod ipse
 dominus ait. Lex & prophetę vsq; ad Ioannē:
 sed istorum quinque prophetatio ex euangelio nobis
 nota est, vbi & ipsa virga mater domini ante
 Ioannem prophetasse inuenit Hęc enim pphetia siue
 de preteritis siue

de presentibus siue de futuris quib; data est secundū
 rationem fidei & p̄cipue quo ad executionē & exercitiū
 collata est. Ita q̄ secundū quantitatem & qualitatem
 & modū & proportionē fidei qua quis per fidem est
 operatus. Ita etiā & qui prophetiā habuit, eā
 executioni demādauit secundū cōsimilem
 quantitatem, qualitatem, p̄portionē, & modū
 & ita de ceteris donis a deo alicui collatis
 dicendū videtur ¶ Siue ministeriū ¶ quo quis
 adimplet Christi p̄ceptū in opere, verbo, &
 doctrina aliis euangelii p̄dicando, sacramēta
 ministrando, aut bona temporalia mēbris
 Christi propter ipsum erogando ¶ in ministrādo
 ¶ secundū dei gratiā habeat vt Christi
 membrū vtp̄ta aut episcopus, aut presbyter,
 aut monasterii pater, non plus sapere q̄
 oportet, sed ad sobrietatem. Ita vt de eo
 verificetur illud apost. Sic nos existimet
 homo vt ministros Christi & dispensatores
 misteriorū dei. ¶ Siue ¶ Ille quisquis sit,
 ¶ qui docet ¶ ignorantes, aut doctos ex
 officio, vel ex charitate mediāte gratia
 docendi, ¶ In doctrina ¶ siue veteris siue
 noui test. aut ab ea extracta studiose &
 fideliter doceat, ita vt in exhibitione
 doctrinę Christo ac eius ecclesię adhereat,
 & nō sapiat plusquā oportet, sed ad
 sobrietatē, & vti oportet, & excedit,
 & cōuenit, attendat exhortationi
 lectioni & doctrinę. Iuxta illud apo. Attende
 lectioni exhortationi & doctrinę. ¶ Qui
 exhortatur ¶ instruendo peccatorem, aut
 dolentem, aut in peccatis assuetum, aut
 etiā ad desperationē paratum. Et hoc, quia
 exhortatio est p̄dicatiōis species, ac
 doctrinę, quę applicatur vt reuertatur ad
 deum homo peccator, aut de peccatis dolēs,
 aut in peccatis assuetus, aut ad desperationē
 paratus. ¶ In exhortando ¶ peccatorem
 quem instruit, doctrina exhortatiua eū
 instruat iuxta quantitatem & qualitatem
 sui morbi spiritualis, ei medelā spiritualem
 applicando vtp̄ta si de peccato doleat,
 ei ostendendo Christum paratum esse eum
 suscipere, iuxta hanc Christi sententiā.
 Venite ad me omēs qui laboratis & onerati
 estis & ego reficiā vos. Tollite iugum
 meū super vos & discite a me quia mitis
 sum, & humilis corde: & inuenietis
 requiem animabus vestris, si vero in
 peccatis assuetus sit, ei proponendo
 penas inferni, & quantitatem, & qua-

Ministeriū.

1. cor. 4.

Docere i doctrina.

1. thim. 4.

Math. 11.

litatem & durationem earum iuxta istud Christi dictum.
Math. 25 Discedite a me maledicti in ignem æternum qui paratus
 est diabolo, & angelis eius. Et quomodo pro mensura pec-
Deute. 25 cati erit & plagarum modus. Et etiam quantum quis se glo-
Apo. 18. rificat in deliciis tantum suscipiet & tormentum. Si vero
 ad desperationem paratus sit, ei ostendendo dei nostri mi-
 sericordiam magnitudinem, iuxta hæc Davidis dicta. Ma-
Psal. 56. gnificata est usque ad cælos misericordia tua. Et. Miseri-
Psal. 32. cordia dñi plena est terra: Opera misericordiam diuina
 ne ei manifestando his verbis aut con similibus. David
2. Reg. 11 homicidæ, & tamen quando dixit David ad Natham
2. Reg. 12 prophetam. Peccavi domino dixit Natham ad David.
 Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Vides quomodo
 David mediante corde contrito & humiliato veniam
 meruit. Nunquid Petrus postquam a Christo eius
Mat. 26. electus est apostolus ter Christum negauit dicens: Non
 noui hominem: & tamē postquam fleuit amare veniam
 impetrauit, & venia impetrata, pius dominus noster Ie-
 sus Christus toti ecclesie pastorē illum prætulit, ei dicēs:
Ioan. 21. Pasce oues meas. Nunquid & latro a latere Christi in cruce
 pendens in fine dierum suorum xpo dicens: Dñe memento
Lucę. 23. mei dum veneris in regnum tuum. Audiuit a Christo verbum
 istud. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso
 In simplici Qui tribuit elemosynam aliquibus, siue in extrema
 citate tribuēdum necessitate existentibus, siue extra necessitatem. In sim-
 plicitate cordis eam tribuat cum simplici intentione quæ
 esse. est intentio vitæ æternæ propter deum, & nõ querat lau-
Math. 6. dem ab hominibus, sed nesciat sinistra quid faciat dextra
 Nec etiam in suæ elemosynæ datione aliquid mali inten-
 dat, nec ex modico dato multo maiora acquirere. & hoc
Eccle. 20 quia iuxta dictum Ecclesiastici. Datus insipientis non erit
 Preesse i vtilis tibi. oculi enim illius septemplexes sūt. Qui præest
 sollicitudi aut vt princeps, aut prælatus sibi subditis. Christianis
 ne. autoritate a deo sibi commissa vitæ in sollicitudine vita vt
 fit sollicitus, & sollicitate vigilet super custodia gregis sibi com-
Sapi. 6. missi vigilanter & timore præpendens Salomonis dictum
 istud. Horrēde, & cito apparet vobis, quoniam iudicium

durissimū in his qui præsumunt, fiet. Exiguo enim conceditur
 misericordia, potentes potenter tormēta patiētur. Qui
 miseretur aut alteri interne compatiendo, aut condole-
 do, aut externe alterius miseriam subleuando. In hylaritate
 & gaudio & leto animo disponens sermones suos in iudicio. vt
 in æternum non commoueat. iuxta illud David. Iocundus
 homo qui miseretur & commodat, disponit sermo-
 nes suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur.
 Dilectio sine simulatione odientes malum, ad-
 herentes bono, charitatē fraternitatis inuicē
 diligentes, honore inuicem præuenientes, solli-
 citudine non pigri, spiritu feruentes, domino
 feruientes, spe gaudentes, in tribulatione pa-
 tientes, orationi instātes, necessitatibus sancto-
 rum communicantes, hospitalitatem sectantes.
 Benedicite persequentibus vos, benedicite &
 nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus,
 flete cum flentibus. id ipsum inuicem sentiētes,
 non alta sapientes, sed humilibus cōsentiētes.
 ¶ Enumeratis ab Apost. aliquibus spiritus sancti donis
 vniuersalibus, de quibus ab illo. Habentes autem donatio-
 nes secundum gratiam quæ data est nobis differētes, vsq;
 ad præsentem textum dictum est. Nunc in sequentibus hu-
 ius cap. vsq; ad finem aliqua enumerat ipse, quæ potius præ-
 cepta dicuntur, quæ dona. Ratio est: si quid de dono habeat,
 tamen plus de præcepto, quæ de dono habent: Considerans
 vt dñs mihi dedit modum procedendi apostoli, dicendum
 videtur quod in his oibus moralē locum tractare instituit, ostē-
 dens Christianum vere fidelē a deo sic institutum, vt in ba-
 ptismate oim suorum peccatorum remissionē ac dei gratiam
 suscipiat. & his susceptis, dona spiritus sancti, & præcipue
 quo ad exercitium suscipiat secundum mensuram fidei: vt
 nõ solū sit in fide, stabilis, verum & in veritate immobilis
 & in diuersis moribus ac virtutibus ornat. & præcipue his, quæ
 post enumerationē aliquarum gratiarum spiritus sancti hic

Miseren-
 di in hila-
 ritate.

ps. 1011.

Notulę.

ab apost. tanq̄ moralia p̄cepta subiūgūtur, inter quāz p̄mo ponit charitatem. & hoc, vt videtur, quia in ipsa tota lex pendet & propheta: & quomodo a Christicola obseruari debeat, declarat ipse dicēs.

expo. tex. ad literā. Qualis debeat esse dilectio. I. Ioan. 3. Iob. 36.

Dilectio 7 dei, & proximi in vobis Christicolis fit sine simulatione 7 sine fictione: ita vt non solū dilectio vestra sit in verbo, aut in lingua, sed in opere, & veritate, dicēte Ioā. Filiioli mei nō diligam⁹ verbo, necq̄ lingua, sed opere & veritate. Nā (vt scribit Iob) simulatores & callidi puocāt irā dei, Oīs em̄ illa dilectio quę secūdū deū nō est, simulata est & non vera, quia creator animæ deus est, & ideo cum cæteris virtutibus etiam charitatem inseruit animæ, ipsam monendo, vt deum diligat, & ea quæ vult deus Quicunq̄ ergo aliud dilexerit q̄ deū, & quę deo placent, charitas in eo ficta & simulata dicenda est: etiam & si quis proximum diligat, & cum eum errantem viderit, non cōmoneat, nec corrigat, istius charitas simulata, & ficta dicēda est: & ideo vt vera sit charitas, & deo placēs, nihil adulatorium, nihil fucatum habere debet. **O**diētes malū 7

Odire malum. Adhere bono.

Ille dicitur odire malum, qui non solum non vincitur voluptate: sed etiam odit opera voluptatis, & vitii, & peccati, tam in se, q̄ in proximo. **A**dherentes bono 7 Illi dicuntur adherere bono, q̄ deo & ecclesie (quę est Christi corpus mysticum) ac eorū p̄ceptis adherent: ita vt eos nulla tētatio, nullaq̄ aduersitas separare possit a Christo, aut ecclesia, nec ab operibus virtutum quę recte conseruantur per odium vitiorum. Nam si quis non odiat vitia, amare nō potest nec conseruare virtutes. (verbi gratia) si quis pudicitiam custodire proponat, non potest eam tuto seruare nisi odium quoddam & execrationem aduersus impudicitiam sumat. **C**haritatē fraternitatis inuicem diligētēs 7 quæ in hoc cōsistit vt diligatis proximos vestros sicut vos ipsos propter deum, & ipsi vos: ita vt mutuā fraternā charitatē habere studeatis, & diligatis, quæ mutuo vos cœderat vt fratres. ita vt non solum deum, & vos mutuo diligatis, sed etiam & ipsam charitatem qua proximos diligitis, & ab eis dilecti estis. Nam hæc dilectio omnia temporalia excedit, dicente Salomone: Si dederit homo omnem

Charitas fraternitatis.

Cātorū vti.

ubstantiam domus suæ pro dilectione quasi nihil despiciet eam. **I**n honore inuicem 7 sitis **I**n p̄uenientes 7 ex hu militate, ita vt vnusquisq̄ festinet alium magis honorare, quam honorari ab eo, & maiorem reuerentiam ej exhibere, sibi que illum præferre, & ille similiter huic faciat, ita vt maiori præbeat honorem minor. & minori præbeat honorem maior, & naitur quislibet alium præuenire. **R**atio huius est, humilitas esse debet tam in maiore, quam in minore. Et hoc, quia quislibet considerare valet aliquid boni in alio esse quod ipse non habet: & etiam quia quislibet se humilitati Christi conformare tenetur, & hinc reuerentiam exhibere vn⁹ alteri, intus in corde, & foris exteriori re signo: iuxta illud Petri. Omnes honorate, fraternitatē diligite, & quo ad maiores Christi dictum istud. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Et Ecclesiastes. Quāto magnus es, Humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Et quo ad inferiores, Petri dictū istud: Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter deum, siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus tanquā ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero honorum, Quia sic est voluntas dei vt beneficientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiā. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discoloris. **S**ollicitudine 7 sitis **I**n non pigri 7 ita vt solliciti corde sitis, & impigri opere, vt & de vestra aliorumque salute vobis sit cura: & quod ad salutem pertinet cum vigilantia cordis studere habeatis: ita vt solliciti sitis executioni demandare quę ad salutē spectant: & in cura subditorum non sitis desides & torpētes, ne forte cum seruo inutili damnebimini, qui ligatis manibus & pedibus missus est in tenebras exteriores. Et nō solum qui præsumunt, verum etiam & subditi studiosi & veloces esse debent ad omne opus bonum **I**n spiritum feruētēs 7 igne charitatis spiritus sancti calefacti, & feruidi, De quo dominus dixit: Ignem veni mittere in terram. Illi spiritu feruētēs esse dicuntur, qui cum feruor ex habundantia caloris procedat propter habundantiam diuinę dilectionis, calorem & feruorem gratię spiritus sancti sic in se habent.

Honorē inuicē p̄nerire.

I. Petri. 2. Math. 23. Eccl. 2. 3.

I. Petri. 2.

Sollicitudine non pigri.

Math. 35.

Luce. 12. Spū seruētes.

bent, vt charitas in eis non refrigescat, sed sint sub lege spiritus, & non sub lege carnis constituti, in bonis operibus nihil tepidum habentes, ita vt cum seruore spiritus ac calore fidei cuncta (vti deo placet) peragant ¶ **Domino seruiētes.** ita vt non obediatis diuitiis, nec vitiis, nec delectationibus, nec mundo nec carni, nec demoni sed domino iesu **C H R I S T O** cui data est omnis potestas in celo, & in terra, & qui est princeps regum terre, Et in cuius vestimento ac femore scriptum est. Rex regum, & dominus dominantium ei seruitium adorationis latræ (quæ soli deo competit) exhibendo iux. illud dictū Christi Dominum deum tuum adorabis, & illi solis serues ¶ **Ita vt quicquid feceritis ad gloriā eius referatis, & quicquid pro eius amore proximis feceritis, ei vos facere creditis** ¶ Spe 7 celestium bonorum, seu expectatione præmiorū celestium ¶ **gaudētes** 7 spiritualiter iocundātes in deo qui vos ad æternā beatitudinē inuitauit Ita vt non respiciatis ea quæ videntur sed expectetis ea quæ non videntur scientes quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis Et exinde non gloriatur cor vestrum nisi in deo, dicentes cū apoc. illud suprad. cap. 5. scriptum. Gloriamur in spe gloriæ filiorū dei ¶ **In tribulatione** 7 iuste, vel iniuste illata a mundo vel a demone, ¶ **Patientes** 7a vobis repellendo passionem tristitię, quoniam **C H R I S T V S** dixit Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum Et Iudich. scribit Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore domini, & impatientiam suam & improprium murmurationis suæ contra dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore & a serpentibus perierunt Et apoc. Omnes qui vult viuere cum Christo iesu persecutionem patiuntur Et per multas tribulationes ingredi nos oportet in regnū celorum Quia (vt suprad. cap. 5. dicitur) tribulatio patientiam operatur patientia autem probationem probatio vero spem. Spes autem non confundit Idcirco in tribulationibus tanquam in optima via perueniendi ad deum expedit Christicosam cum letitia propter deum exultare,

quia iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Et cū tribulationē patienter sustinent propter deum, est dominus specialiter eos inhabitans in persona domini dicente David de homine iusto. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. ¶ **Orationi** 7 mente in deum eleuata contemplando caelestia, aut cum humilitate ab eo petendo quæ conueniunt & expediunt. ¶ **Institates** 7 sitis, quia quod auxiliis humanis impetrare non valetis, (ex quo deficit humana fragilitas) necesse est vt orationi b^o dei auxiliū imploretur: quia per orationem in nobis sollicitudo rerum spiritualium excitatur, dei seruo accenditur, ad dei seruitium incitatur, gaudium spei in nobis augetur, & auxiliū in tribulatione promeremur, dicente David. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudivit me. Adueniente igitur tētatione contra eam cum prudentia vigilandum est orationibus, dicente Petro. Estote itaq; prudentes, & vigilate in orationibus. Vigilādum (inquam) est in orationibus semper, dicente Christo. Oportet semper orare, & non deficere. Semper enim orare, est continuo habere mentem in deum eleuatam. & talem habere debet verus Christianus & si non sub pœna peccati, attamen sub debito congruentiæ ¶ **necessitatibus** sanctorum ¶ **penuriis** seruoꝝ christi, vestra bona ¶ **communiantes** ¶ & cum eis communiā facientes vestris bonis, eorum subleuando penuriam ac inopiam, deum confitendo, & ei hostiam laudis offerendo, dicente apost. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. talib^o enim hostiis pmereſ de^o. Eo tēpore quo apoc. scribebat credētes in Christū suis facultatib^o priuabātur. Vnde eos laudādo in epistola ad Hebręos. dicit. Rapinā bonorū v^ororū cū gaudio suscepistis. Ideo ī speciali illos qui facultatib^o priuatis nō erāt priuati, hortabatur apoc. vt pro Christi noſte expoliatis, tēporalia subsidia administrarēt illorū idigentiā subleuādo, bonis sp̄alib^o cū eis in cōmuni v^otedo loco hui^o ¶ **Necessitatib^o sc̄torū cōicātes.** Origenes scribit, V^o sib^o sc̄torū cōicātes. & sup hoc passu dicit ī latinis exēplarib^o hēri. Mēoriis sc̄torū cōicātes: veſ ipse nec cōsuetudinē turbat, nec veritati p̄iudicat, & hoc (vt ipse scribit) maxie cū v^o r̄i q̄

Psal. 33.

Psal. 90.

Cur orō
ni insitē
dam sit.

Psal. 119.

I. petri. 4.

Luç. 18.
Semper
orare.

Necessita
tib^o sc̄toꝝ
rū cōicā
tes.

Hebrę. 13.

Hebr. 10.

adificationi conueniat. Nam (vt ex eius sententia extrahitur) Vñbus sanctorum communicare, est nos eos imitando in vita & opere facere communes cum operationibus quas in hac via operati sunt. Et memoriis sanctorum communicare, est recordari bonorum quę in hac via egerunt, aut etiam glorię quam in patria habent, & memorię eorum agere in solennibus collectis, & etiam in paritularibus in orationibus nostris eorum auxilium implorando. ¶ Hospitalitatem ¶ peregrinos, & pauperes recipiēdo in propria domo. Iuxta illud Esayę Egenos, vagosq; induc in domum tuam. ¶ sectantes ¶ non solum egenos, vagosq; pauperes ad domum vestram venientes suscipiēdo hospites, sed etiam vbicq; perquirendo eos, ne forte in plateis alicubi sedeant, aut extra tectum iaceant. Iuxta illud Petri. Hospitales inuicem sine murmuratione. Et illud ad Hebrę. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis Placuerunt enim Abraham, & Ioth deo hospitalitatem sectātes, ita vt diuino nutu angelos recipere in suis hospitibus. Aliud est hospitalitatem sequi, & aliud hospitalitatem sectari. Ille dicitur hospitalitatem sequi, qui rogantes suscipit hospites. Ille vero dicitur hospitalitatem sectari, qui non solum rogantes suscipit in hospitium. Verum etiam non rogantes sollicite querit, ne forte in vicis aut plateis alicubi sedeant, aut extra tectum iaceant. ¶ Benedicite ¶ vos Christicolę, benedictionem iuxta posse conferendo, & bona siue de presentibus, siue de absentibus dicendo, & pro eis orando. ¶ Persequentibus vos ¶ his qui vestri sunt inimici, & mala vobis inferre nituntur, bona optādo, & pro eis orando. & bene de eis loquendo, & eos diligendo iuxta hoc dictum Christi. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calūnantibus vos vt sitis filii patris vestri qui in cęlis est. ¶ Benedicite ¶ benedicēdo & bona loquēdo non solum de amicis, verum & de inimicis ¶ Et nolite maledicere ¶ nec interne nec externe. Interne, voluntatem maledicēdi in corde habendo. Externe, male siq; de presentibus aut absentibus loquendo,

Vñbus sanctorum communicare, est nos eos imitando in vita & opere facere communes cum operationibus quas in hac via operati sunt. Et memoriis sanctorum communicare, est recordari bonorum quę in hac via egerunt, aut etiam glorię quam in patria habent, & memorię eorum agere in solennibus collectis, & etiam in paritularibus in orationibus nostris eorum auxilium implorando. ¶ Hospitalitatem ¶ peregrinos, & pauperes recipiēdo in propria domo. Iuxta illud Esayę Egenos, vagosq; induc in domum tuam. ¶ sectantes ¶ non solum egenos, vagosq; pauperes ad domum vestram venientes suscipiēdo hospites, sed etiam vbicq; perquirendo eos, ne forte in plateis alicubi sedeant, aut extra tectum iaceant. Iuxta illud Petri. Hospitales inuicem sine murmuratione. Et illud ad Hebrę. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis Placuerunt enim Abraham, & Ioth deo hospitalitatem sectātes, ita vt diuino nutu angelos recipere in suis hospitibus. Aliud est hospitalitatem sequi, & aliud hospitalitatem sectari. Ille dicitur hospitalitatem sequi, qui rogantes suscipit hospites. Ille vero dicitur hospitalitatem sectari, qui non solum rogantes suscipit in hospitium. Verum etiam non rogantes sollicite querit, ne forte in vicis aut plateis alicubi sedeant, aut extra tectum iaceant. ¶ Benedicite ¶ vos Christicolę, benedictionem iuxta posse conferendo, & bona siue de presentibus, siue de absentibus dicendo, & pro eis orando. ¶ Persequentibus vos ¶ his qui vestri sunt inimici, & mala vobis inferre nituntur, bona optādo, & pro eis orando. & bene de eis loquendo, & eos diligendo iuxta hoc dictum Christi. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calūnantibus vos vt sitis filii patris vestri qui in cęlis est. ¶ Benedicite ¶ benedicēdo & bona loquēdo non solum de amicis, verum & de inimicis ¶ Et nolite maledicere ¶ nec interne nec externe. Interne, voluntatem maledicēdi in corde habendo. Externe, male siq; de presentibus aut absentibus loquendo,

Prime petri. 4. Hebr. 13.

Gen. 18. Gen. 19.

Hospitalitatem sequi. Hospitalitatem sectari.

Benedicere persequentibus.

Math. 5.

Nolite maledicere.

aut malum pro malo reddendo, seu detractionē pro detractione, seu iniuriā pro iniuria, contumeliam pro contumelia, aut quoduis maledictum pro maledicto. Scriptura enim sacra duobus modis maledictum memorat. Aliud iustitię maledictum quod approbat. Aliud inuerevinctę maledictum quod reprobat. Maledictum iustitię dicitur illud quod fit virtute iustitię absque vlla malitia vindictę: & de tali dominus Abraham dixit. Benedicā benedicētib; tibi, & maledicam maledicētib; tibi. Maledictum inuerevinctę, est illud quo homo malitia vindictę de alio male loquitur, aut detrahendo, aut cū iniuria, aut quouis alio modo. Et de tali corynthiis sic scribit apost. Maledicimur, & benedicimus. Et hic similiter dicens, benedicite & nolite maledicere. Et quia graue & velut intollerabile aduersariis videtur hoc præceptum quo iubetur persequentibus benedicere. Ideo repetit apost. postquam dicit benedicite persequentibus vos, subiungendo, benedicite, & nolite maledicere. & hoc, vt præceptum istud magis mentibus humanis ingeratur, & vt benedictio eius sit absque maledictionis admixtione, dicit. Benedicite, & nolite maledicere. Deus (vt dictum est) maledictio iustitię maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur, & hoc, quia quod homo agit malitia vindictę, deus non facit nisi virtute iustitię. In sacris scripturis legitur deum benedicere. Legitur etiam & homines benedicere. Sed benedictio dei semper impletur, siue qua legitur benedixisse omnia quę creauit, siue qua legitur benedixisse diei septimo. Et hæc dei benedictio semper aliquid muneris confert his qui ab eo benedicuntur. Homines vero deum benedicere, est eos in seipso aut in suis creaturis laudare aut de suis creaturis bona dicere aut eos gratias deo referre pro beneficiis ab eo susceptis. Et de hac benedictione hic loquitur apost. & etiā ecclesiasticus dicens. Splendidū in panibus benedicent labia multorum & testimoniū veritatis illius fidele ¶ Gaadete ¶ non de rebus mūdānis & transitoriis nec de rebus carnalibus leticiam habendo super carnali operatione aut concupiscentia sensualitatis aut questu pecunię aut possessionū fatitudine aut secularis honoris

Duplex maledictum. Maledictio iustitię. Gen. 12. Maledictum inuerevinctę. I. cor. 4.

Gen. 1. Gen. 2.

Ecc. 31.

eminentia. Nam huiusmodi gaudia luctus sequuntur & lacrimę sed gaudere vos expedit cum spiritali leticia ac spiritali gaudio ¶ Cum gaudentibus ¶ qui gaudent eo quod eorum nomina in cęlis scripta sunt. Et petenti quomodo gaudebimus cum his Respondetur hoc modo si videamus ab aliquo tale opus geri quod in cęlis scribi dignum sit siue iustitię sit opus siue charitatis siue misericordię & ita de aliis dicatur, & ita gestum vt in libro vitę referri mereatur, quod tali gaudere debemus affectu charitatis
I. Cor. 13 quę non gaudet super iniquitate; congaudet autem veritati, etiam aliorum bonis congaudere debemus ita vt in omnibus bonis nostrum quilibet cum apo. veraciter dicere valeat Gaudeo & congratulor omnibus vobis Idipsum autem & vos gaudete & congratulamini ¶ Flete ¶ vos Christi fideles ¶ Cum flentibus ¶ sua aut aliorum peccata & non fletu inordinato quo propter temporalium rerum amissionem aliqui superflue lugent sed eorum compatiedo errori flete quatenus cessent. Sit flere conuenit sicut Samuel lugebat saul, quoniam dominum penitebat quod statuisset regem saul super Israel: Hi fletus conuenientes & expedientes sunt & etiam fletus quo quis flet aut tristatur super eo qui afflictus est siue afflictione spiritali siue corporali si iuxta illud Iob Flebam quondam super eo qui afflictus erat ¶ Idipsum inuicem sentientes ¶ ita vt mutuo sitis conformes in iudicio & affectu & voluntate & opere iuxta dei voluntatem ita vt de alio sentiat sicut & de vobis Ita vt nulla inter vos sit dissensio sed vnanimis concordia & sicut vobis bona optatis sic aliis optate & sicut vos ipsos diligitis & alios diligit & ita existimate & desideretis vos a fratre diligite veluti a vobismetipsis iuxta illud Christi verbum Quęcumque vultis vt faciat vobis hoies & vos facite illis ¶ Non alta sapientes ¶ appetendo vos ipsos exaltari aut in honoribus mundanis per superbiam aut in prelaturis per ambitionem inordinate excellentiam querendo & subiectionem refugiendo, nolendo cuiquam subiici & volendo alios vobis subiici & eorum excellentiam impedire. & etiam corda vestra eleuando. Ita vt ex vana gloria ab omnibus videri velit & a nullo vinci sed omnes vincere ex

altitudine cordis alios despiciendo sed cum humilitate cordis considerate illud regalis prophetę dictum. Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei. Neque ambulauit in magnis neque in mirabilibus super me ¶ Sed humilibus consentientes ¶ voluntati humilium acquiescendo vt vos quoque humiles sitis & humilium voluntatibus consentientes non solum ore sed & corde eos imitando idem cum eis sentiendo perfecto amore eos diligendo & ad eos vos inclinando & non vos preferendo eis sed sociando quia (vt petrus scribit) dominus superbis resistit humilibus autem dat gratiam & vt id facilius affectui possitis imitari studete filium dei dominum nostrum Iesum Christum. Nam qui assuetus est vt valeat imitari Christum qui cum in forma dei esset formam serui suscepit & seipsum humiliavit vsque ad mortem lectionem humilitatis a Christo datam suscipit de qua dicitur. Discite a me quia mitis sum & humilis corde & qui talis est non se aliis prefert sed se sociat humilibus expectans istud quod promissit dominus. Omnis qui se humiliat exaltabitur.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum coram deo sed etiam coram omnibus hominibus si fieri poterit quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes non vosmetipsos defendentes charissimi sed date locum irę Scriptum est enim. Mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis cogeres super caput eius. Noli vinci a malo sed vince in bono malum.

¶ Enumeratis supra in textu precedenti aliquibus preceptis mores concernentibus in hoc textu Aposto. aliqua alia precepta etiam mores concernentia enumerat quę & si quid de dono habeant sicut & precedentia, tamen

ps. 130.

I. Petri 1. timo.

Philip. 2.

Matb. 11.

Luce. 14. & 18.

Notule.

magis de præcepto sicut & præcedentia aliquid in se habent, q̄ de dono. & hoc, quia sub præcepto cadūt, & Chri-
stifcolas obligant inter annumerata supra quæ sub affirma-
tione sunt sicut & cætera præcepta affirmatiua ad semper
sicut & quæ sub negatione enumerata sunt
sicut & alia præcepta negatiua ad semper & pro semper
obligant: & de dono in generali sicut & alia præcepta hoc
habēt quod a Christifideli adimpleri nequeunt sicuti de-
bent sine dono specialis auxiliū dei, & sicut requiritur ad
salutem consequendam sine dei dono gratiæ gratū facien-
tis. in huius textu declaratione cum sola præcepta ponan-
tur, & vnum immediate post aliud ante expositionem tex-
tus nullæ diffinitiones extrahuntur sicuti in præcedenti-
bus actum est vbi simile contigit, aut quo ad ea quæ cadūt
sub præcepto, aut sub cōsilio, aut sub imprecatione, aut sub
narratione,

Expositio
textus ad
Iiteram.
Prudētes
apud vos
metipfos

¶ Nolite ¶ vos Christifideles ¶ esse prudentes apud
vosmetipfos ¶ prudentiam quam habetis si quam habea-
tis non auctori deo deputates, sed vobisipsis vestrisq̄ me-
ritis & ingeniis ac studiis in vestris oculis propriis vos sa-
pientes reputādo ac cæteris magis sensatos vane in vobis-
ipsis gloriādo, sepe existimantes plura scire q̄ sciatis, &
cum quandoq̄ stulti scitis existimando vos esse prudentes
consimiles antiquis Philosophis, contra quos & quorum
vitia supra cap. I. scriptum est: Quia cum deum cognouis-
sent non sicut deum glorificauerunt, sed euauerunt in cog-
itationibus suis, seu vani effecti sunt modo nunc supra-
dicto apud seipfos prudentes esse existimantes: propter q̄
de illis illic subiungit Apost. Dicentes enim se esse sapien-
tes stulti facti sunt: Et ne illis similes sitis si qua in vobis
sit prudētia, prudētig est apponendus modus, dicēte Salo.
Prudentiæ tuæ pone modum. Considerate Esayę senten-
tiam hanc. Veh qui sapiētes estis in oculis vestris, & corā
vobismetipsis prudentes. Et Salo. dictum istud. Vidisti ho-
minem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit in-
sapiens ¶ nulli ¶ in hac via existenti ¶ malum pro malo
reddentes ¶ siue iniuriam pro iniuria, aut persecutionem
pro persecutione, aut vindictam pro vindicta, dicente Sa

prou. 23.
Esayę 5.
prou. 26.

Malū pro
malo red-
dentes.

lo. Ne dicas reddam malū pro malo. Et petro in sua ca^{sa} Prou. 20.
no. Nō reddentes malum pro malo sed econtrario bene^{facere} I. Petri. 3.
dicentes quia in hoc vocati estis. Nam regulariter maius
peccatum est reddere malū pro malo q̄ simpliciter & pri-
marie alicui malū inferre. Ratio est ille qui malū prior sic
intulit sæpe nō sentit malum esse quod fecit, qui autē red-
dit malū pro malo eo ipso quo ad viciscendū est motus cō-
fessus est. Et si non formaliter saltem equiuallenter aut vir-
tualiter sensisse malum esse quod reddidit, sed si p malo
culpæ quod quis fecit ei reddat iudex malū penę secundū
iustitiā ad malitiā cōpensandū materialiter quidem malū
infert sed formaliter & per se bonū quia in illatione illi⁹
nulla est culpa nullus est affectus odii nec vindictę si iudiciū
fiat vti debet, sed est illatio iustitię quæ conferri debet
ad punitionem malorū & ad boni communis cōseruatio-
nem. Et vt exequutionem iustitiæ videntes a malo retrahā-
tur. Vnde cum iudex pro homicidio latronem suspendit
non reddit malum pro malo sed magis bonum pro ma-
lo. Et hoc modo apost. quendam pro peccato incestus tra-
didit sathanę in interitū carnis vt spiritus eius salu⁹ fieret
in die dñi nostri Iesu Christi ¶ Prouidentes ¶ circūspecte
seu prouide disponētes ac operātes ¶ bona ¶ sitis vos Chri-
stifideles prouida discretione cōsiderātes vt ea q̄ feceritis
bona sint ¶ Nō tantū corā deo ¶ in secreto cordis quātū ad
cordis itationē corā deo q̄ cōsciētā & cordis secreta ite⁹
placere studēdo & illū nec cogitatione nec volitione nec
verbo nec opere offendere efficaciter proponēdo ¶ Sed
etiam ¶ bona agere studeatis ¶ Corā oībus hominib⁹ ¶
fidelibus & infidelibus qui actionem vident ne eā repre-
hendere possint. Prouidet enim quis bona coram deo q̄n
ei in secreto cordis placere studet & illum nec cogitatioē
nec volitione nec verbo nec opere offendere efficaciter p-
ponit. Prouidet vero quis bona coram hominib⁹ qui ver-
bo & moribus & actione exteriori omniq̄ sua conuersa-
tione in vita sua pro viribus suis in quantum valet irrepre-
hēnsibilem propter deum & vt ad bonum alios inducat se
prebet iuxta illud Christi dictum. Sic luceat lux vestra corā
tam hominibus vt videant opera vestra & glorificent pa

I. corint. 5.

Matth. 5.

trem vestrum qui in celis est Et illud apost. Sine offensione estote Iudeis & gentibus & ecclesie dei sicut & ego per omnia omnibus placeo non querens quod mihi vtile est sed quod multis vt salui fiant. Nec huic dicto apost. prouidentes bona non tan. co. deo sed et. co. om. hominibus, contrariatur illud Galath. Si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem: quia placere hominibus est facere opera peccati hominibus placencia & deo displicentia: & id facere non est prouidere bona coram deo nec coram hominibus si fieri potest quod dicitur sum quia difficile est vt fiat quod ex vobis est & facite vestram possibilitatem. Apud plicate ad hoc vsitis si cum omnibus hominibus pacem i veram ac spirituale m deo gratiam habentes i ita vt vestra ex parte non teneat quin inter vos & omnes homines vna vobiscum pax sit vera ac spiritualis & deo placens. Ita vt si qui contra pacem quid agat & pacis foedera violare nitantur, ea quae pacis sunt agatis & pacis foedera inuiolata seruare iuxta vires proponatis. Rem difficilem hic proponit apost. videlicet, vt cum omnibus pacem habeamus quia pax terminus correlatiuus videtur ita vt includat nos cum aliis & deo, & alios cum deo & nobis cor peccatum & placidum & placens habere. Nam nos cum aliis & alios nobiscum habere in rebus non deo placentibus cor peccatum & placidum & placens non est habere veram pacem dicente Esaya. Non est pax impiis dicit dominus. Istud fieri difficile est. Nam si quis paganum aut iudaeum, aut hereticum aut aliquem alium virum errantem increpauerit, vix aut nunquam qui increpat cor peccatum aut placidum habebit. Istud cognoscens apostolus dixit noranter, si fieri potest quod ex vobis est cum om. ho. pa. habentes, intendens dicere. Facite vt discordiae culpa, apud vos non sit etiam si cum his qui odierunt pacem habitetis. Ita vt tunc de vobis verificetur illud Psal. 119. Quis & quando deest, dere non se debeant Christi fideles. Non estis vos Christi fideles qui per sacri baptismatis susceptionem & fidem quae per dilectionem operatur membra corporis Christi mystici effecti estis. Vos ipsos defendentes Charissimi i intima a me dilecti ita vt vos percutientem non repercutiatis. Ita vt si quis infidelium incitatus

fuerit contra vos contradictoriis verbis prout ratio dicitur tunc mansueti sitis etiam si vos verberibus affligat non enim percutiendo sed pro Christi nomine omnia tolerando etiam mortem si tunc presentetur, & omnem contumeliam cum gaudio tunc suscipietes iuxta Christi doctrinam, omnia patienter tolerando qui sic dixit. Si quis percutierit te in dexteram maxillam tuam, prebe illi & alteram, & ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere dimitte ei & palium, & quicumque te angariauerit mille passus vade cum illo & alia duo. Quae quidem Christi doctrina iuxta comunem & veram doctorum expositionem adimplenda venit non semper in effectu, sed in affectu quantum ad animi preparationem. Ita quod si expediens videretur pro honore dei exaltando, aut eius verbo dilatando dare & aliam maxillam paratus esse Christicola eam prebere debet dicendo cum beato Laurentio. Assatum est iam uersa & madauca. Dicitur haec dicta Christi de prebenda alia maxilla percutienti in vnam & de dimittenda tunica & palio &c.

Math. 10
Math. 5.

Nota.

esse precepta affirmatiua quae licet obligent ad semper non tamen pro semper sed pro certo tempore & quo ad certas personas vt per amplius (deus duce) declarabitur super illud. I. corinth. vi. Iam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos quare non magis iniuriam accipitis quare non fraudem patimini. Pro nunc dicitur quod si quis perfectus sit & spiritualis & ab eo quod sic iniquus est vt in eo praeualeat malitia ita vt tantum in eo super abundauerit iniquitas vt nec deum cognoscat, nec veritatem, nec paratus sit adimplere ea quae sunt aequitatis, iustitiae, & veritatis, inuadatur aut quo ad perditionem temporarium, aut quo ad afflictionem corporis tunc si ab eo tulerit vestem talis iniquus dimittere ei debet perfectus & palium, & si eum angariauerit mille passus cum illo ire debet & alia duo, & si eum percussit in vna maxilla prebere ei debet & alteram nec contra eum se defendere debet. Et quo adhuc specialiter videtur intelligenda haec apost. sententia. Non vosmetipsos defendentes. charif. Ita vt velit dicere perfectos viros & spirituales qui deo charissimi sunt quando

inuaduntur ab eis in quibus preualet malitia & precipue si infideles sint non debere tunc se contra eos defendere
Dare locum ire. ¶ Sed vos Christifideles ¶ Date locum iure ¶ vestri refrenando animum ne vindictam expectat, sed potius fugite de loco ad locum ne iniquos ad malum prouocetis vel propriam passionem exerceatis iuxta illud Christi dictum. Cum autem persequantur vos in ciuitate ista fugite in aliam ¶ Scriptum est enim ¶ deuter. 32. ¶ Mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus. ¶ hic apostolus sententiam qua in suprad. cap. deut. apud. 70. in persona domini scribitur In die ultionis retribuam in tempore in medium adducens non in forma eam allegat sed sua auctoritate apostolica non ab ea discedendo sed eam declarando pro hac istam ponit mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus loco cuius in predicto deute. cap. in persona domini iux. transla. hierony. scribitur mea est ultio & ego retribuam eis in tempore Que sententia ab hac apostoli non discedit Hec ita esse ostenditur ¶ mihi vendictam ¶ vos Christifideles committite quia mea est ultio ¶ Et ¶ die ultionis ¶ die. i. qua ego decreui vos defendere ¶ Ego retribuam dicit dominus ¶ in tempore a me determinato quia ego sum qui facio iudicium omnibus iniuriam patientibus. Et hinc omnia mala que mihi adherentibus irrogantur ac si mihi fierent accipiam Ego vobis premium si ea propter me patienter feratis retribuam & his qui vos iniuste affligunt penam aut aeternam aut temporalem Ideo dicitur ultio aut vindicta deo referuata & ab homine non exercenda quia homo in se vindicando modum excedit nec se vindicare potest cum tranquillitate mentis & quia deus immutabilis est & omnipotens qui non mouetur ad iram sed omnia cum tranquillitate iudicat De eo dicente Salo. Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas omnia Et cum in sacris scripturis nonnunquam accipiatur defensio pro ultione, & defendere pro vicisci aut vindicare iuxta illud quod in Iudich. de Nabugodonosor dicitur tunc indignatus Nabugodonosor ad omnem terram illam qui sue contradixerant sententiam iurauit per thronum & regnum suum quod defenderet

sed de omnibus regionibus his. Defenderet se, id est vicisceretur faceretque vindictam in eos qui suis contradixerant nunciis, & eos miserantur acuus, ac sine honore abiecerant, & etiam quia id quod in Apocalyp. scribitur. Usque quo domine & verus non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum: de his qui habitabant in terra in Ecclesiis sic legitur & cantatur. Quare non defendis sanguinem nostrum. Dicitur quod Apostolus hic dicens: Non vosmet ipsos defendentes charissimi, sed date locum ira. Scriptum est enim. Mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus. Accipit defendere non solum pro eo quod est perfectum virum & spiritualem modo supradicto non debere cedere villo modo, seu se defendere (generali & speciali significatione accipiendo defendere) cum eo aut contra eum qui sic iniquus est, ita ut in eo modo supradicto proualeat malitia, sed pro eo etiam accipit quod includit: nullum christifidelem debere de iniuria sibi facta vicisci, aut se vindicare, quoniam ab eo qui auctoritatem habet licite petere possit, ut de iniuria sibi illata fiat iustitia. ¶ Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius ¶ Hanc apostolus sententia in proverbiis iuxta transla. 70. cap. 25. sic scribitur. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, & si sitit, da bibere ei, hoc enim faciens carbones ignis accumulabis super caput eius, at dominus retribuet tibi bona: que Proverbiorum sententia ab hac Apostoli non disconuenit. ¶ Sed si esurierit inimicus tuus ¶ qui te odio prosequitur, qui te denigrat famam, cuius tu non denigras famam, & quem tu non odis, quia si id faceres, contra dei voluntatem ageres ¶ Ciba illum ¶ pane spiritali verbi dei de quo Christus dixit: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Et etiam pane corporali, si id facere valeas. ¶ Si sitit ¶ tuus inimicus ¶ potum da illi ¶ dando ei bibere vinum aut saltem aquam, aut quid aliud decens & conueniens ad bibendum. ¶ Hoc enim faciens ¶ cibando inimicum tuum & potando, & in necessariis ei subueniendo, & non ei reddendo malum pro malo, sed bonum pro malo ¶ carbones ignis ¶ feruorem scilicet charitatis

Apoca. 6

Math. 4

Lucę. 12.
Actu. 2.

de quo igne dixit Chrs. Ignē veni mittere in terrā. Et qui ignis significatus est per linguas igneas, quę in die penthe costes super discipulorum capita apparuerūt. I cōgeres, I accumulabis, cōgre gabis & pones I super caput eius I super mentem & voluntatē & intellectū eius, Est enim intellectus & voluntas hominis caput spirituale, ex quo sicut caput in alia membra influit, ita hominis intellectus ac voluntas mediante dei gratia in animā & corpus & totū hominem influit quę ei spiritualiter expeditur, Dicens apost. Hoc enim faciens carb. ign. cong. sup. cap. eius. Ex sententia Aure. patris Aug. de doctrina Christiana lib. 3. figuratiua locutione loquitur, in qua hęc seruanda venit regula, vt tandiu versetur diligētī cōsideratione quod legit, donec ad regnum charitatis interpretatio perducatur, quę interpretatio hoc iā nō prope sonat I Noli vinci I aut per impatientiam, aut per dēmonis, aut mundi, aut carnis malitiā, ita vt ipsa te superet I a malo I a dēmonē, aut mundo aut carne, aut aliquo vitio. Ille dicitur vinci a malo, qui ab ira prouocat⁹ reddit malum pro malo, aut qui a dēmonē prouocatus, aut a carne, aut a mundo cadit in vitium I sed vince I I supera mediante dei gratia I in bono I gratię dei & fidei mediante bono deo & gratia ei⁹ & fide christi superando I malū I dēmonē, carnē, & mundū, & vitii de his victoria habita mediante fide iuxta illud Ioannis, Hęc est victoria quę vicit mundum fides nostra.

Vincit a malo.

I. Ioā. vi.

CAPVT TRIDECIMVM.

Mnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Quę autem sunt a deo, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati dei, ordinationi resistit. Qui autē resistunt ipsi sibi damnationem aquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali.

Notula.
Aia p toto
so hoie.

In sacris scripturis anima quandoq; pro toto homine accipitur iuxta illud Gene. Omnes animę domus Iacob

quę ingressę sunt ægyptum fuere. 70. Et illud Actu. Era mus vero vniuersę animę in nauī ducēte. 76. hoc est, homines ducēti. 76. Etiā accipitur quęq; aia pro forma substantiali rationali, iuxta illud verbum Christi. Nonne anima plus est q̄ esca, & corpus pl⁹ q̄ vestimentum? Et illud Luid. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis factum tuum videre corruptionem. Etiā aliquando accipitur anima pro eo q̄ medium tenet inter carnem & spiritū: ita vt homo tres partes habeat, scilicet carnem, spiritum, & animam, iuxta illud Apost. Vt iteger spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri iesu Christi seruetur. De duabus partibus loquitur Esayas dicens Anima mea desiderauit te in nocte, sed in spiritu meo in primordiis meis de mane vigilabo ad te. Esayas infimā partem omittit carnem scilicet. eadē parte omitta de duab⁹ aliis scribit Daniel. Benedictite (inquit) spiritus & animę iustorū domino. Ex his nō absurde colligitur hominem triplicem habere portionem. corpus, scilicet spiritum, & aiam. Corp⁹ caro est infima nostri pars, quę per genitalem culpā seu membrorū legem, seu fomitem ad turpia nos inclināt, & ad hęc peragēda nos prouocat, nosq; ad malum pronos reddit, & quandoq; impios. Dulcia appetens, & ex seipso spiritualia renuens. Spiritus nos adherere facit deo, & ad virtutes nos inclinans & prouocans quandoque pios reddit, & ad querendum cęlestia nos inducit, & ad domandam carnem. Anima tertia pars est inter ista duo medium tenens. Et hoc, quia corpori vnita tota est in toto, & tota in qualibet parte, & sensuum, ac motuū naturalium est capax, & a carne prouocata ad opera carnis capax est, & a spiritu, puocata opera spiritus adimplere valet, & spiritui adherere, cum supr. cap. 8. de duabus partibus meminerit Apostolus. de carne videlicet, & spiritu sub his verbis. Qui enim secundum carnē sunt, q̄ carnis sunt sapiunt, Qui vero secundū spiritū sunt, q̄ sunt spirit⁹ sentiūt. Nā prudētia carnis mors ē. Prudētia autē sp̄s vita & pax. Et cū hic dicat: Ois aia, videtur accipere animam pro ea portione quę mediū tenet inter spiritū & carnē, quę anima hoies cōstituit, eosq; neutros

Gen. 4-6
Actu. 27
Aia p forma substanti
tiali.
Mat. 6.
Psal. 15.
Aia pro medio in
tercarnē
& spiritū
Hō tres
habet partes.
1. Thefs.
Esa. 26.
Dan. 3.
Corpus.

Sp̄s.

Anima.

facit inter spiritum & carnem. Postq̄ apost. in precedenti capite ostendit qualiter se debeat homo exhibere deo, vt̄ do donis gratiæ eius, & adimplēdo eius præcepta. In præfenti cap. ostendit quomodo se debeat exhibere proximo, & primo quantū ad superiores vsq̄ ad illud. Nemini quicquā debeatis. Secundo quātum ad omnes ab illo, Nemini quicquam debeatis, vsq̄ ad illud. & hoc scientes tempus: consequenter vsq̄ ad finē capituli ostēdit quomodo se debeat deo exhibere pium vt̄ decet eius donis vt̄endo, & vitia relinquēdo & quō in seipso debeat honestatē seruare.

Expō. textus ad litteram.

I. Petri. 2.

Hebrę. 13

Actu. 15.

¶ **O**mnis anima ꝛ omnis homo qui ea tenet quę ad animam spectant, eo q̄ medius est inter spiritum & carnē quandoq̄ carni adhærendo, & quādoq̄ spiritui ꝛ potestatibus sublimioribus ꝛ superpositis sibi potestatibꝫ vt̄ sunt regum tribunorū, ducū, & centurionum, & etiā ecclesiasticorum prælatorum potestates ꝛ subdita sit ꝛ per promptā obedientiā ac humilem, iuxta illud Petri. Subiecti igitur estote omni humanę creaturę propter deū: siue regi, quasi præcellentis: siue ducebus, tanq̄ ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero honorū. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiā discolis. Et illud Hebr. Mementote prepositorū vestrorum qui vobis loquuti sunt verbū dei. Obedite præpositis vestris. & subiacete eis. Ipsi enim per uigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Et dictum apo. quo ipse præcepit custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Ratio propter quā omnis homo qui ea tenet quę ad animam spectant eo q̄ medius est inter spiritū & carnem, quandoq̄ carni adhærendo, & quādoq̄ spiritui potestatibus sublimioribus subditus est nō sōlū quo ad implementationem eorum quę iuste præcipiunt prælati aut principes, sed etiā ad reddendum tributa & vectigalia, ista videtur esse, quia homines inter spiritum & carnem mediū vltra victum & vestitum aliquid possidēt, quia alligati sunt negotiis mūdanicis, quia nō in toto sunt spirituales, quia vltra hæc quę ad victū vel vestitū spectant, aliquid in hoc mundo possident aut in pecuniis, aut in possessionibus, & hæc faciendo aliquid habent quod sub iurisdictione Cæsaris est

& quodammodo imaginem ferūt Cæsaris, & exinde redere tenentur Cæsari quę sunt Cæsaris. iuxta (Pharisæis & Herodianis ostēdentibus Christo numisma census seu denariū postq̄ hos interrogauit dicēdo: cuiꝫ est hæc imago & superscriptio, ipsi ei respōdētibꝫ Cæsaris) dictū istud. Req̄d ite ergo quę sunt Cæsaris Cæsari, & quę sunt dei deo, Nam (vt̄ videtur) tenere superscriptionē Cæsaris est aliquid aut in pecuniis, aut in possessionibꝫ, possidere vltra hæc quę expediunt ad victū & vestitum. & istud. inueni Petrus pauperꝫ eum roganti, & similiter Ioannem vt̄ elemosynam acciperet ipse dixit. Aurum & argentum nō est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. Non hic dicit apost. Omnis caro, & hoc, quia (vt̄ videtur) caro cōsiderat vt̄ caro secundū legem suam (quę lex fomitis est) nemini subicitur, sed concupiscit aduersus spiritū, & legi mentis repugnat, & hominem captiuat in lege peccati. Non etiā ait. omnis spiritus, aut ois homo spiritualis, quia (teste apo.) spiritualis homo iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Spiritualis homo dicitur ille qui in hoc mūdo nihil habet vltra victum aut vestitū: nec pecuniā, nec aurum, nec argentū, nec possessiones. Nec implicatus est aliquibꝫ mūdanicis negotiis, sed est totaliter deo deditꝫ & cōtemplationi, & quīs in hoc mundo sit, attamē mediante spiritu sancto portionē superiorē regit, & per portionē superiorē inferiorē & animā, per spiritū & p̄ animā corpꝫ, ita vt̄ se totaliter deo subdat: & talis a nemine iudicatur, ex quo a nemine iuste reprehendi potest. Et talis quo ad redditionem tributi aut vectigalis potestatibus sublimioribus non est subditus licet superiorum præcepta licita adimpleri subiciatur. Nam si hæc ab eo cognita nō adimpleret & posset, spiritualis homo nō esset. Et quia (vt̄ videtur) in primitiua ecclesia prælati & ecclesiastici viri spirituales homines vidēbatur esse, a iurisdictione laica exēpti sunt. Constantino imperatore (vt̄ scribit̄ in primo tono quatuor cōciliorū) quādo oblati sunt ei libelli cōtradictorii seu contradictionum inter sacerdotes in concilio niceno quod primū fuit (vt̄ in præfatione dicti cōcilii habetur) ecclesiasticis viris iniquiente. Nō est meum vos qui spirituales estis iudicare a

Math. 22

Actu. 3.

I. Cor. 2.

Spiritalis homo.

quibus iudicari debeo **IN**ō est. n. potestas ¶ **A**licui aut aliquibus collata **IN**isi ad p̄o ¶ in persona domini dicēte Salomone per me reges regnāt & legū cōditores iusta decernūt per me p̄ncipes imperāt & potētes decernūt **in**stitiam Audite ergo reges & intelligite discite iudices finium terrę Prebete aures vos qui continetis multitudines & placetis vobis in turbis nationū quoniā data est ad omni no ptās vobis & virtus ab altissimo Et daniēle nabugodo nosor inquitente Donec scias q̄ dñetur excelsus sup regnū hoīm & cuiuscūq̄ voluerit det illud ¶ **Q**ue aut sūt a deo ¶ disposita ornata aut hoīb⁹ collata vt potestātē at iurisdictionē sup alios faciāt ¶ ordinata sūt ¶ & hoc q̄a sapiēter & rationabiliter instituta sūt de domino deo dicēte salomo. Oīa in mēsurā & numero & pondere disposuisti attingit ergo a fine vsq̄ ad finē, foriter, & disponit oīa suauiter Si scripturas p̄curari velim⁹ & earū p̄odus & mēsurā (Si nō in toto saltē in parte) iurisdictionē hoibus a deo datā reperiem⁹, sapiēter & ratiōabiliter institutā fuisse. Et hoc q̄a decēs & expediēs fuit hoibus beluino more viuētibus p̄ncipes preponere vt eorum terrore aforū acerbitas hoīm peccātū reprimere & vt eorum temeritas fortitudine p̄ncipū cedaretur & vt inter in hac via habitētes pacificus esset cōuictus, & vt multa malitia hoīm non esset in terra Nā postq̄ repleta est terra iniquitate & vidit deus q̄ oīs caro corruperat viā suā legi deū hoibus potestātē coercitiuā cōtulisse & nō ātea Istud verū esse ostēdit **Geñ. 4.** Nā cayn occidit frēm suum vterinum abel sed nō legitur punitū fuisse ab adam patre suo sed a deo Et lameth occidit virum in vulnus suum & eum non legitur punitum fuisse ab homine sed a deo Cum cōpessent homines multiplicari super terram & filias procreassent videntes filii dei filias hominum quod essent pulchrę acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant, & multa malitia sic creuit in terra vt cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum Ita vt omnis caro corrumperet viā suā super terram, & repleta est terra iniquitate attamen non legitur aliquem habuisse iurisdictionem coercitiuam & errantes vt coercitiua punitisse sed solum dominum deum qui

errantes punire volens immisit diluuium super terram **Geñ. 6. 7** nibus hominibus per diluuium submersis oīto demptis. & 8. dicente Petro. **Qui** increduli fuerant aliquando expectabant dei patientiam in dieb⁹ Noe cum fabricaretur archa in qua pauci, i. octo animæ saluę factę sunt per aquā: octo illæ animę fuerunt Noe & vxor eius tres filii eorū, & tres vxores filiorum. Cessato diluuiō postq̄ Cham filius Noe patris sui iebriati verēda vidit & duob⁹ fratrib⁹ suis scilicet Sen & Iaphet nūciauit. Euigilato Noe cum didicisset quę fecerat filius suus Cham, maledixit ei, & in p̄nā sui delicti suorū fratru eū seruū constituit, imo etiā & seruū seruorum eorum. Hic est qui primus legitur in scripturis potestatem coercitiuam exercuisse. Post hunc potestatem coercitiuam legitur habuisse Abraham, Moyses, & Aaron, & iudices Israel, & reges, & p̄ncipes, vt inquirenti loca scripturę patet. Et hoc a domino iuxta dictum Apost. Hic & auctoritates supra allegatas Et postq̄ homo qui cū in honore esset non intellexit sed suo vitio comparat⁹ est iumentis insipientib⁹, & similis factus est illis: vt pura, bestia viuens, & more beluino alium occidens, lacerans, & fere deuorans: furto, homicidio, adulterio, & multis aliis vitiis Et vt talium hominum acerbitas animorum reprimere tur, & temeritas cedaret, & inter in hac via habitantes pacificus esset conuictus dominus deus hominibus p̄pōsuit reges & p̄ncipes. Nam officium p̄ncipis & alterius habentis auctoritatem, est omnia iuste disponere, & bonos ad meliora puocare, impios vero punire, & a malis restringere. Iuxta illud Prouerbiorum. Dissipat impios rex sapiens. ¶ Itaque ¶ credendum est vt dixi, & dico, & dicam: inter quę primo dico ¶ **Qui** resistit potestati ¶ vi, vel dolo, vel per rebellionem contraueniendo homini auctoritatā habenti, aut eius mādatis ¶ dei ordinationi ¶ qua ordinauit superioribus ac eorum mandatis obediendum esse ¶ resistit ¶ ac dei voluntati, & consequenter deo Domino ad Samuelem dicente. Non enim te abiecerunt, **1. Reg. 8.** sed me. Et murmurantibus filiis israel contra Moysen & Aaron, eis dicente Moyse: Nos enim quid sumus nec contra nos est murmur vestrum, sed contra dominū Christo **Exod. 16.**

Luc. 10. suis discip. dicite Qui vos audit me audit & qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. ¶ Qui autem resistunt ¶ authoritati hominibus a deo collatæ ¶ Ipsi ¶ pro eorum peruersitate ac contumacia ¶ sibi damnationem acquirunt ¶ eterne mortis, & quædoque mortis temporalis: Eternæ mortis ex quo mortaliter peccant in cuius rei signum Dathan & Abyron qui Moyfi & Aaron resistenterunt sunt a terra absorpti mortis temporalis aut penæ. Quia sicut rugitus leonis ita & terror Regis, qui prouocat eum peccat in animam suam: & in huius rei confirmationem adducitur factum quo Maria soror Moyfi murmurans contra Moyfen habentem authoritatem, a deo percussa est lepra Et etiam aliud factum quo Absalon postquam insurrexit contra Dauid patrem suum ultione diuina per capillos subter quercum suspensus est ita ut caput eius quercui adhereret, & illo suspensus inter cælum & terram mulus cui infederat petra faret. Hec supradicta ideo dicit apost. ¶ generali ut credamus ita esse & in speciali: quia nonnulli in primitiua ecclesia ad fidem conuersi post eorum conuersionem pristinum obsequium & seruitium quo ante baptismatis susceptionem principibus & dominis suis seruiebant reddere reuertebant dicentes Nos Romani ac etiam alij Romæ habitantes in Christum credentes qui deo seruimus & diuinis legibus paremus seruire non debemus homini quantumcumque potestatem habenti etiam si sit imperator Nero: Videns apostolus in hoc ipsos errare & dominos ac principes scandalizari & impedire multos ne ad Christum conuerterentur talibus Christicolis loquitur, eis declaranda potestatem hominibus a deo collatam esse & Christicolam non debere tali authoritati resistere, sed ei obedire etiam si malus sit is qui authoritatem habet non tamen quia malus est sed quia ei a deo collata est authoritas. Et habentes authoritatem etiam si mali sint posse tamen bene uti sua authoritate sicuti & malus homo bene potest uti visu & ceteris sensibus: Et cum bene utuntur sua authoritate subditos debere eorum iussibus parere, si vero male utantur sua aut hori, aliquid contra deum aut eius honorem statuen-

do non debere tunc subditos eis obedire. Et hoc, quia nulli potestati humanae est contra dei voluntatem obediendum principibus sacerdotum precipientibus apostolis ne docerent in nomine Christi respondente Petro cum ceteris apostolis. ¶ Obedire oportet deo magis quam hominibus ¶ Nam principes ¶ super populum authoritatem habentes etiam si mali sint propter corrigendam vitam, & prohibenda aduersa & instituenda quæ pacifico conuictui expediunt instituuntur ¶ Non sunt ¶ his ¶ timori ¶ qui sunt ¶ boni operis, sed ¶ his sunt timori qui sunt ¶ mali ¶ operis, & hoc, quia timorem non incutiunt bene agentibus: sed male agentibus. Nam non ad bonos sed ad malos puniendos sunt instituti. Et princeps si est bonus bonos non punit sed diligit. Si autem malus est non nocet bono sed purgat eum. Ideo non est quod timere debeat qui bene agit. Nam si bonus fuerit qui ei preest nutritor eius est. Si fuerit malus temptator eius est, & nutrimenta libenter accipere debet bonus & in temptatione patientiam approbare. Aurum esse debet & attendere mundum istum esse tanquam fornacem aurificis. In vno angusto loco tria sunt scilicet aurum palea ignis. Ad duo ignis apponitur, palea uritur, aurum purgatur. Qui male authoritati cedit aut minis velut palea est quæ ab igne comburitur. Qui male authoritati non cedit nec nimis argentum nunc est, aurum erit in patria. & in hac via velut aurum temptatur, probatur, & purgatur de iustis dicente Salomo. Tanquam aurum in fornace probauit illos & quasi holocausti hostiam accepit illos & in tempore erit respectus illorum.

Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa: dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malefeceris: time Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. Ideoque necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa prestatis. Ministri enim

Actu. 5.

Sap. 3.

dei sunt in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita. cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Notule. Ille dicitur dei minister, qui adimplet dei voluntatem qui eam opere demandat qui dei preceptum adimplet in verbo aut doctrina aut opere siue in executione spiritualium siue temporalium: & qui deputatus est ad dei voluntatem adimplendum siue in premiis dandis siue in punitionibus peragendis: Hic apost. per gladium intelligit iudiciariam potestatem qua iudex laicus errantem adiudicare potest ad penam temporalem etiam usque ad mortem dicens apost. Vindex in iram ei qui male agit accipit iram pro dei ira de qua supra capite primo. dictum est Reuelatur enim ira dei de celo, que quidem dei ira dicitur virtus que preest penarum ministris, & qua supplicia peccatoribus inferuntur, & etiam dei ultio qua in ipse sine ulla animi perturbatione, sine aliqua mutabilitate exercet super malos Et ideo dicitur per similitudinem ira quia vult deus affligi eum aut eos contra quem aut quos irascitur. Dicens apost. Ideoque necessitate subditi estote non solum propter iram, accipit iram sicut supra capi., secundo. cum dicit Secundum autem duritiam tuam & impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire. que quidem ira dicitur thesaurus ire seu collectio qua quis in hac via diuersa sibi colligit peccata: & etiam sibi iuste colligit vt virtus que preest penarum ministris sibi penam infligat iuxta exigentiam delicti ab eo perpetrati. Tributum a tribubus dicitur Pro hoc sciendum quod (vt in de vita romuli Piararchus scribit) a Romulo condita Roma. iuuentutem diuisit ipse in militares ordines & reliquam multitudinem seiunxit, eamque populum nuncupauit deinde ex optimatibus senatores creatum creauit. Tandem post hec ciuitate Romanis & sabinis communi effecta, in tres tribus diuisa est vna fuit, ratenensium a romulo Alia tatiensium a tatio. Alia lucerum a luco allyli in quem multi fuga delati ciuitate donati sunt vel (vt alii volunt) a lucumone Qui his preerant tribubus

Gladii p iudiciaria potestatem qua iudex laicus errantem adiudicare potest ad penam temporalem etiam usque ad mortem dicens apost. Vindex in iram ei qui male agit accipit iram pro dei ira de qua supra capite primo. dictum est Reuelatur enim ira dei de celo, que quidem dei ira dicitur virtus que preest penarum ministris, & qua supplicia peccatoribus inferuntur, & etiam dei ultio qua in ipse sine ulla animi perturbatione, sine aliqua mutabilitate exercet super malos Et ideo dicitur per similitudinem ira quia vult deus affligi eum aut eos contra quem aut quos irascitur. Dicens apost. Ideoque necessitate subditi estote non solum propter iram, accipit iram sicut supra capi., secundo. cum dicit Secundum autem duritiam tuam & impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire. que quidem ira dicitur thesaurus ire seu collectio qua quis in hac via diuersa sibi colligit peccata: & etiam sibi iuste colligit vt virtus que preest penarum ministris sibi penam infligat iuxta exigentiam delicti ab eo perpetrati. Tributum a tribubus dicitur Pro hoc sciendum quod (vt in de vita romuli Piararchus scribit) a Romulo condita Roma. iuuentutem diuisit ipse in militares ordines & reliquam multitudinem seiunxit, eamque populum nuncupauit deinde ex optimatibus senatores creatum creauit. Tandem post hec ciuitate Romanis & sabinis communi effecta, in tres tribus diuisa est vna fuit, ratenensium a romulo Alia tatiensium a tatio. Alia lucerum a luco allyli in quem multi fuga delati ciuitate donati sunt vel (vt alii volunt) a lucumone Qui his preerant tribubus

Ira, pro dei ira de qua supra capite primo. dictum est Reuelatur enim ira dei de celo, que quidem dei ira dicitur virtus que preest penarum ministris, & qua supplicia peccatoribus inferuntur, & etiam dei ultio qua in ipse sine ulla animi perturbatione, sine aliqua mutabilitate exercet super malos Et ideo dicitur per similitudinem ira quia vult deus affligi eum aut eos contra quem aut quos irascitur. Dicens apost. Ideoque necessitate subditi estote non solum propter iram, accipit iram sicut supra capi., secundo. cum dicit Secundum autem duritiam tuam & impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire. que quidem ira dicitur thesaurus ire seu collectio qua quis in hac via diuersa sibi colligit peccata: & etiam sibi iuste colligit vt virtus que preest penarum ministris sibi penam infligat iuxta exigentiam delicti ab eo perpetrati. Tributum a tribubus dicitur Pro hoc sciendum quod (vt in de vita romuli Piararchus scribit) a Romulo condita Roma. iuuentutem diuisit ipse in militares ordines & reliquam multitudinem seiunxit, eamque populum nuncupauit deinde ex optimatibus senatores creatum creauit. Tandem post hec ciuitate Romanis & sabinis communi effecta, in tres tribus diuisa est vna fuit, ratenensium a romulo Alia tatiensium a tatio. Alia lucerum a luco allyli in quem multi fuga delati ciuitate donati sunt vel (vt alii volunt) a lucumone Qui his preerant tribubus

Tributu. Pro hoc sciendum quod (vt in de vita romuli Piararchus scribit) a Romulo condita Roma. iuuentutem diuisit ipse in militares ordines & reliquam multitudinem seiunxit, eamque populum nuncupauit deinde ex optimatibus senatores creatum creauit. Tandem post hec ciuitate Romanis & sabinis communi effecta, in tres tribus diuisa est vna fuit, ratenensium a romulo Alia tatiensium a tatio. Alia lucerum a luco allyli in quem multi fuga delati ciuitate donati sunt vel (vt alii volunt) a lucumone Qui his preerant tribubus

tribuni vocitabantur. & sumptus eis dati tributa vocabantur. Etiam tributum dicitur quod ex privato in publicum tribuitur largius quandoque accipitur pro omni munere quod a subditis soluitur siue illud a tota patria pro se domino conferatur siue illud sit census qui de terris datur. aut id quod statutis temporibus dominis soluitur. Vectigal est quod ex vectura penditur vnde a vehendo dicitur eo quod accipitur de vectis mercibus. vti est id quod soluit singularis persona vt cum mercator vecturas & pedagiaz rerum suarum soluit.

¶ Vis autem in hac via existens Non timere nec causam timedi habere Potestatem hominem: scilicet in autoritate & potestate constitutum Bonum fac. I opus & abstine a malo Et habebis laudem ex illa et potestate Et hoc, quia is qui in potestate constitutus erit si bonus sit te laudabit. Et etiam opus iustitie ad te effectum. Si vero malus sit etiam odio habens iustos & bonos laudem habebis ex eo non te laudante sed tibi laudis occasionem prebente ex quo erit tibi maioris coronae laudis & glorie causa apud deum qui iusto leges obseruanti dicit. Euge serue bone & fidelis quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constiuam. Intra in gaudium domini tui Dei enim minister est et in potestate & autoritate constitutus quia ipse a deo deputatus est ad iuste disponendum homines vti decet tibi in bonum et ex quo a deo ad utilitatem deputatus est quatenus a malo subditos retrahat, eosque ad bonum promoueat & ad meliora prouocet & bonis & iustis premia tribuat eos exaltando. Impiis vero penam conferat eos restringendo & puniendo iuxta suorum delictorum qualitatem & quantitatem vt non remaneat malum impunitum. Et vt boni hanc videntes a malo retrahantur & ad bonum inducantur: & exinde inter conciuies sit pacificus conuictus Si autem tu sub potestate & autoritate redactus Malefeceris fore factum perpetrando time timore tamem filiali potestate tue peruerfitatis vltimice ex quo iuste te poterit danare inuicta occasione Non enim sine causa gladium portat potestas, seu is cui collata est iudiciaria autoritas & hoc, quia potestas habet vltimice errantes & eos adiudicandi

Vectigal.

Expō te-
xtus ad li-
teram.

Math. 25

ad penam temporalem etiam vsque ad mortem ¶ dei em̄ minister est ¶ princeps aut quiuis alius iudex & in auctoritate constitutus ¶ vindex in iram ¶ ex quo suum est vincere errantes in eos punitionem exercendo secundū suorum delictorum qualitatem & quantitatem in ipsos iustū iudicium ferendo vt vindicetur ira dei, & a populo auferatur ¶ ei qui male agit ¶ deum aut ecclesiam offendendo aut aliquod membrum eius aut faciendo opus boni communis perturbatiuum. Nam ad hoc instituti sunt principes ac iudices vt errata corrigant & malos puniant ¶ Ideo q̄ ¶ ea de causa, ea de re quia principes & iudices ministri dei sunt ab eo auctoritatem habentes ¶ Necessitate ¶ ab obligatione iuris procedente & propter superioris coactionem vim cui parere tenemini & ad quam compelli iure potestis ¶ subditi estote ¶ iudicibus, prepositis, etiam discipulis principibus & regib⁹, preceptis licite & iuste ab eis institutis obediēdo etiam si in toto spirituales sitis modo supra declarato in initio huius capituli, Et si non in toto spirituales sitis eo q̄ medii estis inter carnem & spiritū quādoq̄ carni adherēdo & quādoque spiritui, & aliquid possidetis vltra hęc quæ ac victum & vestitum spectant eorū precepta adimplēdo & eis etiam tributa & vectigalia reddendo ¶ Non solum propter iram ¶ quia vestra malitia peccatis peccata addidistis propter quæ merito puniendi venistis ¶ sed etiā propter conscientia ¶ habendā mūdā & conseruandā. Ita vt amore iustitiæ principi obediatis ac iustitiæ ne remorsum habeatis conscientia si inuite obediēteris adimplendo illud Apost. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo nō ad oculum seruientes quasi hominibus placentes sed vt serui Christi facientes voluntatem dei ex animo cum bona voluntate seruientes sicut domino. Est enim subditus seruens domino suo ad oculum quando ei seruit solo timore poenę vel solo metu damni temporalis aut solum sub spe recipiendi præmii aut propter hęc simul iuncta. Est enim seruus seruens domino suo non ad oculū quando propter deum ei seruit veluti ei cui tenetur seruire, & hoc, in simplicitate cordis & amore

Ephē. 6.

Seruus seruens dño ad oculum.
Seruus seruens dño non ad oculū.

iustitię ¶ Ideo enim ¶ ad profitendum vestram subiectionem ¶ & tributa prestatis ¶ si non in toto spirituales sitis sed medi inter carnem & spiritum quandoq̄ carni adherēdo & quādoq̄ spiritui, & aliquid possideatis vltra hęc quæ ad victum & vestitum spectant & a iure non sitis exempti a collatione tributi & vectigalis ¶ Ministri em̄ dei sunt ¶ ipsi reges & principes quibus tributa prestant ¶ In hoc ipsum seruientes ¶ sunt vobis vt reos vos conculcantes puniant & ab inimicis vos defendant contra eos pro vobis pugnādo. Ideo pro eorū remuneratione iuste a vobis tributa recipiunt. A Ioanne baptista militibus petentibus. Quid faciemus & nos ipso eis respondente. Neminē concutatis neq̄ calūniā facietis & cōtenti estote stipendiis vestris. Iam in hoc textu (vt constat) apo. potestatem seculi & iudicium mūdi dei ministerium dicit & hoc nō semel sed secundo & tertio repetit. Et hoc, quia (vt videtur) executio maxime partis legis dei per iudices impletur Ex quo crimina quæ vindicari vult deus per mortem aut sanguinis effusionem non per antistites & principes ecclesiarum sed per mundi iudices voluit iudicari post Christū natum & tempore legis suę euāgelicę quod est tempus pacis, & tempus sanandi. Aliud vero illud præcedens tempus fuit belli & tempus occidendi de quibus sic in ecclesiaste scribitur. Tempus occidendi, & tempus sanandi, tempus belli, & tempus pacis. Istud ita esse ostenditur. Nam sancti & iusti & ecclesiæ principes qui Christi aduentū præcesserunt vsque ad Ioannem Iesē gladiis accinxerunt, sacrilegos interfecerunt in gladio percusserunt & verberauerunt tyrannos. Postquam ad Hebræos de patribus veteris testamenti loquutus est apostolus & eos nominauit de eis dixit. Obturauerunt ora leonum extinxerunt imperium ignis effugauerunt aciem gladii conualuerunt de infirmitate fortes facti sunt in bello castra verterunt exterorum. Dux enim populi israelitici fuit Moyses & princeps synagoge sed tamen libenter extendit manum suam super eam super mare vt reuertentur aquæ ad ægyptios super currus & equites eorum. Et hoc facto gloriosum domino cantauit canticū, & ipse vicit Amorreum, & vitus est filios

Lucę. 3.

Eccles. 3.

Hebrę. 11

exodi. 14.

Exodi. 15

Nume. 21

- Num. 31** israel de madiā. Helyas zelo zelatus est pro domino deo
3. reg. 18. exercituum, & gladio interfecit prophetas baal, Et etiam
4. reg. 1. ipse orauit vt super duos principes quinquagenarios descenderet ignis de celo & deuoraret eos: & ad orationem eius, ita factū est. Ad maledictionē Heliſei egeſſi sunt duo vrsi de saltu & lacerauerunt ex pueris qui illudebant ei dicentes Ascende calue, Ascende calue quadraginta duos pueros: a Christo nato & a diebus ioānis baptista nec ipſi Ioanni, nec alicui viro ſpiritali conſeſſum est euagina re gladium Christo in persona omnium talium dicēte Petro quando aduerſus Malchum extendit gladium. Cōuer te gladium in locum ſuum & ei dicentibus diſcipulis ſuis domine ſi percutimus gladio, eis reſpondit Satis eſt, ſinite vſq; adhuc ac ſi dixiſſet, Vſq; adhuc vſq; gladii materialis. Quia nondū venerā ego in lege promiſſus generis humani redemptor viris ſpiritalibus & eccleſiæ rectoribus expediens fuit, quia volebat diabolus per ſua membra exiti pare arborē ex qua ſecundū carnem deſcendere debuī Sed quia ego generis humani redemptor in carne veni ſatis eſt ſinite vti gladio materiali vos ſpirituales & viri eccleſiaſtici iam tempus belli, & tempus occidendi quo ad vos ceſſauit & aduenit tempus pacis & tempus ſauandi in quo expedit vt alii a vobis ſanantur mediante gladio ſpiritali q̄ eſt ſermo dei viu⁹ & efficax & penetrabilior oī gladio ancipiti. Et in hui⁹ rei confirmationē nuſquā legitur Chriſti apoſt, aut diſcipulos, aut primitiu⁹ eccleſiæ, reſtores attraxiſſe arma belli nec gladium aliū a gladio ſpiritali qui eſt verbū dei & gladius ſpūs, & eſt ſermo dei viuus & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti & pertingens vſq; ad diuiſionē animę ac ſpiritus cōpagum quoq; ac medularū & diſcretorū cogitationū & intentionū cordis ¶ reddite ergo omnibus ¶ ſtatim cū poteſtis, ¶ debita ¶ adimplendo illud Chriſti reddite ergo quę ſunt cęſaris, cęſari: & quę ſunt dei deo. Deo honorē & gloriā adimplendo eius voluntatem Cęſari & principibus honorē & obedientiam & orationes & obſecrationes dicente apoſt.
1. thim. 2. Obſecro igitur omnīū primum fieri obſecrationes orationes poſtulationes gratiarū actiones pro omnibus ho-

minibus pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt vt quietam & tranquillā vitam agamus in omni pietate & caſtitate: & etiā ſi non in toto ſitis ſpirituales tributa & veſtigalia ſi ab hoc debito non ſitis exempti ſi cur exempti ſunt clerici ex priuilegio principū. **Quequidem** exemptio equitatem naturalē habet. Ex quo etiā apud gentiles a tributis liberi erant illi qui rebus diuinis vocabantur cum in Gene. legatur ¶ Ioleph pharaoni lubecit totam terram ægypti præter terrā ſacerdotū quæ a rege tradita fuerat eis quibus & ſtauta cibaria ex horreis publicis præbebantur oībulq; ægypti ſuas terras vendentib⁹ nō ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Et ¶ in vniuerſa terra ægypti ex eo tempore vſq; in præſentem diem regibus quinta pars ſoluuntur & factum eſt quaſi in legē ab ¶ terra ſacerdotali quæ libera ab hac conditione fuit: dicenti. Chriſtus in carne poſitus extoluit didragma pro ſe & apoſt. ſuis. Ergo cum ipſe in toto ſpiritalis eſſet, qui in toto ſpirituales ſunt a perſolutione non ſunt exempti reſpōdetur Chriſtum pro ſe & apoſtolis ſuis didragma ſoluſſe non quia debitor erat ſed ne ſcādalizaret eos qui in capharnaum ſuſcipiebant didragma: ipſo petro inueniente, Liberi ſint filii vt autē non ſcādalizemus eos vade ad mare & mitte hamum & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle & aperto ore eius inuenies ſtateram illum ſumens da eis pro me & te ¶ Cui tributum ¶ præſtare debetis ¶ tributum ¶ præſtare, dominos veſtros non defraudando ¶ Cui ¶ debetis ¶ veſtigal ¶ contribuere ¶ veſtigal ¶ reddite ¶ Cui timorem ¶ ſiue dño cęleſti aut terreno exhibere debetis ¶ timorem ¶ exhibite filialem eum amando & in ſimplicitate cordis ei obediendo & non ad oculum ei ſeruendo ſed tanquā dño: ſi deus ſit ei propter ſeipſum ſeruendo: ſi creatura rationalis ſit ei propter deum ſeruendo amore iuſtitie & in ſimplicitate cordis ¶ Cui ¶ exhibere debetis ¶ honorē ¶ interiorē veſ exteriorē videlicet deo, parētibus, prælatis, principibus, ſuperiorib⁹ & probis hoībus ¶ honorē ¶ exhibete cū amore & hūilitate dño p malachiā dicēte fili⁹ honorat patrē & ſeruus dñm ſuū. Si Malach. 1 ergo pater ego ſum vbi eſt honor meus.

Geſt. 4-7

Obiectio
Math. 17

Solutio.

Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicem diligatis Qui enim diligit proximum legem impleuit Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur Diliges proximum tuum sicut teipsum dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Notule
Luce. 10.

Iuxta sententiam Christi ad legisperitum petentem Quis est proximus meus? quia ipse respondit hinc incidisse in latrones qui spoliauerunt eum & plagis ipsis abierunt semiuivo relicto, & pertransisse sacerdotem ac etiam leuitam & pertransiente samaritano cum vidisset vulneratum misericordia motus est & alligauit vulnera eius infundendo oleum & vinum & protulit duos denarios & dedit stabulario ei dicens Curam illius habe & quodcumque supererogauerit ego cum rediero reddam tibi & cum hec dixisset Christus legisperito dixit Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones at ille dixit qui fecit misericordiam in illo Et ait illi iesus: vade & tu fac similiter concluditur ex hac sententia Proximum recte vocari omnem illum qui capax est misericordie aut quia eam suscipere potest aut quia eam alteri contribuere valet & sic omnes in hac via existentes proximi dicuntur eo quod misericordiam suscipere possunt. Eadem ratione in purgatorio existentes nostri proximi dicuntur. damnati vero nostri proximi non videntur dicendi & hoc, quia nec misericordiam conferre possunt nec misericordiam suscipere valet: Ex quo misericordia est subleuatio miserie & ab eorum miseria eripi non possunt Etiam beati nostri proximi dicuntur Et hoc, quia eiusdem speciei nobiscum sunt

Proximus

Misa.

Adulterari & quia eorum precibus nostras possunt subleuare miseria. Adulterari est carnali coniunctione extra matrimonium coniungi cum vxorata aut vxorato est vxoratum cognoscere. Occidere scilicet a non suo est vxoratum cognoscere non suam Occidere

re est autoritate propria & non dei nec legis alicuius hominis aut, famine corpus ab anima separare. Furari est accipere vel detinere alienum inuito domino. Falsum testimonium dicere est de alio non verum sed falsum testimonium proferre. Concupiscere iuxta istud: Non concupisces, est desiderare est appetere alterius vxorem aut aliquam mulierem appetitu venereo & carnali & illicito & prohibito aut appetere & desiderare appetitu illicito bonum alterius aut rem alienam, aut aliquid contra dei voluntatem & eius legem. Illud dicitur instaurari quod ad pristinum statum aut ad pristinam similitudinem reficitur aut reducitur ita ut firmum efficiatur & validum ac solidum nouumque accipiat robur & stabilimentum ita ut quandoque alia comprehendat & in ipso alia adimpleantur.

Furari.
Falsu te-
sti. dicere
Concupi-
scere.

Instaura-
ri.

¶ INemini nulli homini quicquam debeatis non quidem particulariter soluendo, sed integraliter plene omnibus omnia debita persoluendo & comprimere fieri poterit adimplendo illud Leuitici. Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsque mane. Ita ut nihil remaneat quod soluere debearis. ¶ Nil. ¶ Istud subsequens ¶ ut inuicem diligatis ¶ dilectione amabili & charitativa, quae semper redditur, & semper debetur. Cetera enim cum redita fuerint non debentur. Dilectio autem tantomagis debet, quanto magis impeditur. Ipsa quippe debitum exigit, ut fraternae charitati seruientes eum qui se iuuari recte & iuste velit, in quo possumus adiunemus semper existentes debitorum charitatis: ex quo debetur etiam si reddita fuerit, quia nihil tempus est quando impendenda non sit, nec cum redditur admittitur, sed potius reddendo multiplicatur, quoniam habendo redditur non carendo. Et cum reddi non possit nisi habeatur ne haberi possit nisi reddatur, imo etiam cum redditur ab homine, crescit in homine, & tantomagis acquiritur, quanto pluribus redditur. Quomodo ergo negabitur amicis quae debet & inimicis? Non enim sic impenditur charitas ut pecunia: ex quo illa impeditur minuitur. Haec augetur: & etiam eo quod pecuniam cui desideramus tunc ei beneuolentiores erimus si recipere non queramus. Non potest autem esse verus charitatis impen-

expō tex.
ad literat

Leuiti. 19

for, nisi fuerit benignus exactor, & etiam quia pecunia cum recipitur, accedit ad eum cui datur, sed ab eo recedit, a quo datur. Charitas vero non solum apud eum crescit qui hanc ab eo quem diligit, exigit; etiam si non recipit: sed etiam ille a quo recipit, tunc incipit habere cum reddit, & exinde cetera sic soluenda veniunt, ut non debeatur. Charitas vero ita soluenda venit, ut semper habeatur & debeatur. **¶ Qui enim diligit** 1. uti decet conformiter ad dei voluntatem.

- ¶ proximum** 1. eum qui capax est misericordiae, aut quia eam suscipere potest, aut quia eam alteri contribuere valet siue talis sit noster amicus, siue inimicus. Ideo amicus, quia nos diligit, & paratus est nostris subuenire necessitatibus, & qui tristatur in tribulationibus & incommodis nostris.
- Amicus.**
- Inimicus** Ideo inimicus, quia nos odio prosequitur, & non est paratus nostris subuenire necessitatibus, sed potius in nostris tribulationibus & incommodis delectatur. **¶ legem impleuit** 2. Quia vniuersa lex & prophetarum in duobus mandatis pendet in dilectione dei ex toto corde, & tota mente, & tota anima, & in dilectione proximi, qua quis propter deum diligit proximum sicut seipsum. Quae quidem lex in vno sermone impletur, scilicet in dilectione proximi, dicente
- Math. 22** Apo. Omnis enim lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Nam si quis proximum uti debet diligit, eum propter deum diligit, dicente Apo.
- Galat. 5.** Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini nostri **I E S V C H R I S T I** facite.
- Colloc. 3.** Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei, facite. Et ex consequenti magis diligit deum, quam proximum. & si quemlibet proximum diligit, beatos diligit cum nostri proximi sint, eo quod suis orationibus nostras possunt subleuare miseras, & animas eorum qui sunt in purgatorio diligit, qui nostri proximi sunt, eo quod eorum miseria subleuari valet, & quemlibet in hac via existentem diligit, ex quo quilibet talis noster est proximus, eo quod capax est misericordiae. Et hoc, quia a sua miseria subleuari valet, & alterius miseria subleuari potest. Et cum omnis in hac via existens aut noster

fit superior, aut nobis equalis, aut nobis inferior, si quemlibet talem diligimus, propter deum legem adimplemus, & hoc, quia diligendo nobis superiores eorum mandata non illicita propter deum adimplemus: & diligendo etiam nobis aequales adimplemus hanc **C H R I S T I** sententiam. Ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis: nihil volendo proximis nostris fieri, quin iuste velle possimus illud nobis fieri, & diligendo nobis inferiores eos corrigimus, non eos scandalizamus, sed in viam veritatis dirigimus, & nihil ab eis detinemus, & nihil cum eis aut coram eis iniquum aut iniustum agimus, aut in verbo, aut in opere, nec etiam agere volumus, sed omnium tantum superiorum, quam aequalium, quam inferiorum propter deum onera partemur, & sic adimplemus legem **C H R I S T I**, dicente Apo. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem **C H R I S T I**. Et exinde. Dilectio charitativa proximi propter deum. Mandatum nouum dicitur & quodammodo nouum testamentum, & hoc, quia huic dilectioni hereditas regni caelestis promittitur, quae cum nouo testamento in figuris veteris testamenti pro temporum distributione tegebatur, dicente Christo suis Apo. Mandatum nouum do vobis ut diligatis inuicem sicut dilexi vos, ut & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Et si vniuersa lex & prophetarum in duobus mandatis, scilicet dilectione dei & proximi sit pendens & contineatur, & etiam in dilectione dei, qua quis deum perfecte diligit uti & quomodo deus vult contineatur dilectio proximi, & ex consequenti tota lex iuxta dictum **I O A N N I S** istud. Si quis dixerit quoniam diligo deum & fratrem suum odierit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt deum quem non videt quomodo potest diligere: & hoc mandatum habemus a deo, ut qui diligit deum, diligit & fratrem suum. At tamen hic Apostolus solam proximi dilectionem, qua modo supra declarato lex impletur Ideo ut videtur commemorauit, quia circa dei dilectionem non possunt homines metiri: & hoc, quia rariore ratione

Math. 7.

Galat. 6

Ioan. 13.

1. Ioan. 4.

eam probant. In dilectione autem proximi facilius conuincuntur eam non habere, dum inique cum hominibus agunt, aut interno odio, aut in quotidiana vita & moribus quæ facile iudicari valent per quotidianam vitam & mores. In dilectione proximi legem impleri & contineri ostendit & probat apostolus, per subsequentiâ in hoc textu primo dicendo **Tñā** si diligis proximum uti debes. **Œ** non adulterabis **Œ** carnaliter te coniungendo, aut coniungere uolendo cum aliena uel aliena **Œ** non occides **Œ** proximum auctoritate propria **Œ** non furaberis **Œ** alienum iniuste accipiendo aut detinendo. **Œ** non falsum testimonium dices **Œ** de proximo contra veritatem iniquum testimonium perhibendo **Œ** non concupisces **Œ** extra actum matrimonialem actu uenereo appetendo actum carnalem, aut appetitu disconuenienti bonum alterius aut aliquid uoluntati diuinæ oppositum desiderando. Hic apostolus more inducentium enumerat quædam præcepta, quæ dilectionem proximi implent. Et quia præcepta tria primæ tabulæ uidelicet. Vnum crede deum: nec ires uana per ipsum: Sabbata sanctifices: immediatius ordinantur ad dilectionem dei hic mentionem de eis non facit, quauis & ipsa impleantur in proximi dilectione qua diligitur ipse uti continet & expedit & oportet, ex quo in ipsa includitur dei dilectio & enumerat mandata secundæ tabulæ, prætermittendo, tamen unum præceptum affirmatiuum tantum, quod est de honore parentum, quod comprehendit ualeat supra in hac sententiâ. Reddite omnibus debita cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Enumerat autem præcepta negatiua sub isto: non concupisces, duo comprehendendo, scilicet: Alterius nuptiâ, nec rem cupies alienam, per quæ præcepta aliquis prohibetur malum proximo inferre. Huius enumerationis ratio duplex dari ualeat Prima, quia præcepta negatiua sunt magis uniuersalia, quæ affirmatiua. & quantum ad tempora, & quantum ad personas, Quantum ad tempora quidem quia præcepta negatiua obligant semper, & ad semper. Nullo enim tempore est furandum aut adulterandum. Præcepta autem affirmatiua obligant quidem semper, sed non ad semper, sed pro loco & tempore. Non enim tenetur homo, ut omni tem-

pore honoret parentes, sed pro loco & tempore. Quantum ad personas autem, quia nulli hominum est nocendum. Non enim sufficientes sumus ut unus homo omnibus hominibus seruire possit. Secunda, quia magis manifestum est quod per proximi dilectionem præcepta negatiua implentur, quam affirmatiua. Ex quo ille qui aliquem diligit magis & citius abstinere a nocimento illius, quam ei beneficia impendat. ex quo ab impensione beneficiorum quandoque impeditur homo per impotentiam **Œ** si quod aliud est mandatum **Œ** supradictis simile, aut ad supradicta reducendum non expresse enumeratum. **Œ** in hoc uerbo **Œ** ut cap. 22. Mattheus testatur a Christo de dilectione dei & proximi prolato **Œ** instauratur **Œ** seu comprehenditur, ex quo in supradicta dilectione uersa lex pedit & propheta. Et cum ipsa ad proximi dilectionem reducatur, omne mandatum in hoc continetur. **Œ** Diliges proximum tuum sicut teipsum **Œ** recto amore quo te diligis proximum diligendo aut quia iustus est, aut ut iustus sit etiam illo modo diligendo, ut perducatur una tecum ubi deus est omnia in omnibus. Nos ipsos enim diligere debemus, aut quia iusti sumus (sicut seipsum dilexisse uidetur apostolus) aut ut iusti simus ut ad æternam felicitatem perducamur dilectionem nostram in deum referendo qui nos ut beatificaremur dilexit, & ut eadem de causa nos mutuo diligamus. Christo suis discipulis dicente. Mandatum nouum **Œ** Ioan. 13. do uobis ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Nos ipsos etiam diligere debemus appetendo ut quis nostras subleuet miseras, & etiam ut aliorum ualeamus subleuare miseras. Etiam proximos nostros diligere debemus appetendo ut ab eis aliquorum medio eorum subleuentur miseriae aut ut aliorum subleuent miseras. Et exinde tanquam proximos omnes diligere debemus, qui in merito passionis CHRISTI sunt aut erunt efficaciter redempti, & qui merito eiusdem passionis sunt in requiem translati, aut transferendi, & qui in miseriam aliquam ceciderunt (non damnati tamen) aut cadere potuerunt, & exinde cum angelis beati in miseriam cadere potuerint in parua morula temporis, in qua lucifer & sui in miseriam ceciderunt, & etiam

quia nostras possunt subleuare miserias nos inspirando, & nostras orationes coram deo offerendo, nostri proximi dicuntur Et exinde eos velut proximos diligere debemus ¶ Dilectio proximi ¶ bene regulata vti debet & expedit ¶ malum non operatur ¶ quia charitatem habens que (teste apostolo) non emulatur, non agit perperam non cogitat malum nec gaudet super iniquitate sed cogaudet veritati. Non peccat mortaliter nec proximo nocet quantum diu eam habuerit sed ex toto corde diligit deum & proximum propter deum ¶ Plenitudo ergo legis ¶ plenaria legis impletio qua quis plene legem adimplet a bstinendo ab his que lex prohibet, & ea faciēdo que lex iubet ac etiam eiusdam legis finalis perfectio ¶ Est dilectio ¶ ex quo omnia precepta disponunt & referunt ad precepti charitatis plenam obseruationem tanquam ad finem precepti dicente apostolo Finis autem precepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fidei non ficta. Et vere dicitur charitatis preceptum, dilectio eo quod duos ligat & coniungit videlicet deum & hominem & vnunquaque, proximum cum alio.

1. Cor. 13.

1. thimo. 1

Et hoc scientes tempus: Quia hora est iam nos de somno surgere Nunc enim propior est nobis salus quam cum credidimus. Nox precesit dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis sicut in die honeste ambulemus Non in commensationibus & ebrietatibus non in cubilibus & impudicitis non in contentione & emulatione sed induimini dominum iesum Christum & carnis curam ne feceritis in desyderiis.

Notulg. ¶ Differunt expurgifici & de somno surgere. Illi dicuntur Expurgifici. expurgifici qui a somno excitati sunt & licet facti sint vigilantes tamen pigritia & inertia detenti in stratis suis iacent De somno in lectis suis permanentes quasi ostium in cardine, ita vt corporali non quando oportet ad necessaria & oportuna agenda surgere. exurgant Illi dicuntur de somno corporali surgere qui a

somno excitati, & facti vigilantes e stratis suis exeunt, quando oportet & expedit ad necessaria & oportuna agenda exeuntes. Illi dicuntur spiritualiter expurgifici, qui post perpetrata ab eis peccata, aut post excacationem cordis eorum ad veritatis cognitionem perducuntur. siue per motum spiritus sancti internum, siue per lecturam doctrinae sacre, siue per veram doctrinam, siue per signa, siue per demonstrantes rationes, attamen iuxta agnitam veritatem a peccatis non recedunt, nec agnitam veritatem imitantur habentes oculos intellectus inter nos apertos, recusant veritatem cognitam imitari. Illi dicuntur spiritualiter de somno surgere, qui post perpetrata ab eis vitia aut post excacationem cordis eorum, ad veritatis cognitionem perducuntur, iuxta veritatem ab eis cognitam peccata relinquentes cum diligentia propter deum eius precepta adimplendo, ac etiam sue ecclesie. Recte hii dicuntur a somno peccati surgere, & a morte peccati exurgere. iuxta illud Apost. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Et illud Proverb. Visquequo piger dormis? Nam surgere dicitur ille qui antea iacebat, & qui peccatis erat inuolutus, & in eis iacebat, & ea relinquit. Illi vero qui post agnitam ab eis veritatem modo supradicto peccata imitantur, recte spiritualiter expurgifici dicuntur, ex quo sunt velut illi, quorum corpus in torpore resolutum est, oculi tamen ad lucem aperti sunt. & hoc, quia cum cognitionem veritatis habeant, eam adimplere renuunt otiosi, & in bono vacui manentes. Vita fidelium que in hac carne ac in hoc seculo ducitur, in comparatione vite infidelium, lux & dies non immerito appellatur. iuxta illud Apostoli. Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, & in comparatione illius diei, in qua aequales angelis facti eritis videntes deum, sicuti est facie ad faciem, nox appellatur. Opera tenebrarum dicuntur opera que ex tenebris ignorantie prodeunt siue interna, siue externa quibus a Deo alienati sunt homines & que mentem deformant, & a regno celorum hominem separant, & eum ad tenebras inferni protrahunt, & que regulariter in tenebris exercetur dicente Christo:

Spiritua
liter expurgifici.

De somno
spiritualiter
surgere.

Ephe. 5.
Prou. 6.

Ephe. 5.

Opa tenebrarum.

Ioānis. 3. Omnis enim qui male agit odit lucem & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius: Arma lucis dicuntur fides spes & charitas pax paciētia & cæterę virtutes & ideo arma lucis dicuntur quia hominē roborant & ab improbitate malignorum spirituum defendunt & contra iactantia seu vitiorum prælia & demonum insidias animam eis spiritualiter indutam protegunt defendunt & fortificant & ad æternę beatitudinis lucem perducunt dehis sic scribit apost. Per arma iustitię a dextris & a sinistris Accipite armaturam dei vt possitis resistere in die malo & in omnibus perfecti stare State ergo succincti lumbos vestros in veritate & induiti lorica iustitię & calciati pedes in præparationem euangeliū pacis in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingere & galeam salutis assumite & gladium spiritus quod est verbum dei.

Expō te
xtus ad li
teram.

2. Cor. 6

¶ Et vos Christiani siue Romani siue quicumque alii quę supradicta sunt vobis obseruare debetis & etiam huius temporis gratię & legis euangelię qualitatem hoc scientes tempus & esse gratię conditionem & oportunitatem huius temporis cōtemplari debetis & obseruare quia (teste apost.) tempus istud tempus est acceptabile & huius temporis dies sunt dies salutis ¶ Quia hora est & oportuna: legis gratię tempus in quo sumus Et hoc, quia tale tempus consideratum ad æternam gloriam velut vna hora est in qua mediante fide quę per dilec. ope. vitam valemus consequi æternam: & in qua ¶ Iam nos & Christi præcioso sanguine redēpti ¶ de somno & peccati quo nostra negligentia malitia exceccatione spiritualiter velut dormientes fuimus per peccati delectationem iacētes velut homo in cubili dormiens: & a tali dormitione nos ¶ surgere & conuenit expedit & oportet si salutem consequi velimus post cognitam nostrorum delictorum nequitiam peccatis propter deum relicti ¶ Nuncenim & passione Christi exhibita tēpore gratię & legis euangelię ¶ Propior & propinquior & vicinior ¶ est & nobis ¶ Ināsalus & vita æterna gaudium sine fine mansurum. beatitudo perpetua quā soli electi cū angelis possessuri sunt ¶ quam & fuerit prius

¶ Cum credidimus & credendo solam fidem iustificare sine operibus quoniam (teste Iacobo) fides sine operibus mortua est aut credendo solis operibus hominem iustificari sicuti nonnulli crediderunt Iudei contra quos loquutus est apo. supra cap. 3. Dicens Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa est: per quam legem Factorum. Non sed per legē fidei. Aut quam cum credidimus nō in nobis sed in patribus nostris ante Christi aduentū & hoc, quia omnes patres nostri quantumcumque iusti fuerint in limbum inferni descendunt. Nunc vero in merito pass. Christi exhibite per Christum patefacta est nobis ianua felicitatis æternę: ex quo si in hac via dei auxilium imitādo quicquid in nobis est faciamus anima dum a nostro corpore separabitur in cælum euolabit ¶ Nox & Infidelitatis in qua sine fidei lumine fuimus: & iniquitatis quę dum in nobis dominata est deum vti debuimus non vidimus fide quę per dilec. ope. Et etiā nox obscuritatis veteris testamēti legalium figurarū & ceremonialium obseruationū quę omnia fuerūt velut vmbra dicente apost. Vmbra enim habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum ¶ præcessit & præterit & iam non est ¶ dies autē & claritatis fidei & euangelię veritatis & splendoris gratię ¶ appropinquauit & quia iam nobis præsens est in re splendor gratię & claritas euangelię veritatis & fidei informatę charitatē & spe mediante, qua deum videmus in spe eum aliqui visuri in re dicente apostolo. Videmus nunc per speculū in enigmate tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Et vere hæc dies appropinquauit quia nos qui per infidelitatem eramus longe facti sumus per Christi gratiam & fidem per Christum per eius gratiam in quam plenitudo gentium subintranda est & tunc omnis israel saluus fiet ¶ abiciamus ergo & procul a nobis expellamus ¶ opera tribarū & quę a C H R I S T O vera mundi luce hominem separant & in eis perseverantem in extremas ducunt tenebras ¶ & induamur? & spiritualiter, ita vt spiritualia ornamenta nobis sint ¶ arma lucis & quę sunt fides & ex ea emanantes virtutes ad salutem requisitę ¶ Sicut & his armis

Iacobi. 2.

Hebr. 10

1. cor. 13.

quæ fides exigit induamur & protegamur, vt sicut **I**n die claritatis fidei & euangelicæ veritatis Et splendoris gratiæ Christicolam ambulare congruum est **I**n honeste ambulemus **I**n pergendo in via mandatorum dei reuerenter coram deo & exemplariter coram hominibus cõuerfando. Nemini dando vllam offensionem vt non vituperetur ministerium nostrum **I**n Non **I** dum in hac via viuimus internæ aut externæ ambulemus viuendo **I**n commessationibus **I**n quæ dicunt mense collatiões siue alternata conuiuia quæ alternatim celebrant & a sociis preparantur per dies & vices: & etiam quæ ex communiõne preparantur Ita vt vnus afferat panem, alius carnes alius vinum aut aliquid aliud. in quibus conuiujs sunt regulariter nimix vini ingurgitationes ac superflue manducationes & potationes Ita vt huiusmodi homines in his conuiujs existes Christo domino nõ feruant sed suo ventri Ita (vt iuxta dictum apost.) eorum venter deus sit. appellatur enim commessationes turpia & inhonesta ac luxuriosa conuiuia in quibus comes est turpissima temeraria iniquitas quia sicut omnes proprijs cibis vtuntur & communibus Ita, etiam pro sibi totusquisque quicquid scurrilitatis & lasciuie sibi placet loquitur. crapula suo grauato corpote contra quemlibet & cuiuslibet talium dicente Christo Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate **I**n Et **I** dum in hac via viuistis caute ne actiones vestrae sint **I**n ebrietatibus **I**n frequentibus gulosis ac superfluis manducationibus & potationibus **Briam** calicem dicimus potationi aptum a quo dicitur. **Ebrietas** quæ est nimia vini potatio ex qua quandoq; cõsurgit ingurgitatio & contra sic potantes scribitur Veli qui cõsurgitis mane ad ebrietatem sectandam & potandum vsque ad vesperam **Cubilia**. **I**n Non **I** actionibus nostris ambulemus **I**n In cubilibus quæ dicuntur superflue dormitationes & dormiendi pigrities & voluptates carnis quæ exercentur in cubilibus contra quas & eas exercentes Amos dicit, Veli qui dormitis in lectis eburneis & lasciuistis in stratis vris Et Michæas, Veli qui cogitatis inutile & operamini malo in cubilibus vestris **Cubilia** propriæ lecti sunt siue lustra fetarum

2. cor. 6

Comessationes.

Philip. 3.

Luce. 21.

Briam
Ebrietas.

Esay. 5.

Cubilia.

Amos. 6.

Mich. 2.

dicta a fedis ac feris cubitationibus quib⁹ assimilentur lecti illorum qui cum meretricibus aut quouis alio modo inordinato coeunt. Hinc a fedis cubitationibus cubilia appellata sunt quæ non tam rationalibus videntur hominibus quam feris & beluis conuenire Ex quo carnis voluptates in eis exercentur & etiam pigritie dormientiũ. Cõtra quorum quemlibet scribitur. Sicut ostium vertitur in cardine suo ita piger in lectulo suo. Abscondit piger manus sub assella sua & laborat si ad os suum eas cõuerterit **I**n Et **I**n non ambulemus operationibus nostris **I**n In impudicijs Impudicia quæ luxuriosæ actiones dicuntur & inuerecundæ & irreverentiæ. **I**n Impudicia quæ auferunt cor. iuxta illud Osee Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Et quemlibet has operationes exercentem brutalem reddunt iuxta illud David. Homo cum in honore esset non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus & similis fact⁹ est illis. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Hæc enim impudicia sua delectatione sic rationem hominis absorbet vt non possit ipse dum in actu venereo est aliquid intelligere. Et ista de causa vitium carnis dicitur homines reddens brutis similes. Et oritur regulariter impudicia ex superfluitate cibi & potus & somni & ex ociositate iuxta illud Ezechie. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia saturitas panis & habundantia & ocium **I**n Et **I** dum in hac via conuersamur nostra sit conuersatio **I**n contentione **I**n quæ altercatio dicitur siue controuersia siue rixa non solum verborum sed & factorum quæ vt plurimum a verbis incipit quibus vnus alteri aduersatur Etiam dicitur contentio veritatis impugnatio cum confidentia clamoris & hæc quandoque ex re nullius vitii nascitur & regulariter ex inuidia & superbia & hæc vitanda est quia rixam generat de qua procedit odium & de odio enormitas mali. & omne opus prauum dicitur **I**n A C O B O. Vbi enim zelus & contentio ibi in contentione **I**n Si quis autem videtur contentiosus esse nos talem contentiosum non habemus neq; ecclesia dei **I**n Et **I**n quadiu

Pro. 26.

Impudicia.

Osee. 4.

Psal. 48

Psal. 31.

Ezec. 16.
Contentio.

Iacobi. 3.
I. cor. 11.

Auaritia

in hac via viuim⁹ non sit nostra actio ¶ In æmulatione ¶
 est emulatio varias significaciones habeat vt supra cap.
 10. declaratum est super illud AEmulationem quidē dei
 habent sed non secundum scientiam & quandoque signi-
 ficat zelum aut amorē vt illic significat & aliquando imi-
 tationem vt significat supra cap. 11. vbi dicitur. Sed illo-
 rum delicto salus est gentibus vt illos æmulentur. Et in eo-
 dem cap. vbi scribitur. Si quomodo ad æmulationem pro-
 uocem carnem meam. Et quandoque inuidiam vt Ad
 Corinthios vbi dicitur Charitas non æmulatur ita etiam
 hic accipitur pro inuidia qua quis de alterius felicitate tor-
 quetur quæ ex carne procedit dicente aposto. Cum enim
 sit inter vos zelus & contentio nonne carnales estis & se-
 cundum homines ambulatis ¶ Sed ¶ omnibus vitiis reli-
 ctis ac demone & eius suggestionibus mundo & carne &
 eorum suasionib⁹ & delictis ¶ Induimini dominum I E-
 S V M C H R I S T V M ¶ formam C H R I S T I.
 sumite vestem vt habitus & forma illius vndique fulgeat
 & representetur in vobis. Cum vestem induimus ex om-
 ni parte circumdamur illa C H R I S T V M igitur est
 indutus qui formam conuersationis eius sequitur & hoc
 quia sicut homo continetur vestimento & sub colore eius
 videtur ita eum qui C H R I S T V M imitatur continet
 C H R I S T V S, & sub gratia C H R I S T I a
 deo per amorem videtur & virtutibus quæ in C H R I-
 S T O fuerunt ornatur & spiritualiter vestitur. Hoc ves-
 timento vestitur ille qui C H R I S T V M toto corde
 amat qui se conrucifigit passioni eius qui virtutes quæ in
 C H R I S T O fuerunt iuxta vires cum dei adiutorio as-
 sumit videlicet sapientiam & nihil insipientiæ, iustitiam
 & nihil iniustitiæ, veritatem & nihil falsitatis misericor-
 diam & nihil immisericordiæ & sic de cæteris virtutibus
 quæ in C H R I S T O fuerunt iuxta dictum aposto. de-
 ponendo veterem hominem qui corrumpitur secundum
 desideria erroris & renouēdo spiritū mentis qui secundū
 deum creatus est nouam hominem induendo in iustitia
 & sanctitate veritatis. Qui renouatur in agnitione dei se-
 cundum imaginem eius. ¶ Et carnis curam ¶ sollicitudī

Emulatio
 s. ac 4.

T. 2. 9.

I. Cor. 13.

I. Cor. 13.

Eph. 4.

Colo. 3.

nem protulionem ac dispositionem. ¶ Ne feceritis in des-
 sideriis ¶ Non dicit aposto. Et carnis curam ne feceritis in
 necessariis: sed in desiderijs, quia necesse est vt manduce-
 mus, bibamus, vestiamur, & dormiamus. Et hinc pro his
 curam gerere & de his prouidere expedit & conuenit di-
 cente aposto. Nemo enim vnquam carnem suam odio
 habuit sed nutrit & fouet eam intelligatur quantum neces-
 sitas exigit & ratio dicit adimplendo illud aposto. Ha-
 bentes autem alimenta & quibus tegamur his cōtenti si-
 m⁹. Vnde domino deo Salom. dixit Duo rogauī te ne des
 neques mihi antequam moriar Vanitatem & verba mēda-
 cii longe fac a me, Mēdicitatem & diuitias ne dederis mi-
 hi. Tribue tantum victui meo necessaria ne forte satiatus
 illicear ad negandum & dicam. Quis est dominus? Aut
 ægestate compulsus furer & periurem nomen dei mei.
 Curam autem habere in desiderijs prohibet aposto. lous
 prohibendo ne quis sollicitus sit de desiderijs carnis &
 ne de his prouideat aut disponat ad quæ misera caro quæ
 insurgit aduersus spiritum mouet & incitat vt sunt crapu-
 la, ebrietas, luxuria, gula, lasciuia, & alia quæ ex carne in-
 surgunt & ad quæ caro inducit quoniam hæc carnalia de-
 sideria militant aduersus animam. Dispositione ergo ma-
 gni moderaminis refrenanda est caro vt seruiat & non
 principetur nec quasi domina animam vincat sed subacta
 mentis dominio quasi ancilla famuletur & ad necessita-
 tem salutis id fiat & non ad desideria voluptatis. Nā mēs
 nostra carnalem defectationem superare debet, & a car-
 nis cura necessaria, separanda non venit sed in omnibus
 secundum spiritum ambulare debet & desideria carnis
 non perficiet dicente apost. Spiritu ambulate &
 desideria carnis non perficietis. Non illic
 ait apost. nec etiam istic desideria
 carnis ne cogitetis, quia id nō ca-
 dit in hoīs potestate Sed ait de
 sideria carnis non perficia-
 tis in desiderijs carnis
 curam ne feceritis.

Eph. 5.

I. thim. 6

proue. 30

Galat. 5.



Firmum autem in fide assumite nō in disceptionibus cogitationū. Alius enim credit manducare se omnia Qui autem infirmus est olus manducet. Is qui manducat non manducantē non spernat. Et qui non manducat manducantē nō iudicet. Deus enim illum assumpsit Tu qs es qui iudicas alienum seruum domino suo stat aut cadit Stabit autem. Potens est enim deus statuere illum.

Nomine In fide firmus.

¶ Est quis in fide firmus, est alius fide carens, est & alius in fide infirmus. Dicitur quis in fide firmus esse quādo perfectam fidem habet, & quādo in fide nihil dubitat, aut qui capere valet omnia quæ sunt fidei, & cuius fides tam fortis ac firma est ut a magnis nō superet difficultatibus. Ita ut fortis existens demoni, ac suis insultationibus resistat. Dicitur ille fide carere qui infidelis est, qui ex toto nihil habet fidei, aut qui non omnia quæ sunt fidei habet quæ habere debet & potest, aut qui in his quæ sunt fidei dubitat. Et si hæc ei contingat post fidem ab eo susceptam hereticus dicitur & precipue si pertinax sit. Dicitur ille in fide infirmus esse qui imperfectam habet fidem qui in aliquo ex infirmitate dubitat & qui nequit capere omnia quæ sunt fidei quæ ipse scire tenetur & cuius fides non tam fortis est nec tam firma ut a magnis non superetur difficultatibus. Est iudicium certitudinis, est & aliud iudicium suspitionis, est illud quo quis iudicat de ei manifestis & certis. Iudicium suspitionis est illud quo quis inter partem affirmatiuam alicuius rei & negatiuam titubet, magis tamen in vnam partem declinando quā in aliā. Nam si non magis in vnam partem declinaret quā in aliā non esset suspitio sed pura dubitatio. Nam ad hoc quod sit suspitio oportet quod apparēntiam habeat pro vtraque parte & quod magis declinet in vnam

In fide infirmus.

iudicium certitudinis.

iudicium suspitionis.

partem quā in aliā. Iudicium temeritatis est illud quo quis aut per leues apparēntias & insufficientes aliquod malum alteri inesse iudicat aut per inuidiam, rancorem, aut aliam malitiam presumptuose alteri malū inesse iudicat, aut quo iudicat eum in quo nullam habet iurisdictionem. Cognoscens apostolus inter Romanos genus contentionis esse quo inter eos aliqui de ciborum differentiis contendebant aliquibus eorum cum integra fide omnes cibos comedētibz, aliis vero a quibusdam abstinendū esse credentibus. Et hi erant qui ex circuncisione ad Christum venerāt ob seruantes adhuc traditionis legis ciborum differentiā, contra quos insultabant gentiles cōuersi qui se extollebant in libertate fidei quia nihil cōmune vel immundum esse credebant, & hos reprimat apo. ac monet ne insultet eis quibus longa consuetudo in cibis obseruandis adhuc mouebat dicendo.

Iudicium temeritatis.

¶ Infirmum autē in fide Teum cui a liquid deest eorum Expō tex quæ sunt fidei sed nō ex malitia assumite Te vos qui perfectiores estis in fide, eum charitatiue instruendo & non rātam, eum abiiciendo sed charitatis affectu vos ei coniungendo salutem eius quærendo exemplo **C H R I S T I** qui venit querere & saluum faceret quod perierat, Nam qui suscipit animas sapiens est **¶** Non in disceptionibus cogitationum Te non discutiendo aut iudicando secreta cordis eius quæ soli deo sunt cognita. Nā diiudicare nō debemus aliorum cogitationes sed deo probare debemus nostras, ei in omnibus nos submitiendo **¶** Alius enim Ille qui legalia cessasse nouit. **¶** Credit Te firma fide absque hesitatione **¶** Manducare se Te licite posse **¶** Omnia Te cibaria humanæ vitæ sustentationi apta credendo præceptum legis de discretione ciborum consummatum esse quo præcipiebatur Iudæo a certis cibis abstinere puta a carne animalis quod diuisam non habebat vngulam aut non ruminabat, aut a piscibus quæ gignuntur in aquis & non habebant pennulas aut squammas. **¶** Qui autem infirmus est Te in fide. Ex quo aliquas etas credit mundas & alias immundas iuxta sententiam

Leuiti. II

Ieritici .II. scriptam **O**lus manducet **q** cuius esus semp
 licitus fuit ad vitandum conscientie scrupulum **I**uxta illud
 Gene. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen
 super terram & vniuersa ligna que habent in semet
 ipsis sementem generis sui vt sint vobis in escam, Ab initi
 o omnium herbarum vobis licitus fuit (que hic per olus si
 gnificatur) vsq; ad diluuium & etiam post diluuium **I**ux.
 illud domini verbum ad Noe **Q**uasi olera virentia tradi
 di vobis omnia: **H**oc notanter dicitur quia vt videtur ante
 diluuium non est a domino hominibus vsus carniū
 aut piscium concessus sed primo concessus est a domino
 post diluuium quando dominus deus benedixit Noe & fi
 lius eius eis dicendo **C**rescite & multiplicamini & reple
 te terram & terror vester ac tremor sit super cuncta a
 lia terre & super omnes volucres celi cum vniuersis que
 mouentur super terrā Omnes pisces maris manus vestre
 traditi sunt & omne quod mouetur & viuū erit vobis in ci
 bum quasi olera virentia tradidi vobis omnia excepto qd
 carnem cum sanguine non comeditis Sed cum ex circum
 cisione ad Christum venientibus de edendis oleribus lex
 nihil mandauerat **V**ltra declarationem supradictam per
 hanc sententiā **Q**ui autem infirmus est olus manducet vi
 detur apo. voluisse profundiorē sensum tractare quo in
 tellexit eum qui in fide infirmus est, aut quia ei deest aliqd
 eorū que sunt fidei aut quia nequit capere omnia que sunt
 fidei, aut quia imperfectus est sensibus, aut quia fide non
 tam fortis nec firmus est vt a magnis difficultatibus su
 perari nō valeat, aut nec secretorum mysteriorum capere
 verbum debere spiritali manducatione manducare olus
 Per olus intelligēs initia fidei vt sunt duodecim articuli fi
 dei De quibus pro maiori parte festiuitatē celebrat eccle
 sia **E**t ista de causa nō videt excusand⁹ Christianus adul
 tus ab istorum cognitione que initia fidei, lac vocat apo.
 dicens **T**anquam paruulis in Christo lac vobis vorū dedi
 non escam **N**on enim poteratis sed nunc quidem po
 testis . **E**t enim cum deberetis magistri esse propter temp⁹
 rursus indigetis vt vos doceamini que sint elementa ex
 ordii sermonū dei, & facti estis quib⁹ lacte opus sit, nō so

Gen. 1.

Gen. 9.

Gen. 9.

I. Cor. 3.

Hebr. 5.

tido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est
 sermonis iustitie. Paruulus enim est. Perfectorum autem
 est solidus cibus eorū qui pro consuetudine exercitatos
 habent sensus ad discretionem boni ac mali. **E**t etiam per
 hanc sententiā **A**lius enim credit manducare se omnia
 vltra sensum supra declaratum videtur profundiorē
 tractasse sensum quo intellexit eum qui in fide non est in
 firmus sed firmus & sic firmus vt perfectam habeat fidē
 & capere valeat omnia que sūt fidei & i fide nihil dubitet,
 & nihil ei desit eorum quæ sūt fidei & ita firmus sit ac
 fortis vt a magnis non valeat superari difficultatibus ve
 re credere spiritali manducatione se posse manducare
 omnia & iux. credulitatem suam spiritali mandu.
 licite posse examinare omnia etiam alta fidei mysteria Christo
 suis discip. dicente **A**d huc multa habeo vobis dicere sed
 non potestis portare modo cum autem venerit ille spiri
 tus veritatis docebit vos omnem veritatem **I**s qui man
 ducat **q** indifferenter quemlibet cibum homini aptum
 sciens legalia cessasse non ponens discretionem inter ci
 bos aut qui perfect⁹ est ita vt licite spiritaliter omnia ex
 aminet **N**on manducantem **q** quemlibet cibum sed in
 ter cibos discernentem aut non spiritaliter omnia man
 ducantem **E**t hoc, quia modo suprad. non omnia capere
 potest sed in fide paruulus est **N**on spernat **q** despiciēdo
 eum qui in fide paruulus est aut iudeum in fide infirmum
 existimādo iniquum & iniustum quia inter cibos discer
 nit & hoc, quia licet legalia in Christi passione quando
 ipse dixit **C**osummatum est, mortua fuerint nō tamen im
 mediate post Christi passionem fuerunt omnibus mortifera
 Ex quo ipsorum triplex tempus fuit **P**rimū ante
 Christi passionem in quo iuum robur obtinuerunt **S**ecū
 dum post Christi passi. ante diuulgationem euangelii in
 quo mortua erant & hoc, quia nullus ad ea tenebāt nec
 obseruata aliquid conferebant alicui, **N**undum tamen erant
 mortifera, quia sine peccato poterant iudei tunc ea
 obseruare quibus non erat annunciatum euangelium &
 etiam quibus fuit annunciatum in initio annunciationis
 dum non ponerent in eis spem sed firmiter crederent qd

Ioā. 15.

Ioā. 19.

Primū tē

pus lega

lium.

Secundū.

Act. 16.
Tertii.

sine obseruatione eorum sufficeret, ad salutem gratia Christi & eius fides quæ per dilectionem operatur & ita ut synagoga sepeliretur cum honore obseruasse videtur apo. quando circumcidit Timothæum propter Iudæos qui in I. ystris & iconio erāt. Tertium autem tempus fuit post diuulgationem euangelii, qua euāgelii sufficienter annuntiatum est, in quo non solum mortua fuerant legalia, sed & mortifera. Ex quo ea obseruās in tpe illo peccat. ¶ Et q non manducat ꝑ omnem cibum materialem inter cibos discernens, & ab aliquibus eorum abstinens, aut spiritali manducatione omnem cibum spiritualem verbi dei, quia in Christo paruulus est cui lacte opus sit ¶ manducantē ꝑ indifferenter omnem cibum materialem, aut omnem cibum spiritualem verbi dei. & hoc, quia sic perfectus est, ut valeat capere omnia quæ sunt fidei ¶ Non iudicet ꝑ eum qui omnem cibum materialem manducat, quia scit legalia cessasse quantum ad vim obligatiuā tanquā legis transgressorem, nec etiam iudicet male sentiendo aut despiciēdo peritum aut studiosum. ¶ deus enim illum ꝑ tam gentilem ad Christum cōuersum, quam Iudæum cōuersum, tam doctum, q̄ indoctum ¶ assumpsit ꝑ sibi in seruum, ut seruus esset, & ab eo iudicandus, & cum ille qui assumitur ad superioris iudicium non debeat ab inferiori iudicari, Talem iudicanti dicit Apo ¶ Tu quis es? ꝑ cuius virtutis est quanti valoris es tui? vel quātæ authoritatis est? ¶ qui iudicas ꝑ iudicio temerario aut suspicionis ¶ alienum seruum ꝑ proximum tuum, qui non tuus seruus est, sed dei, & super quem iurisdictionem non habes. quare eum iudicas, aut iudicio reprobationis, aut suspicionis, aut temeritatis: considerare debes istud dictum Christi. Nolite iudicare & nō iudicabimini, Nolite condemnare & nō condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mēsurā mensi fueritis remetietur vobis. ¶ domino suo ꝑ deo aeterno, & omnipotēti ¶ stat ꝑ si perfect⁹ sit in fide charitate formata sine hēsitatiōe ad dei honorem. ¶ aut cadit ꝑ a gratia dei separatus a domino deo per vitii & ad eius damnū, & hoc, si imperfectus sit aut in fide infirmus, quia ambiguum est quis ille sit qui stat aut

Matt. 7.

cadit: ex quo fortasse stat qui putat cadere, vel cadit qui putat stare. Ideo hic ait Apost. sub distinctione stat aut cadit: ¶ stat autem ꝑ is qui a deuocatione seculum proposuit, tum vocatus est etiam si aliquando per vitii cecidit ut Petrus aut Paulus: nam post calum suam ad deum conuertitur, & erect⁹ erit corde ad deum, & bene aget, & perficietur & stabilietur in spe & charitate ¶ Potēs est etiam deus ꝑ ex quo, nihil est ei impossibile, & omnia suæ subiacent voluntati, & quæ vult, & vti vult fuit. ¶ statuere ꝑ in recta fide firmare per grauiam suam, & in bono stabilire, ac firmum reddere. ¶ illum ꝑ qui aliquando per vitium cecidit, ipsum per gratiā suam & misericordiam a casu peccati erigendo, & in ipso gratiam spiritus sancti mittendo. iuxta illud Ezech. Ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos. Ezech. 3.

Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu habūdet. Qui sapit diem, domino sapit: & qui manducat domino, manducat: gratias enim agit deo. & qui non manducat domino, non manducat: & gratias agit deo.

¶ Hic per diem intelligitur dies naturalis, etiam cum dies ideō dicatur dies, quia adueniente luce illuminatur om̄nem hominem in hunc mundum existētem. Per diem intelligi valet ipse deus qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. & etiam ipse C H R I S T V S deus & homo, de quo scribitur. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum. Et qui de seipso dixit: Ego sum lux mundi. Et etiam ipsa sacra scriptura: & hoc, quia sicut in nocte priuatur homo luce, ita peccata priuant dei patris gratia, & etiam C H R I S T I, & ignorantia scripturæ quædam cæcitas spiritualis & nox dicitur. Econtrario cognitio sanctæ trinitatis & sacre scripturæ lux & illuminatio cordis est, & ex consequenti dies spiritualis. Accipiendo diem pro die naturali textus sic exponitur.

Expō te-
xus ad li-
teram.

Lucę. 13.

Iudich. 8

Lucę. 2.

1. cor. 14

D. aug. de
ieiuniis.

INam inter viuentes in hoc mundo ¶ alius iudicā
iudicat, diem ¶ certum, interpositum ¶ inter diem ¶ pro
exercenda abstinentia iudicando certo die aut diebus iei-
unandum esse. Gratia exempli. Die veneris aut diebus ve-
neris, mercurii, aut dieb⁹ ab ecclesia institutus pro ieiunio
exercendo per abstinentiam carnis & vnicam comestio-
nem in die ieiunado, vt Pharisęus qui bis ieiunabat in sab-
bato, seu in hebdomada, ipso dicente. Ieiuno bis in sabba-
to ¶ alius autem iudicat omnem diem ¶ in abstinentia &
ieiunio expēdendā esse, vt faciebat Iudich, quę ieiunabat
cunctis diebus præter sabbata, ngomenias, & festa. Et etiā
sancta illa euāgelica Anna, quę prophetissa erat filia Pha-
nuel de tribu Azer, & vixerat cum viro suo annis septem
a virginitate sua, & mortuo viro vidua māsit vsq; ad an-
nos octogintaquatuor non discedens de templo, ieiuniis
& obsecrationibus seruiens deo, die ac nocte. ¶ Vnusquis
que ¶ eorum qui iudicant vno die, vel certis diebus, aut
quolibet diem ieiunandum esse ¶ In suo sensu abundet ¶
iuxta sui intellectus & consilii, & voluntatis capacitatem.
studendo habundare in bonum ad gloriam dei, de bono
in melius continue proficiendo ad ædificationem ecclesię
adimplend o illud Apostoli. Ad ædificationē Ecclesię que-
rite vt abundetis ¶ Pro suo capite Christum habens vt de-
cet & expedit membrum capiti & corpori Christo & Ec-
clesię parere debet, iuxta ecclesię statuta a carnibus absti-
nendo, & ieiunando diebus ab ea ordinatis. dicēte Aure.
patre Augu. epistola. 118. ad Ianuarium ieiunandum esse
diebus ab ecclesia statutis. & episto. 86. ad casulanum ha-
buisse responsum ab Ambrosio de ieiunio quo ipse ei di-
xit: Nihil docere te possum nisi quę ego facio, quia si me-
lius possem, id facerem. Cum romam venio, ieiuno sabba-
to. cum hic sum (Mediolani scilicet) nō ieiuno. Sic etiam
tu ad quam ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquā
non vis esse scandalo, nec quenquam tibi. Hoc responsum
(ait Aure. pater Augu.) retuli ad matrem, eiq; suffecit, nec
etiam dubitauit esse obediendum, sed libetē amplexa est.
Hoc etiam nos sequuti sumus, & de hac sententiā etiam
atq; etiā cogitans ita semper habui, tanquam eam cęle-

sti oraculo susceperim. Ieiunium quadragesimale de tradi-
tione Apo. videtur esse, de qua Thessaloniceñ. dixit Apo-
Itaq; fratres state & tenete traditiones quas didicistis siue
per sermonem, siue per epistolam nostram. Et si expresse
non scribatur in sacris paginis cum hic non solum dicat
Apost. tenete traditiones nostras quas didicistis per epist.
nostram, sed dicat: Quas didicistis siue per sermonē, siue
per epistolam nostram, Nōnullas traditiones statuisse vi-
dentur Apostoli per sermonem verbalem quas scripto nō
reliquerunt, inter quas vna videtur esse de ieiunio quadra-
gesim. quod authoritatem habet ex veteribus libris & ex
Euangelio: Dicit enim Ignatius martyr in sine cuiusdam
epistolę ad Philippeñ. quę est quarta in ordine. Quadra-
gesimam continere imitationē dei conuersationis. & Au-
re. pater Aug. epist. 119. ad Ianuariū. Quadragesima (in-
quit) sane ieiuniorū authoritatē habet ex veteribus libris
Moyfi & Helyę, & ex euāgelio; quia totidem diebus dñs
ieiunauit, demonstrans euangelium non dissentire a lege
& prophetis. In persona quippe Moyfi lex, in persona He-
lię pphetę accipitur, inter quos & in mōte gloriosus ap-
paruit, vt euidētius emeret quod de illo dicit Apostol⁹.
Testimonium habens a lege & prophetis. Et cum Chris-
tus dixerit: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde
& inuenietis requiem animab⁹ vestris. Iugum enim meū
suauē est. & on⁹ meum leue. Exemplum enim dedi vobis
vt quemadmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis. Videtur
Apostolos circa ieiunium quadragesimale modo eis pos-
sibili imitatos esse C H R I S T V M quadraginta die-
bus continuis singulis annis ieiunando. Et cum imitari
debeamus Apostolos eorum traditiones obseruando di-
cente Aposto. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi,
Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores
estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis. Obser-
uare debemus ieiunium quadragesimale, quod iuxta Au-
reliani patris A V G V S T I N I dictum nuperrime al-
legatum ex veteribus libris, seu ex veteris testamenti libris
& ex euangelio authoritatem habet, Dicente noui & ve-
teris testamenti scriptura Moysem, Helyam, & ipsum
N iii

2. The. 2

Ignatius

Mat. 11.

Ioan. 13.

1. Cor. 4

1. cor. 10.

Exo. 24. Christum dominum nostrum ieiunasse .40. diebus & 3. Reg. 19. 4.0. noctibus. Et cum (teste Aure. pfe. Aug. epist. 1019. Math. 4. ad ianuarium) pro saluberrima regula retinendum sit vt Augstin⁹. que non sunt contra fidem neque contra bonos mores & habent aliquid ad exhortationem vite melioris vbicumque institui videmus vel instituta cognoscimus non solum non improbare debemus sed etiam laudando & imitando sectari si aliquorum infirmitas non ita impendit vt apertius detrimentum sit Et etiam cum autoritatibus adductis & infra adducendis ieiunium sit ex precepto obseruandum & non sit dies limitat⁹ aut tempus limitatum, dicitur prelati datam esse a deo autoritatem qua potuerunt & possunt ipsi iuridice certos limitare dies in quibus tenemur ieiunare autoritati eis a Christo concessa obediendo, qua apostolis non solum in personis eorum sed etiam omnium prelatorum Christus dixit: Quicumque alligaueritis super terram erunt ligata & in celo & quaecumque solueritis super terram erunt soluta & in celo Et etiam qua Petro & suis successoribus dixit Pasce oues meas Et vt id faciemus locuti sunt verbum dei quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem Obedite prepositis vestris & subiacete eis ipsi enim permugnant quasi rationem pro animabus vestris reddaturi vt cum gaudio hoc faciant & non gementes etiam si mali sint in licitis est eis obediendum dicente CHRISTO Super cathedram Moysi sederunt scribe & pharisei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis seruate & facite, secundum opera vero eorum nolite facere Et si qui eorum institutis que non sunt contra fidem neque contra bonos mores & habent aliquid ad exhortationem vite melioris non obediunt, peccant Christo Luc. 10. 72. discipulis & eorum successoribus dicente: Qui vos audit me audit & qui vos spernit, me spernit Qui autem me spernit, spernit & eum qui misit me. Diebus igitur ab ecclesia statutis aut a prelati ecclesiasticis vt ieiunium obseruetur ieiunandum est duplici de causa vt ex sacra scriptura extrahitur Prima est vt mereamur adipisci regnum

celorum, & presentem habere in gloria Christum sponsum nostrum, & dei verbum suscipere. Secunda est, vt ieiunio maceretur & dometur caro nostra, vt ea domata auertere valeamus iram dei a nobis, & impetrare eius gratiam & misericordiam. Prima de causa visi sunt ieiunare Moyses, Helyas, & Daniel. Primus omnium (vt legitur) ieiunauit Moyses: nam ante eum non legitur aliquem ieiunasse. Ieiunauit enim ipse vt sermonem ex ore dei procedentem in quo viuunt homo accipere meretur. Accepit a deo legem scriptam in tabulis lapideis, & eo dominum alloquentem peccauit populus Israeliticus in adoratione vituli: & descendente de monte fregit tabulas lapideas, & iterum ieiunauit. 4.0. diebus & 4.0. noctibus, vt a domino misericordiam pro populo impetraret. Impetravit & etiam tabulas conformes primis. Helyas, 4.0. diebus & 4.0. noctibus ieiunauit, vt sermonem ex ore dei procedentem mereretur accipere expectans sicut & Moyses, vt mitteret deus illud quod Abraham promiserat semen, Christum scilicet: de quo scribitur Gen. 22. & ad Galat. 3. vbi dicitur: Abraham dicitur sunt promissiones & semini eius. Non dicitur & feminibus quasi in multis, sed quasi in vno & semini tuo qui est Christus. Daniel etiam ieiunauit vt auerteret dominus iram suam ab Israel, & vt eis suam conferret misericordiam, & vt sermonem ex ore dei procedentem mereretur accipere expectans, vt mitteret seminem Abraham promissum, scilicet Christum. Et exinde. At vbi venit Christus, iam non fuit ieiunandum donec auferretur, Christus, Phariseis proponentibus questionem quare discipuli eius non ieiunarent ipso eis respondente: Numquid possunt filii sponsi lugere quoadiu cum illis est sponsus. Veniet autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Ex his dicitur cum non habeamus Christum nobis presentem per claram visionem, sed per sola fide, & scimus eum clare visuri in gloria, quod cum sumus in hac via, ieiunare debemus, ita vt prima causa ieiunii nostri sit desiderium & expectatio saluatoris, & desiderium accipiendi & intelligendi verbum eius, iuxta conditionem nostri status, & desiderium impetrandi misericordiam suam. Et secunda sit, vt ieiunio macerentur & domentur corpora nostra

& sensualitas & vt his domatis auertere valeamus iram dei a nobis & impetrare eius gratiam. Ista de causa multi patres vete. testa. ieiunauerunt vt Iosaphat. & Eldras qui eadem de causa filiis Israel ieiunium prædicauit. Cognoscentes filii Israel Holofernem eos destruere volentē animas suas in ieiuniis & orationibus humiliauerunt. Postq̄ monuit Iudich Osiam & Iudeos vt in penitencia & oratione suas humiliarent animas. ipsa cilicio induta ieiunauit & dominum orauit Et tandem virtute domini roborata abscedit ipsa caput holofernē & liberauit Israel. Humiliauerunt se coram deo Mardocheus & Iudæi in vlulatu, fletu, sacco, & cinere Et hester cum Iudeis & ancillis suis tribus diebus & tribus noctibus ieiunauit & tandem meruit vt sententia qua Amam abassuero rege impetrauerat vt occiderentur Iudæi & suspenderentur, reuocaretur. Ita vt assuero regis sententia suspēderetur Amam in patibulo quod ipse Mardocheo parauerat, Peccauit rex Niniue & populus eius apud quos prædicauit Jonas dicens Adhuc quadraginta dies & niniue sabuertentur: conuersus est rex vna cum populo suo & ieiunauerunt & miserus est eorū dominus Hinc a Thobia dicitur. Bona est oratio cum ieiunio Et a Iohese Sanctificate ieiunium vocate cælum cōgregate senes. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & in fletu & in plactu Præterea præcipit Apo. vt exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in vigiliis & in ieiuniis: Accipiendo diē pro ipso deo patre aut Christo aut pro sacra scriptura vltra declarationem supradictā quæ vera est & catholica per hanc sententiam Nam alius iudicat diem inter diem Alius autem iudicat omnē diem Vnusquisq̄ in suo sensu habundet semper adherēdo sententie supradī. alia expō potest dari ista scilicet ¶ Nam ¶ inter viuentes in hoc seculo cum corpore humano ¶ Alius iudicat ¶ intelligendo cognoscit, & exinde cognitione sua iudicat ¶ diem inter diem ¶ aliqua quæ deo patri aut Christo conueniunt aut sunt de sacra scriptura discernēdo inter hoc vel illud & se ecclesiasticę determinationi submitiendo & iudicando id quod præsens est inter præteritum & futurum ¶ Alius autem ¶ C H R I S T V S.

scilicet ¶ iudicat omnē diem ¶ Et hoc quia quicquid deo patri conuenit & sibiip̄i cognoscit & quicquid est de sacra scriptura, & etiam non solum qualis quisque modo sit sed etiam qualis fuit & qualis futurus sit, nouit. ¶ Vnus quisque ¶ eorum qui puri homines sunt ¶ in suo sensu habundet ¶ quantum humano intellectui vniqueque hominum concessum est tantum audeat iudicare, nec sublimiora sacramentorum archana temere discutiat sed in eo sensu quem habet bonis operibus habundare curet neque dei sensum vsurpet vt de futuro iudicet de suo sensu contentus sit quo de presenti tantum iudicare potest ¶ Qui sapit diem ¶ discernendo & iudicando de certo die vel omni die ieiunandum & iuxta iudicium suum ieiunat aut etiam qui aliqua de deo patre aut C H R I S T O aut spiritu sancto aut tota trinitate, aut sacra scriptura cognoscit & hæc firmiter absque hesitatione credit, aut etiam qui contentus est tantum presentia iudicare nihil contra deum vsurpando ¶ domino sapit ¶ consentit & placet. Ex quo hæc ad dei gloriam agit ¶ Et qui manducat ¶ omnes cibos indifferenter non contraueniendo præcepto licito ipsis corporaliter vtendo aut qui spiritali manducatione per fidē si in fide paruulis sit olus māducatur initia videlicet fides aut si in fide perfectus sit qui spūali māduc. oia sibi possibilia examinat, etiam alta fidei mysteria omnia hæc in deum referendo iuxta illud apost. Siue ergo manducatis siue bibitis vel aliud quid facitis omnia in gloriam dei facite. ¶ Gratias enim agit deo ¶ ille qui supradicta modo suprad. facit Ex quo domino deo omnium bonorū datori pro beneficiis sibi collatis regratiatur cognoscendo omne datum optimum & omne donum perfectū deorsum esse & descendere a patre luminum ¶ Et qui non manducat omnes cibos indifferenter aut quia in fide infirmus est vt est Iudæus de nouo ad fidē cōuersus qui inter aliquos cibos discernit iuxta id quod scribitur in Leuitico II. cap. Aut quia non ex infirmitate fidei sed ex deuotione ab aliquibus cibis abstinet, gratia exempli, a carnibus vel ouis & hoc vt maceretur corpus suum & in seruitutē redigatur & vt dei misericordiam ac eius gratiam conse-

1. Cor. 10

Iacobi, 1.

qui valeat & tandem gloriam eternam aut qui spirituali manducatione alta fidei mysteria non cognoscit sed iuxta sui intellectus capacitatem Christo ac eius ecclesie in omnibus se submittit seipsum offerendo hostiam viuam dño non manducat ¶ & hoc, quia a supradictis ad dei gloriam abstinet & coram deo humilior inde fit ¶ Et gratias agit deo ¶ ex quo, nihil de se presumit sed in humilitate coram deo prosternitur omnia sua tam interna quam externa in gloriam dei referendo & cognoscendo omnia bona quae habet a deo procedere. .

Nemo enim nostrū sibi viuūt & nemo sibi moritur Siue enim viuimus, domino viuimus: Siue morimur, domino morimur Siue ergo viuimus siue morimur, domini sumus In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, ut & viuorum & mortuorum dominetur. .

Notiē
Sibiipſi
viuere.

Sibiipſi
mori.

Viuere.

Mori do-
mino.
Tribus
modis in-
creatura
dominat.
Christus.
Primo.

¶ Ille dicitur sibiipſi viuere qui secundum inclinationem seu motionem sensualitatis ac carnalitatis viuūt adimplēdo ea quae sunt sensualitatis vt puta libidinem, fornicationem, gulam, superbiam, accidiam, & cetera vitia Ille dicitur sibi mori qui iux. inclinationem sensualitatis moritur extinguendo & mortificando virtutes scilicet humilitatem castitatem, fidem, spem, charitatem, iustitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam & ceteras virtutes. Ille dicitur viuere domino, qui secundum dei voluntatem viuūt adimplendo praecepta dei, portando Christi passionē in corde suo, & imitando virtutes quae in eo fuerunt Ita vt studeat habere iustitiam & nihil iniustitiae, veritatē & nihil falsitatis & sic de ceteris virtutibus. Ille dicitur mori domino qui ex amore filiali quo deum diligit reliquit peccata & amplectitur virtutes & se cōcrucifigit Christo cum vitiis & concupiscētiis & propter dominum mortificat corpus suum & in seruitutem redigit. Tribus modis in creaturam & praecipue rationalem CHRISTVS dominatur. Primo modo vt omnium creator potestatem gerēs vniuersorū qua vi maiestatis & potentiae necessitate habet

omnia sibi subiecta per quae modū non solū bonis & sanctis mentibus ac spiritibus dñatur verū & malis & refugis & his quos scriptura diuina malignos angelos appellat Et idcirco dicitur omnitenēs & omps iux. illud Apoc. Di-
Apoca. i.
cit dñs deus qui est & qui erat & qui venturus est omps. Secūdo mō dñatur rationalib⁹ creaturis tanq̄ bon⁹ filijs. Et hoc modo sic rationali creaturę dominatur vt nō velit rationales spiritus ad obedientiā legis suae violenter inflectere sed expectat vt sponte veniant vt voluntate & nō necessitate bonū querāt & docēdo magis quā imperādo. imitando poti⁹ quā extorquendo persuadet, vt exēplo suae obedientie moriendi formā sumant peccatis emoriēdo & vitia derelinquēdo. Tertio modo sic rationali creaturę dñatur quia sua passione meruit iudiciaria potestate & generalē dominationē nō obstāte q̄ ante habuerit hec duo. Nam etiā secundū naturā assumptā vt verbo vnitam a primo instanti vnionis suę cū verbo super oēm creaturā prelaturā habuit, dñūmq; vniuersale sortita est iuxta scripturā sententiā in qua habetur patrē oīa dedisse Christo
Ioan. 13.
in manus, & potestate omnis carnis. Verū hoc dominū
Ioan. 17.
habuit, meruit in sua passione: & exinde post suā pas. cepit vbiq; manifestari atq; cognosci dominū Christi sup omnes propter quod post suā resurrectionē ait: data est mihi
Mat. vii.
omnis potestas in celo & in terra. ¶ Nemo enim nostrū ¶ apostolorū & fidelīū perfectorum
Expō tex-
Christo in oibus adherētū ¶ sibi viuūt ¶ quia nemo eorū
tus ad lite-
vltra hoc quod nō habet a seipso vitā siue corporalē, siue
ram,
spūalē ad gloriā ppriā viuūt sed ad dei gloriā oīa sua acta siue sterna, siue externa ad dei laudē ac gloriā ordinādo tā
¶ ad vltimū finē dicēs & implens illud David. Nō nobis
Psal. 114.
dñe nō nobis sed nomini tuo da gloriā Et illud apo. Nō
I. cor. 10.
querens quod mihi vtile est sed quod multis vt salui fiant ¶ Et nemo ¶ apolorū ac Christianī fidelīū pfectorū iuxta vires
Chro adherētū ¶ sibi moritur ¶ & hoc, quia nemo eorū
pcul a se virtutes eiicit per adhesionē peccati mediāte quo
spūaliter quis moritur dicēte Ezechiele. Aīa q̄ peccauerit
Ezec. 18.
ipsa moriatur ¶ Siue enim ¶ nos apostoli ac Christianī fideles

IN EPISTO. AD ROMA.

perfecti in quibus valemus Christo adherentes **Viuimus** **¶** Vita corporali in quibus valemus ei adherendo **¶** **Dño** viuimus **¶** & vita corporali, & vita spiritali. Vita corporalis, ex quo cognoscimus hominis vitam & mortem in manus eius esse iuxta illud Deute. Ego occidam & ego viuere faciam percutiam & ego sanabo. Et istud cognoscentes siue manducamus: siue bibimus, siue quid aliud opere exteriori facimus in gloria dei, illud a nobis fit. Vita spiritali ex quo cognoscimus omne donum perfectum & omne datum optimum defursum esse & descendere a patre luminum: & istud cognoscentes eius votis per omnia paremus **¶** Siue **¶** nos apostoli ac ceteri **Christifideles** perfecti dei voluntatem adimplentes **¶** Morimur **¶** morte corporali per separationem animam a corpore dum in lege domini usque in finem permanemus **¶** **Dño** morimur **¶** Et hoc, quia non nostram sed eius gloriam & viuendo & moriendo querimus & nos ipsos passioni & morti Christi conuicimus eam in cordibus & corporibus nostris portando **¶** Siue ergo **¶** nos apostoli ac ceteri **Christifideles** domini dei nostri voluntatem usque in finem adimplentes **¶** **Viuimus** **¶** modo suprad. & vita corporali & vita spiritali ita ut Christo conuicimus simus & cruci eius & in nobis uiuat Christus iuxta istud dictum apostoli. **Christo** confixus sum cruci. **Viuo** autem iam non ego uiuit uero in me **Christus** **¶** Siue morimur **¶** morte corporali per separationem animam a corpore, & spiritali non per peccatum sed qua quis moritur uitis & concupiscentiis mortificando carnem suam propter Christum de qua supra cap. 6. dictum est. **Qui** enim mortui sumus peccato quomodo adhuc uiuemus in illo. **Qui** enim mortuus est iustificatus est a peccato **¶** dormiui sumus **¶** non solum iure creationis & gubernationis sed etiam per charitatem & cultum deuotissimum ad ipsum pertinemus ex quo beati sunt mortui illi qui in domino moriuntur **¶** In hoc enim **¶** In hac parte hac de causa propter hoc **¶** **CHRISTVS** mortuus est **¶** morte corporali per passionem **¶** & resurrexit **¶** tertia die a mortuis **¶** ut & uiuorum **¶** In hac uia uentium & ei per adimplentem legis sue adherentium **¶** &

I. Reg. 2.
Deut. 32.
I. Cor. 10
Iacobi. 1.
Galat. 2.
Apo. 14.

CAPVT. XIII. **Fo. cclxxviii**
mortuorum **¶** **¶** qui in domino mortui sunt. Ita ut eorum uita ac mors fuerit in honorem dei **¶** dominetur **¶** Tanquam bonus pater super suos filios non inflectens uolenter uiuientes ut obediant legi eius sed eos expectans ut sponte ueniant, & ut uoluntate & non neccitate bonum querant. Et etiam ut sic dominetur super uiuos & mortuos ut super eos & ubique ab hominibus dominari cognoscatur. Nam & si secundum naturam assumptam & uerbo unitam primo instanti unionis sue cum uerbo super omnem creaturam dominium habuerit uniuersale attamen in sua passione exhibita meruit exaltationem sui nominis & ut tale dominium ubique manifestaretur atque cognosceretur esse super omnes tam uiuos quam mortuos & illud plane manifestabitur quando omnes tam boni quam mali modo infra in hoc capite declarando. Stabunt ante tribunal Christi ut referat unusquisque quod gessit in corde suo siue bonum siue malum. Et si ut uiuorum ac mortuorum iudex a deo constitutus dominium acceperit super bonos & malos attamen super bonos & uiuos & mortuos qui dum sunt in hac uia quae sursum sunt, querunt & non quae super terram. Aut qui dum essent in hac uia similiter quae sursum sunt quesserunt & non quae super terram. Sic dominatur ut ipsi regnant cum illo Imo etiam ut ipsi sint quodam modo regnum eius Ex quo ecclesia est regnum Christi. Et piorum animarum mortuorum (teste Aure. patre Aug. de ciui. dei. lib. 20. cap. 9. August.) non separantur ab ecclesia, quae etiam nunc est regnum **CHRISTI**. Alioquin (ut ipse in loco praesallegato dicit) nec ad altare dei fieret eorum memoria in commemoratione corporis **CHRISTI**.
Tu autem quid iudicas fratrem tuum aut tu quare spernis fratrem tuum. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi Scriptum est enim **Viuo** ego dicit dominus quam mihi flectetur omne genu & omnis lingua confitebitur deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius iudicem iudicemus, sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri uel scadalum.

Notule Tribunal Tribunal est sedes iudicis i alto loco & euidenter ac excelto collocata in qua sedet, vt ab omnibus possit videri, & vt ipse ex eminentia loci accusantes & accusatum videre possit. Tribunal Christi dicitur eius iudiciaria potestas, qua ipse oēs in extremo iudicio iudicabit, ab omnibus cognitus iudex vniuersalis. Et quia in iudicatio ipse omnes videt tam bonos q̄ malos & ab omnibus videbitur. A malis, quo ad humanitatem, & eorum condemnationem, a bonis, & quo ad humanitatem mediantibus oculis corporis, & quo ad diuinitatem mediantibus oculis cordis, & hoc ad eorū gloriā augmētandā dicitur sedere quasi in tribunali. Hic per genuum flexionem cum dicitur. Mihi flecte tur omne genu intelligitur subiectio qua omnia Christo subiiciuntur & qua in generali iudicio omnia publice declarabuntur Christo esse subdita. Per linguam cum dicitur Et omnis lingua confitebitur deo intelligitur omne gen⁹ linguarum cuiuscūq; loquelae sit: etiam intelligitur omnis scientia. Offendiculum cōmuniter ponitur pro scandalo, & scandalum pro offendiculo attamen offendiculum dici potest quicquid retinet seu retardat motum procedentis, siue corporaliter, siue spiritualiter. Spiritualiter cum aliquid fit vnde impeditur proximus a via iustitię, seu ab ea retardatur licet non inclinetur ad malum faciendum. Et scandalum impactio dicēda videtur qua aliquis disponitur ad casum corporalem aut spiritualem. Spirituale vt cū quis inclinatur ad peccatū ex dicto vel facto alteri⁹.

Expō te- xus ad li teram. ¶ **T**rahitur in hac via existens a Christo iudicandę qui omnium dñatur ad quem pertinet omne iudicium etiam & si sis habēs vitiorū & carnis mortificationē cū tamē ex te orta nō sit primit⁹, sed ex Christi morte donata ¶ **Q**uid quod qua temeritate. quo fructu, qua sentētia diffinitiuā ¶ **I**udicas in iudicio temerario aut presūptuoso ¶ **F**ratrē tuū ¶ siue gentile oīa māducātē, siue iudeū nō oīa māducātē ¶ **A**t tu ¶ quod aliquantulum videris p̄fuisse in lege in scriptura vel doctrina ¶ quare spernis ¶ in nihilū deducis aut deducere vis quasi in nihilū ipsum parūpēdēdo. ¶ **F**ratrē tuum ¶ **C**hrisifidelem vti tu es quia altioris intelligentię te min⁹ capax est aut non tanta habet dona spiritus sancti quanta

tu habes aut quia pauper est aut in mundo abiectus ¶ **A**ut tu ¶ etiam imperitus in lege scientia & doctrina, aut indoctus, donis spiritus sancti carens, aut pauper, aut in mūdo abiectus ¶ quare spernis ¶ incusas, aut condēnas false, minus recte ¶ **f**ratrē tuū ¶ **C**hrisifidelem qui altiora & profundiora perquirat quā tu capere valeas aut qui in mundo exaltatus est, aut in bonis abundat. Aduertere debet qui a sūū spernit, quilibet sit ille & cuiuscūq; cōditionis existat illud **E**sayę dictum. Veh quis spernis nōne & ipse sperneris, cū fatigatus deseris cōtēnere, cōtēneris. Et illud **M**alachię. Nūquid non pater vnus omnium nostrū. Nūquid nō deus vnus creauit nos quare ergo despicit vnusquisq; vestrū fratrē suū ¶ **O**ēs enim ¶ boni & mali, perfecti & imperfecti ¶ stabimus ¶ in die generalis iudicii quando cānet tuba & media nocte clamor fiet quo dicitur. Ecce sp̄s venit exite obuiā ei ¶ ante tribunal **C**H R I S T I ¶ ante Christum .i. & eius iudiciariam potestatem qua ipse oēs in extremo iudicio iudicabit, & ab oibus iudex vniuersalis esse cognoscat, qui bonos iudicabit ad augmētationē glorię eorū, eis dicendo. Venite bñdīcti patris mei poscidete para. vobis reg. a cōstitutione mūdi. Et malos ad eorū cōdemnationē eis dicēdo. Discedite a me maledīcti in ignē eternū qui parat⁹ est diabolo & angelis ei⁹: & tūc referet vnusquisq; prout gesserit in corde suo siue boni siue mali. & omnium conscientię & causę apertissime disci iudicabuntur, & tunc manifestabuntur occulta cordiū & oblecta reuelabuntur vt ipse Christus suo generali iudicio bonis laudem tribuat & malis declaret p̄nam suscipiendam. Et in tali iudicio de verbo etiā onoso reddet honorationem & reuelabuntur tunc aliqua occulta & alia manifestabuntur. Reuelatio enim occultorum ad malos pertinet videtur qui propter sui malitiam de vitiis occultis occultorū non sunt contriti & confessi. iux. illud apo. Dies enim domini declarabit quia in igne reuelabitur. Manifestatio em̄ ¶ **M**anifestatio ad bonos pertinere videtur. Nā manifestatio lucē quodammodo includere videtur. De hoc tribunali Christi & de eorum reuelatione & manifestatione cōscientiarū loquutus fuisse videt **D**aniel, qm̄ ipse dixit. Aspiciēbā donec throni positi ¶ **D**anie. 7

Esaye. 33.

Malac. 2.

Math. 25

Math. 25

Math. 25

Reuelatio

1. corit. 3.

Manifestatio

occul-

Danie. 7

sunt & antiquus dierum sed t, vestimentum eius candidū quasi nix & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flāme ignis rote eius ignis accensus, fluuius igne⁹ rapidusq; egrediebatur a facie eius Milia milium ministrabant ei & decies centena milia assisteabant ei iudicium sedit & libri aperti sūt Qui libri in iudicio ante conspectū dei aperientur t certe (vt videtur) libri conscientiarum nostrarum Nam tunc libri animę nostrę & cordis nostri & eius paginę aperientur in conspectu throni flammę & rotarum ignis ardentis & flūs ignei percurrētis ante verustum dierū & quę nunc in corde nostro inuoluta sunt & oblecta, continentia quedam scripta quę gerimus nūc soli deo cognita & nobis tunc manifestabuntur ita vt tunc quilibet legere valeat in conscientia alterius tanquam in libro vel tabulis incisiss vsque tunc manebunt notulę cogitationum siue bonarum siue malarum quas habuimus dum anima a corpore separata est. Hęc notulę supplebūt literas actuum cogitationūq; nostrarū. Videbūt & hęc legent angeli & mīes milia angelorum & milia milium ministrorū. Et ita criminum nostrarum in quibus nunc vnū testē pati cōfūdīmur cęlestium tunc virtutū testes cateruas innumerabiles patiemur Christo generali iudicio iudicante tam bonos quam malos quādo adimplebitur illud Iohelis. 3. Iohelis Quia ecce in diebus illis in tempore illo cum cōuerterero captiuitatem iuda & Hierusalem Cōgregabo omnes gētes & deducam eas in vallē Iosaphat & disceptabo cum eis ibi ¶ Scripum est enim ¶ Esaye. 4. 5. capite ¶ Vivo ego dicit dominus quoniam mihi flectetur omne genu & omnis lingua confitebitur deo ¶ loco huius iux. transla. 70. in suprad. Esaye cap. scribitur Ego sum deus & non alius Per meipsum iuravi nisi egredietur de ore meo iustitia sermones mei non auertentur quia mihi curuabitur omne genu. & iurabit omnis lingua deum Et loco huius nostra habet trāslatio In meipso iuravi egredietur de ore meo iustitię verbū & nō reuertetur Quia mihi curuabitur omne genu & iurabit omnis lingua quę sentētia Esaię a sententia apostoli non recedit ¶ Vivo ego dicit dominus ¶ Istud vivo ego iuramentum domini dei est

Iohelis. 3.

equiualens huic. per meipsum viuētem iuro, qui maiore per quem iurem non habeo, & cuius vita a nullo depēdet: ex quo æternus sum & immutabilis, ita vt si quid decrenerim fiet, & egresso de ore meo iustitię verbo, adimplebitur, & non reuertetur. Recte dicit dominus de seipso vivo ego, ex quo a seipso viuūt. & non ab alio, & a nullo depēdet, sed indepēdens est & immutabilis & æternus: & quicquid ei comparatur in comparatione eius velut mortuum est ¶ Quotiam mihi ¶ domino deo ¶ Flectetur omne genu ¶ & cęlestium & terrestium & infernorum: ex quo omnium genu mihi subditum est, & etiā quia cum omnes Christus ad iudicandum venerit, palam ei omnia subdita esse patefcent ¶ & omnis lingua ¶ omne scilicet genus linguarum, & omnis conscientia ¶ confitebitur deo, ¶ confessione laudis diuinę, vel proprię culpę, & iureiurando iurabit qui confessione laudis confitebitur deo, ipsi domino deo eū inuocando in iudicē & testē, quod dum fuit in hac via ei obediens fuit. Is vero qui cōfessione proprię culpę confitebitur deo, iureiurando iurabit eum inuocādo in iudicem & testē quod dum fuit in hac via, ei inobediens fuit ¶ Ita q; ¶ ita erit, ita fiet cum scriptura ita asserat, quod ¶ vnusquisq; nostrum ¶ siue Iudæus, siue Gentilis, siue doctus, siue indoct⁹, siue superior, siue inferior, siue alterum præueniens in iudicando, siue nō ¶ pro se ¶ ratione sui facti siue interni, siue externi, aut omissionis facti ad quod obligabāt. ¶ reddet rationē deo ¶ si bene egerit ad gloriā suam: si male, ad iudicium & condemnationem, & hoc, quia proprium factū a propria voluntate procedit & emanat. Et ex inde si qui super alios autoritatē habeant, & curam aliarum. si enim hoc fecerunt quod eorum officio cōpetebat non eis imputabitur si subditi pereant, si vero non fecerunt quod eo. offic. compe. eis imputabitur si subditi pereant. iuxta illud Ezechielis. Si dicente me ad impium Morte morieris, non annunciaueris ei, neq; loquutus fueris vt auertatur a via sua impia, & viuat. ipse impius in iniquitate sua morietur. Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille nō fuerit cōuersus ab impietate sua, & a via sua impia ipse qui

Ezech. 3.

dem in iniquitate sua morietur. Tu autem animam tuam liberaſti. Sic tamen superioribus qui non fecerunt ea quæ eorum officio competeat, imputabitur, ſi ſubditi pereant, ita vt pro hoc punientur, pro peccato proprio & non alieno, & hoc, quia male egerunt permittendo ſubditos errare, aut quia de errore commiſſo ſubditos non correxerunt, & debuerunt id facere, aut quia cum eis errauerunt, aut eis fuerunt in petram ſcandali, & ſic quilibet pro vitio proprio, aut omiſſione facti in extremo iudicio reddet rationem. Nam cuiſlibet noſtrum tūc dicitur; Redde rationem villicationis tuę. Hinc bene dicit Apo. quod ſi noſmetipſos diiudicemus, non vtiq; iudicaremur. ¶ Nō ergo ¶ deinceps ¶ amplius ¶ ſicut haſtenus fecimus ¶ inuicem iudicemus ¶ iudicio preſumptuoſo, aut vſurpato, aut temerario. ¶ ſed hoc iudicate magis ¶ maxime cauete & discernite, & bonum ac obſeruandum eſſe ſtatuite. ¶ Ne ponatis offendificulum fratri ¶ virum vel ſœminam offendendo, & aliquid corā eo vel ea faciendo, vnde veſtro exemplo impediatur vir vel ſœmina a via iuſtitia, aut ab ea retardetur ¶ vel ſcandalum ¶ cauete ne ponatis coram fratre, corā eo opus faciendo, quo ipſe ad peccatum inclinetur, aut qđ ex ſe præbeat occasionem ruinae ex dicto vel ex facto. Eſt ſcandalum actiuum, eſt & ſcandalum paſſiuum. Scandalū actiuum eſt dictum vel factum minus rectum, præbens alteri occasionem ruinae: & iſtud ſemper eſt vitandum. Scandalum paſſiuum, eſt malum vel caſus quē alter incurrit ex dicto vel facto alterius: & iſtud eſt duplex, vnum eſt Phariſæorum aliud puſillorum. Scandalum phariſæorum, eſt illud quod, naſcitur ex malitia ſcandalizati qui ex ſua peruerſitate nō vult dicta vel facta alteri⁹ (quauis bona ſint) bene interpretari. Et de hoc diſcipuli Chriſti ei dixerunt. Scis quia phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt. Et ipſe eis reſpondit: Omnis plantatio quam nō plantauit pater meus celeſtis, eradicabitur, ſinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorū. Cæcus autem ſi cæco ducatur præſet, ambo in foueā cadunt. Scandalū puſillorū, eſt illud quod naſcitur ex firmitate vel ex ignorantia ſcandalizati. Et de hoc Chriſtus dixit: Qui autē ſcandalizauerit vnū de puſillis iſtis qui

Luce. 16.
I. Cor. II

Scandalū
actiuum.
Scandalū
paſſiuum.

Scandalū
phariſæo-
rum,
Math. 15

Scandalū
puſillorū.
Math. 18

in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur, mola afinaria in colo eius, & de mergatur in profundū maris. Et iſtud ſcandalum iuxta vires vitare debemus, ſalua tamen triplici veritate: ſcilicet vitæ, doctrinæ, & iuſtitia. Chriſto dicente: Quisquis ſcandalizauerit vnū ex his puſillis credentibus in me, bonum eſt ei magis ſi circumdaretur mola afinaria in collo eius, & in mare mitteretur. Et vt ſcandalū iſtud ſector vitare valeat, ſciendum eſt duplicia eſſe bona, quædam temporalia, alia ſpiritualia, & vtraque bipartita eſſe. Nam ſpiritualiū bonorum quædam ſunt de neceſſitate ſalutis, vt eſt obſeruatione præceptorū quo ad omnes: & conſiliorum quo ad religioſos. Hæc ergo nullo modo omittenda ſunt propter quodcumq; ſcandalū vitandum, quia plus tenetur homo providere proprię ſaluti, q̄ alienæ. Alia vero non ſunt de neceſſitate ſalutis: hæc ad tempus occultanda ſunt vel deſerenda propter ſcandalum puſillorū vitandum videlicet, donec ratio eis reddatur, vel melius informentur. De his ſcribente Apoſto. Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Si vero ratione reddita non acquieſcant nec ceſſent ſcandalizari, non erit ſcandalum tale amplius ex ignorantia vel infirmitate, ſed ex eorū malitia, propter quod bona illa omittenda non ſunt propter ſcandalum tale vitandum, ſicut nec Chriſtus vitare curauit ſcandalū phariſæorū: Et tñ bona temporalia duplicia ſunt quædā cōmittuntur cōſeruanda aliquibus, vt bona eccleſiæ prælatiſ, & bona reip. rectorib⁹, & depoſita certis pſonis, & vt (videſ) quia ad horū cōſeruatiōem tenet, ideo propter nulli⁹ ſcandalū ſunt deſerenda. Illud ex ſacra ſcriptura & factis ſanctorū extrahi pōt. Nā Artaxerxes rex Perſarū dedit præter Eſdrę ducēdū filios iſrael ex puincia babilonis in Hieruſalē, & reedificādū Hierſm & tēplū. Et licet ſcandalizareſ ſanabalat, horronites, & thobias ſeru⁹ Amantites, & Goſen Arabs, nō tñ deſtiterūt Eſdras & ſui adificare muros Hierſm, ſed cōtra ſanabalat, & alios poliētes iſticias armati muros edificabāt, & vna manu ppliſ edificabat, & altera tenebat gladium. Ad ſc̄m ſc̄tōz veniam⁹, B. Tho. Cathuarieſi archieps̄ repetiuit bona eccleſiæ cū ingēti

Marci. 9.

I. Cori. 8

Math. 15

1. Eſdrę.

7.

2. Eſdrę.

2.

2. Eſdrę.

4.

scandalo regis Angliæ. Alia sunt bona temporalia quæ particularia sunt & hæc omittenda sunt vel dando ea aliis, vel nõ repetendo si alius ea habeat propter scandalum pusillorum, vitandum, hoc tamen modo recto faciendum est salua triplici veritate, vitæ scilicet, doctrinæ, & iustitiæ. Non autē bona propria temporalia dimittenda sunt propter scandalum ex malitia ortum, & hoc, quia daretur malis & peruersis libertas, & occasio retinendi aut rapiendi aliorum bona, & istud maxime obesset eorum saluti.

Scio & confido in domino I E S V, quia nihil commune per ipsum nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundū charitatē ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

Notule.
Comune
Actu. 10.

Hic accipitur commune pro immundo, iuxta illud Petri. Omne commune & immundum non comedi. Commune enim dicebatur illud quod non in ministerium templi parandum erat, aut quod non illi populo (qui populus dei dicebatur) in vsu veniebat, sed cæteris omnibus gentilibus, scilicet quæ non pars dei vocabatur. Et exinde sicut vasa in ministeris templi segregata, non cõmunia, sed sancta dicebantur, ad quorū distinctionē reliqua vasa humanis vsibus dedita, vocabantur cõia, ita ad distinctionē illorū ciborum, quos quasi mundos & secundum legem edendos scriptura segregauit. Reliqui oēs quos lex prohibuit quæ vngulam non fidunt nec ruminant, & in piscibus qui scamas & pennulas non habent, quos cæteri hoies gentiles scilicet edebant, communes appellati sunt. Secundū charitatē ambulare, est sic procedere, vt deum ex toto corde diligam, & nos ipsos propter deū, & proximos nostros sicut nosmetipsos propter deum: ita vt quæ præcepta sunt nobis adimpleamus, & vt neminē scandalizemus scandalo acti-uo, nec etiam passiuo quod est pusillorū, seu ex infirmitate aut ignorantia scandalizati ortum, ita vt indifferētia omittamus ad euitationem talis scandali.

Leuiti. 11.

Secundum
charitatē
ambulare

¶ Scio ¶ per reuelationem mihi factam & per rationem ¶ & confido in domino Iesu ¶ per gratiam eius, & per fidem firmam, spem, & charitatem quæ in me sunt.

¶ quia nihil commune ¶ in cibis edendis est, ex quo nullus cibis ex se immundus est, sed teste Apo. Omnia munda mundis: inquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatę sunt eorum mens & conscientia. ¶ per ipsum ¶ per creationem illi cibi. Nam (vt in Genesi scribitur) omnia per ipsum deum facta sunt, & erāt valde bona, & ea quæ tempore legis Mosaicę cõmunia & immunda dicebatur, quia pro nullo tempore ante Christi aduentū licebat Iudæo his vesci, per Christi aduentum munda facta sunt. iuxta illud a voce de cælo dictū Petro. Quę deus mundauit tu ne commune dixeris. & illud Apost. Omnis creatura dei bona & nihil reiiciendū quod cum gratiarū actiõne percipitur. Illud dicitur percipi seu sumi, quo ad cibum & potum cum gratiarum actiõne quod nullo tempore sumitur contra prohibitionem, & ab habente mensuram gratiarū tē non coinquinatā quod sic se habet vt mens ilud fumere volēdo non coinquinatur. Nam cibus ex se non est immundus, dicente Christo. Nõ quod intrat in os coinquinat hominem, sed mens hominis ac voluntas quę contra prohibitionem licitam, aut contra conscientiā aut scandalizans do in fide infirmum siue Iudæum, siue Gentilem vult fumere cibū aut potū, cois seu coinquinata & immunda dicitur, Christo turbis dicēte. Quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Et Petro qui ei dixit. Edificere nobis parabolam istā respõdēte: Adhuc & vos sine intellectu estis non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secesum emittitur. Quæ autē procedūt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemię: hæc sunt quę coinquināt hoiem: non lotis autē manib⁹ māducare nõ coinquinat hominē: ex quibus verbis Christi elicitur cibū ex se, aut potum non esse immundum, nec etiam vsum cibi & potus esse malū, nisi procedat ex actu voluntatis malo, aut ex omisiõne mala qua quis omittit inquirere, an licite

expõtext⁹
ad literā.

Adytū. 1.

Gen. 1.

Actu. 11.

1. thi. 4.

Percipi

aliqud cũ

gratiarū

actiõne.

Math. 15

Math. 15

Cur mēs
coīdiciū.

Lucę. 11.

Marci. 5.

Demonū
seruus.

2. Petri. 2.

Ioānis. 8.

possit ut illo cibo vel non. Mens ac voluntas que per peccatum immunda est, ideo communis appellatur, quia homo vna cum tali mente multorum vitiorum & demonū seruus est iux. istud dictum Christi, Cum exierit spiritus immundus ab homine ambulat per loca inaquosa queens requiem & non inueniens dicit. Reuertar in domū meā vnde exiui. & cum venerit, inuenit eam scopis mundatam tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus Et etiam iuxta reponsonem Christo datam a demone quedam hominem possidentem, cū Christus eum interrogaret dicens: Quod tibi nomen est? qua ei respōdit. Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Cum enim a spiritibus immundis superatur homo, eorum seruus efficitur, dicente Petro Aquo enim quis superatus est huius & seruus est Et cū demonum efficitur seruus, peccatorum etiam efficitur seruus, Christo dicente iudeis Ois qui facit peccatum seruus est peccati ¶ Nisi ei ¶ in deo aut alteri in fide infirmo ¶ Qui existimat quid ¶ exhibis qui edī possunt ¶ Commune esse ¶ & hoc, quia putat propter legis preceptum Leuitici. 11. aliquos cibos communes esse & immundos, Et exinde sic existimanti quantum diu talem habet conscientiam, cibum quem existimat immundum esse ei immundus est & hoc, quia tunc nō ei expedit talem cibum comedere, quia si comederet, cōtra conscientiam ageret, & nulli licet contra propriam conscientiam agere, sed, debet aut conscientiam erroneam tollere aut non agere contra eam, securius tamē est conscientiam tollere si erronea sit ¶ Si enim propter cibum ¶ quem licite, potes comedere quia non est tibi prohibitus, ut prohibitus est vsus carniū in quadagesima & diebus venerinis & sabbati & in vigiliis sanctorū, Et etiā quē potes nō comedere quia nō es arctatus ad comestionē talis cibi ¶ Frater tuus ¶ is. s. qui tuus effectus est frater per susceptionē sacri baptismatis uti est Christianus quilibet, aut etiā ille qui tuus effectus est frater per creationē qui a deo creatus est homo in hac via vivens sicut & tu ¶ cōtristatur ¶ putans te impie agere si iudex sit de nouo ad Christi fidem

cōuersus, & adhuc in fide infirmus, quia māducas cibos in lege Moīsaica phibitos: aut si gētilis sit habēs cōscietiam in idolo, quia corā eo cuius cōscietia infirma est manducas idolotita contra illud Apo. Quapropter si esca scādālizat fratrem meum, non māduocabo carnem in eternum, ne fratrem meū scandalizem. ¶ Iam nō secundū charitatem ambulas ¶ quia fratrem scandalizas, & exinde nō diligis proximum propter deū uti debes, quia eius saluti proponis esū cibi quē māducas ¶ Noli cibo tuo ¶ esu vel abstinentia cibi quē secluso scandalo licite posses comedere. ¶ Illud perdere ¶ per scandalum eum ad peccatum adducendo ¶ pro quo ¶ pro cuius salute ¶ Christus mortuus est ¶ passus est, non solum pro iustis, sed & pro iniustis, ut nos iustos redderet, & deo patri offerret. dicente Petro, ¶ Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, ut nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autē spiritu.

Non ergo blasphemetur bonum nomen nostrum. Non est enim regnum dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudiū in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit CHRISTO, placeat deo, & probatus est hominibus. itaque que pacis sunt sectemur: & que edificationis sunt, inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei.

¶ Bonum nomē dicitur bona nominatio. id quod habet bonam nominationem. Hic deus super omnia bonum nomen dicitur, quia super omnia bonam habet nominationem. Et beatus, bonū nomen dicitur, quia bonā habet nominationem & famā. Lex naturalis & lex diuina, & etiā humana bonum nomen dicuntur, quia quaelibet earū bonam habet nominationem. Homo carēs peccato, veraciter bonum nomē dicitur, quia habet aut habere debet bonam nominationem & famam, que diuitias excedit, dicente Salo. Melius est nomen bonū, quā diuitiē multā. Et de bono nomine vnusquisque curam habere debet, iuxta illud

Ecclesi. 4-1 Ecclesiastici. Curam habe de bono nomine. Hoc enim regnū dei magis permanebit tibi quam mille thesauri. Regnum dei dicitur ipse deus in omnibus regnans per imperiū & potentiam, & in beatis per gloriā, & in iustis viatoribus per gratiam. Etiam regnum dei dicitur illud vel illa per quod vel quę deus regnat in nobis iuxta illud Christi dictum.

Lucę. 17. Regnum dei intra vos est. Etiam dicitur illud vel illa per quod vel quę acquiritur regnum cęlorum. Aliud est inquire pacem, & aliud sequi pacem, & aliud sectari pacem. Ille inquit pacem qui inquit media pacis, & ea quę pacem pariunt, fouent, & conseruant. Ille sequitur pacē qui abstinet a malo, qui reliquit temeraria iudicia (quibus quid ab aliis & quo animo fiat iudicat, & etiam qualis futurus sit ille qui nunc vel bonus vel malus apparet) & qui amplectitur media pacis & ea quę pacē pariūt fouent & conseruant. Ille sectatur pacē qui studet scire Christum, & studendo ei seruit, & studet scire legē C H R I S T I & studendo eam adimplet: & qui cum labore & quādoq; cum damno & opprobrio & periculo vitę ac famę iquirit & conseruat media pacis, & ea quę pacem pariunt, fouent, & conseruant.

Inquire re pacem Inquire re pacem, & ea quę pacem pariunt, fouent, & conseruant. Ille sequitur pacē qui abstinet a malo, qui reliquit temeraria iudicia (quibus quid ab aliis & quo animo fiat iudicat, & etiam qualis futurus sit ille qui nunc vel bonus vel malus apparet) & qui amplectitur media pacis & ea quę pacē pariūt fouent & conseruant. Ille sectatur pacē qui studet scire Christum, & studendo ei seruit, & studet scire legē C H R I S T I & studendo eam adimplet: & qui cum labore & quādoq; cum damno & opprobrio & periculo vitę ac famę iquirit & conseruat media pacis, & ea quę pacem pariunt, fouent, & conseruant.

Sectari pacem. Sectari pacem, & ea quę pacem pariunt, fouent, & conseruant. Ille sequitur pacē qui abstinet a malo, qui reliquit temeraria iudicia (quibus quid ab aliis & quo animo fiat iudicat, & etiam qualis futurus sit ille qui nunc vel bonus vel malus apparet) & qui amplectitur media pacis & ea quę pacē pariūt fouent & conseruant. Ille sectatur pacē qui studet scire Christum, & studendo ei seruit, & studet scire legē C H R I S T I & studendo eam adimplet: & qui cum labore & quādoq; cum damno & opprobrio & periculo vitę ac famę iquirit & conseruat media pacis, & ea quę pacem pariunt, fouent, & conseruant.

Expō textus ad litteram. ¶ Non ergo cum membra Christi simus, & ei adherere promiserimus, & exinde magno vinculo id facere astricti sumus, ¶ Blasphemetur ¶ contra dei honorem vituperetur ex cogitatione malorum operum, aut male conuersationis ¶ bonum nomen nostrum ¶ bona nominatio nostra ac fama quā vnusquisq; procurare debet non propter gloriam humanam sed propter deum patrem & I E S V M C H R I S T V M a quo ecclesię (quę eius corpus mysterium est) membrū denominatur & nominationem habet bonam quā C H R I S T I A N V S & C H R I S T O adherens vocat ¶ Non est em̄ regnum dei ¶ quo deus regnet in beatis per gloriam, & in viatoribus per gratiam, aut quo etiam acquiratur ab eis regnum cęlorum ¶ Esca & potus ¶ Et hoc, quia hec non manebūt in regnum cęlorum Ex quo erunt beati in regno cęlorum ¶ ut angeli dei, dicente C A R I S T O Cum resurrexint a mortuis neq; nubent neq; nubentur sed erunt sicut an-

Math. 22 & mar. 12 ut angeli dei, dicente C A R I S T O Cum resurrexint a mortuis neq; nubent neq; nubentur sed erunt sicut an-

geli dei in cęlis. Et etiam quia esca considerata vt esca si ne pluri nos non commendat deo, dicente apost. Esca autem nos non commendat deo. Nam quando commendamur deo per actum virtuosum cōmendamur deo, & esca nec nos deo commendat, nec nos damnat sed concupiscētia immoderata. Et si commendemur deo non per escam commendamur tanquam ex se, sed quia sumitur conformiter ad actum interiorem boni aut conformiter ad eūdem non sumitur ¶ sed iustitia ¶ qua reddimus deo quę iustitia. ¶ Et sunt & nobis ipsi quę expediūt & proximis nostris quę eis debentur adimplētes illud Christi dictum Quęcumq; Math. 7. vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis Et illud Thobię. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu a liquādo alteri facias ¶ Et pax ¶ quę vera tranquillitas mētis dicitur qua homo cor cum deo & cum hominibus placatū habet ¶ Et gaudium in spiritu sancto ¶ quo mediante in stinctu spiritus sancti & eius gratia delectatur quis in domino adimplendo voluntatem eius. Ita vt in tali adimplētionē delectetur. Iste tres virtutes iustitia, pax & gaudium in S P I R I T V S A N C T O, ideo dicuntur regnum dei, quia, mediantibus his deus regnat in nobis & quia eis mediantibus acquiritur regnum cęlorum: & etiam quia in regno cęlorum manent. In beato enim manet iustitia: ex quo beatus in regno cęlorum existens reddit deo quę dei sunt, & sibi ipsi quę sibi expediunt & proximo quę sibi proximi. In eo etiam manet pax, ex quo beati verā tranquillitatem mentis habent & plenam concordiam cum deo & angelis & cæteris electis. In eo etiam manet gaudium in spiritu sancto ex quo conformiter ad gratiā spiritus sancti gaudium ineffabile habet de visione deitatis & beatitudinis ei collatę. ¶ Qui enim ¶ in hac via mediante iustitia pace & gaudio in spiritu sancto ¶ In hoc seruit C H R I S T O. ¶ ita vt accepta spiritus sancti gratia studeat obedire mandatis C H R I S T I, & seruate iuxta vires virtutes quę in Christo fuerunt vt puta iustitiam, & nihil iniustitię: pacē. & nihil odij: bonitatem, & nihil malitię: veritatem, & nihil falsitatis: & sic de cæteris virtutibus ¶ P lacet deo ¶ quia adimplet eius voluntatem & eam ad-

I. cori. 8.

Iustitia.

Math. 7.

Thob. 4.

Pax.

Gaudiū i

spū sancto.

implendo factus est de populo domini ei bñplacens quia
 psal. 14.9 beneplacitum est domino in populo suo ¶ Et ¶ cum hoc
 q̄ placet deo teste hic apost. ¶ Probatus est hominibus ¶
 & hoc, quia a bonis & iustis approbat⁹ est, & non solum
 a bonis & iustis, sed etiam a nonnullis malis, qui ex cogni-
 tione iustitię & pacis quam in tali cognoscunt esse, eū lau-
 dant & approbant tanquam virum bonū Propterea iux-
 ta dictum apostol. supra cap. 12. Istud. Prouidentes bona
 non tantum coram deo sed etiam coram omnibus homi-
 nibus Et ad Corinth. Prouidemus enim bona non solum
 coram deo sed etiam coram hominibus prouidere debe-
 mus vt coram proximis nostris bona agamus opera, vt ip-
 si hęc opera cognoscentes a malo retrahantur, & ad bo-
 num inducantur, dicente Christo Sic luceat lux vestra cor-
 am hominibus vt videant opera vestra bona & glorificet
 patrem vest. qui in celis est. ¶ Itaq; ¶ cum regnum dei sit
 iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto, & ille qui in
 his virtutibus Christo seruit sit placens deo, & probatus
 hominibus. Nos cuiuscunq; gradus aut conditionis sim⁹
 ¶ Que pacis sunt ¶ ex quo, pariunt fouent & conseruant
 pacem, quę est vera mentis tranquillitas cum deo & ho-
 minibus ¶ sectemur ¶ cum labore & exercitio ¶ studentes
 deo postpositis terrenis cum Christo & suis membris cor-
 pacatum habere. ¶ Et que edificatiōnis sunt ¶ & hoc, quia
 ad bonum & probitatem prouocant, & veraciter bonum
 dant nomen, ac bonam famam, & proximos ad dei glo-
 riam, ac eorum vtilitatē attrahūt. ¶ Inuicem custodiam⁹ ¶
 Ita vt vnus alium non scandalizet, sed edificet, bonam fa-
 mam suam custodiendo, ac eius bonum nomē, & non in-
 quirendo quę sibi soli expediūt, sed etiam & quę aliis ac
 eorum saluti conueniunt: & hoc, vt edificiiū acrefcat me-
 diante spe, fide, & charitate, & affectu bono. ¶ Noli ¶ o
 homo ¶ propter escam ¶ amore cibi vel potus, ¶ destrue-
 re ¶ spirituali destructiōe que fit mediāte scādalo actiūo,
 aut passiuo quod est pusillorū ¶ Opus dei ¶ hominē scilicet
 a deo productū ad imaginem & similitudinē sui, in meri-
 to pass. Christi exhibite sufficenter redemptū, habent em
 aut aptum natum habere gratiam gratum facientem (que

a solo deo producitur) & actum meritorii (qui sine gra-
 tia dei produci nequit) & actum moraliter bonū qui si-
 ne dei speciali auxilio produci non potest.

Omnia quidem sunt mūda: sed malum est ho-
 mini qui per offendiculum manducat. Bonum
 est non manducare carnem & non bibere vi-
 num: neq; in quo frater tuus offenditur, aut
 scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem quam
 habes penes temetipsum, habe corā deo. Bea-
 tus, qui non iudicat semetipsum in eo quod
 probat. Qui autem discernit, si manducauerit
 dānatus est: quia nno ex fide, Omne autem
 quod non est ex fide peccatum est.

¶ Ille dicitur habere fidem apud semetipsum, qui credit
 aliqua quę sunt de lege euangelica, & de fide, & non sunt
 immediate de deo nec essentia eius, sed sunt concernētia
 aliqua faciēda aut credēda, alia adeo, vt est, credere co-
 mestionem cuiuscunq; cibi esse licitam. Nam illud credēs
 & credulitatem suam in deum non referens actu vel ha-
 bitu, dicitur habere fidem apud semetipsum. Ille dicitur
 habere fidem coram deo, qui credit Deum trinum in per-
 sonis & vnum in essentia & ea quę deo conueniunt: &
 hanc fidem format charitate, aut qui credit ea quę sunt
 de fide & non sunt immediate de Deo nec essentia eius:
 & hęc credit, propter deum in quem credit, & hanc fidē
 suam charitate format. Dicitur quis beatus vno modo per
 consummationem, alio modo per sanctitatis adeptionem
 Ille dicitur Beatus per consummationem, qui in patria
 clare videt deum, & eo fruatur, & scit se in hoc statu eter-
 naliter permanfurum. De tali CHRIS TV S dixit.
 Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Et Ioan. in
 Apocalip, beatus & sanctus qui habet partem in resurre-
 ctione prima. Ille dicitur beatus per sanctitatis adeptio-
 nem qui in hac via existens facit, & adimplet corde, ver-
 bo, & opere ea quę ad eternam beatitudinem acquirēdā
 & habendam requiruntur & expediunt: & qui omittit ea

Notate
 Hęc fi-
 dē apud
 semetip-
 m

Hęc fi-
 dē coram
 deo.

btis p cō-
 sumatio-
 nem.

Lucę. 14.
 Apo. 20.
 btis pea-
 nem.
 adeptio-
 nem.

Psal. I.

que phibet lex, que cōtrariatur acquisitioni beatitudinis æternæ. De tali sic scribitur in psal. Beatus vir qui nō abiit in consilio impiorū. & in vīa peccatorū nō stetit & in cathedra pestilētīe non sedit. Sed in lege dñi voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et in Apocalip.

Apoc. 22.

Probare aliquid.

Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri huius. Ille dicitur probare aliquid qui aliquid approbat tanquā verū, bonū, aut faciendū: qui aliquid laudat, & illud bonum esse iudicat, aut esse faciendū. Ille dicitur iudicare semetipsum in eo quod probat, qui aliquod opus approbavit ratione cuius approbationis dignus est iudicio. Ita vt in illud opus approbando dānabile se faciat alium scandalizando, aut quouis alio modo, aut qui postq̄ statuit & decreuit bonū opus facere postea iudicat illud non esse faciendū, aut qui postquā proposito & statuto bonum opus faciendū inquisiuit & probauit media & tempus oportū adimplendū bonum opus illud, & conatus est opus illud adimplere, a tentatione victus, omisit opus illud facere. Ille dicitur nō iudicare semetipsum in eo quod probat, qui in approbando aliquod opus non se damnabilem constituit alium scandalizando, aut quouis alio modo nec dignus est iudicio: & qui postquam statuit & decreuit bonum opus facere, iudicat illud esse faciendū: & postea cum proposito firmo & statuto inquit, & inuestigat, & probat tempus oportū ad adimplendum illud opus bonū: & his ab eo factis conatur opus illud adimplere, etiam si resistentiam, inueniat. Ita vt non obstante tentatione & resistentia fixus, permanens, & stabilis in adimplitione boni operis permaneat, & in nullo seipsum iudicet aut reprehendat. Ille dicitur inter cibos discernere qui iudicat aliquos esse cibos a nullo comedendos, aut qui dubitat an sint aliqui cibi qui a nullo veniant comedendi. Illud dicitur esse ex fide, quod ex fide emanat, quod ex fide actu vel habitu producit. Illud dicitur non esse ex fide: quod ex fide non emanat, nec producit, quod non fit conformiter ad fidem, quod fit propter finem contrarium fini quem edocet fides quod fit contra conscientiam siue rectam siue erroneam. Dicens aposto. Omne autem quod non est, ex fide

Iudicare seipsum in eo qd probat.

Nō iudicare seipsum in eo qd probat.

Inter cibos discernere.

Esse ex fide.

Non esse ex fide.

de peccatum est, accipit peccatum pro peccato actuali & non solum pro mortali aut veniali sed etiam & pro mortali vocando iuxta mentem Aure. Patris Augustini peccatum morale opus de genere bonorum non habens in se malam circumstantiam, quod non in deum actu vel habitu refertur, conformiter ad illud apostoli dictum. Si ue ergo manducatis, siue bibitis vel aliud quid facitis omnia in gloriam dei facite. Nec est ex fide, & propter hæc, peccatum dicitur. Et hoc modo accepit peccatum Aure. pater August. lib. de vera inno. cap. 106. dicens omnem infidelium vitam peccatum esse: & libro quarto contra iulianum pelagianum, capite tertio, gentilem qui non ex fide viuit, & si nudum operuerit, & ægri vulnera fouerit, & periclitantem liberauerit, & diuitias honestæ amicitie impenderit, & ad testimonium falsum tormentis non potuerit impelli, peccare. Ratio sua ista est, quia hæc bona opera male facit, & hoc, quia non sunt relata in vltimū finem nec ex fide.

de peccatum est, accipit peccatum pro peccato actuali & non solum pro mortali aut veniali sed etiam & pro mortali vocando iuxta mentem Aure. Patris Augustini peccatum morale opus de genere bonorum non habens in se malam circumstantiam, quod non in deum actu vel habitu refertur, conformiter ad illud apostoli dictum. Si ue ergo manducatis, siue bibitis vel aliud quid facitis omnia in gloriam dei facite. Nec est ex fide, & propter hæc, peccatum dicitur. Et hoc modo accepit peccatum Aure. pater August. lib. de vera inno. cap. 106. dicens omnem infidelium vitam peccatum esse: & libro quarto contra iulianum pelagianum, capite tertio, gentilem qui non ex fide viuit, & si nudum operuerit, & ægri vulnera fouerit, & periclitantem liberauerit, & diuitias honestæ amicitie impenderit, & ad testimonium falsum tormentis non potuerit impelli, peccare. Ratio sua ista est, quia hæc bona opera male facit, & hoc, quia non sunt relata in vltimū finem nec ex fide.

¶ Omnia quidem & comestibilia ceu cibaria ¶ sunt Expō te- munda ¶ ex se considerata. ex quo, omnis cibus homini xtus ad li ad comestionem aptus ex se & sui natura est mundus: & teram. nulli sunt cibi vsui hominum prohibiti sicut erant in veter. testamento filiis israel a domino deo prohibiti ex causa quæ cessauit, quæ videtur esse ista. Postquam dominus Exodi. 23. deus dedit legē Moyfi pro filiis israel eos in indumentis & Exo. 24. non vsu aliquarum escarum a populo gentili distingui & nume. 25. segregari voluit: vt populum israel (qui suus populus appellabatur & cui legem digito suo scriptam, contulerat.) Deut. 22. a gentibus lege tunc carentibus quas ignorantia dei & Deu. 14. dolorum cultus faciebat immundas, segregaret & fecereneret. Vbi vero fidei ianua gentibus est aperta per C H R I S T I passionē exhibitam, & eius euangelium, per apostolorum prædicationem ac eorum qui eis successerunt annunciatum inuitatus est gentilis ad deum & eius effectus est populus. Et tunc ostendere voluit dominus vnum populum in habitibus, aut in nõvlu aliquarum escarum ab alio discernendum non esse: & hoc, quia pro omnibus sufficienter passus est C H R I S T V S, & ad omnes su,

Pctm morale fecum aug.

I. Cor. 10

Exodi. 23

Exo. 24

nume. 25

Deut. 22

Leuiti. 11

Deu. 14

Actu. 10. Iudgos, siue gentiles CHRISTI euangelium missū est. Petro istud Dominus ostendit dum in quodā vase uelut lintheo existēte, & e celo in terra descendente, omnia quadrupedia, & serpētia terrae, & uolantia cęli uidit De celo ad eum facta uoce dicente. Surge Petre, & occide, & manduca. Et ipso legali obseruatiā illecto respondente. Absit domine: quia nunquam manducaui omne commune & immūdū. Replicata uox facta est ad eum dicēs Quod deus purificauit, tu ne commune dixeris. Hoc ter factum est, & statim receptum est uas in cęlū. ¶ Sed malum est homini qui per offendiculum māducat ¶ quęcūq; cibaria coram aliquo in fide infirmo: ita ut ex illa manducatione offendatur seu retardetur ipse in fide infirmus a uia iustitię, aut occasionem ruinae spiritualis sumat ¶ Bonum est ¶ tibi Christicolę, & ad salutem tuam expediens ¶ Non manducare carnem neque bibere uinū ¶ etiā secluso omni p̄cepto ut concupiscētia minuatur, & corpus castigetur, & ut in rationis seruitutem redigatur. ¶ Neque ¶ etiā quicquam aliud sumere, aut facere debet ¶ in quo frater tuus ¶ Christianifidelis, qui ratione sacramenti baptismatis suscepti & fidei ab eo susceptę tuus est spiritualis frater: aut etiam gentilis qui tuus est per creationem frater ¶ offenditur ¶ Te coram eo per offendiculum cibum manducante, & hoc, quia tua manducatione deum offēdis, te ipsum, & proximum, Deum, quia cōtra eius uoluntatem cibum manducas sicuti & primus p̄rēs de fructu ligni uetiti contra dei prohibitionem comedit Et hoc, quia licet cibus a te sumptus ex se sit indifferens tamen prohibitus est, quo ad esum quando ex tali esu quis in fide infirmus offenditur aut quando die ab ecclesia aut p̄lato instituto ad nō esum sumitur. Te ipsum offēdis, quā contra propriā consciētiam manducas cibū, aut quā illius cibi manducatio tibi imputatur ad culpam. Proximum offēdis, quādo ex tua manducatione proximus a uia iustitię retardatur ¶ aut scādalizatur ¶ Ex quo, ipse frater tuus in fide infirmus ex facto tuo sumit occasionem ruinae ¶ Aut infirmatur ¶ & hoc, quia frater tuus in fide infirmus coram quo cibum manducas in lege Mo-

Gēsi. 2. &

saica prohibitum si Iudeus sit de nouo ad CHRISTI fidem conuersus: aut idolotum, si gentilis sit in fide magis infirmus efficitur hesitans quid sit tenendum de esu raliū ciborum ¶ Tu fidem quā habes penes te ipsum ¶ qua credenda, alia a deo tamen, credis, & hanc tuam credulitatem nec actu nec habitu in deum refers ¶ habe corā deo ¶ in ipsum & hęc quę ei conueniunt firmiter absque hesitatione credēdo omnia quę a deo quę sub fide cadunt propter deum in quem credis fide firma amplectendo ¶ Beatus ¶ est p̄ sanctitatis adeptiōnē in re, & per consummationem in ipse ¶ qui non iudicat semetipsum in eo quod probat ¶ Ratio. In his quę approbat non errat, & in proposito operis recti adimplendi constans & immobilis permanet, & illud adimplere nititur, prius tamen inquisita temporis oportunitate ¶ Qui autem discernit ¶ inter cibos iudicando aliquos non esse comedendos: aut dubitando an sint comedendi ¶ Si manducauerit ¶ cibos illos scite tali iudicio aut dubio ¶ dānatus est ¶ casualiter: ex quo, tunc in ipso est causa quę dānationem infert. scilicet peccatū Rationē propter quā sic manducans promeretur dānari subiungit apo. dicens ¶ Quia ¶ qui sic manducat contra proprium iudicium, aut dubium, & cōtra id quod in conscientia sua agendū sentit. ¶ Non ex fide ¶ emanans est, aut productum illud opus exterius, ex quo, fit tale opus cōtra propriam conscientiam: & opus quod contra propriam conscientiam fit, non est ex fide ¶ Omne autē ¶ opus ¶ quod non est ex fide ¶ Nec recte emanans, nec recte productū ¶ Peccatum est ¶ aut mortale, aut ueniale, aut morale, modo suprad. accipiēdo peccatū morale. Et exinde omne opus quod fit contra conscientiam siue rectam siue erroneam peccatum est. ex quo, nullum tale est ex fide, & hoc, si conscientia recta sit, quia non fit conformiter ad fidem: si uero conscientia sit erronea, quia tale opus non emanat aut producit ex fide, ex quo, cōscientia erronea Cōscientia ascensus falsus uidetur esse aut dubius: & fides est ascensus uerus, certus, mere libere causatus, qui habetur de Christo, aut ecclesia aut de determinatis ab ea, aut de contentis in sacra scriptura.

¶ Caput decimumquintum.



Ebemus autē nos Firmiores imbecillitates infirmorū sustinere: & nō nobis placere. Vnusquisq; vestrū proximo suo placeat in bonum, ad ēdificationem. Et enim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est. Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.

Notū ē.
Imbecilli-
tas.

Infirmi-
tas hūana

Ioānis. II
Sanitas
humana.
Infirmi-
tas carnis
humanae

Iacob. 4.

¶ Dicitur imbecillitas, defectus, imperfectio, carentia scientiē & cognitiōis. Est infirmitas humana, est & alia infirmitas carnis humanae, est & alia infirmitas naturae humanae in via existentis, est & alia infirmitas in fide. Est per oppositum firmitas seu sanitas humana, & carnis humanae, & naturae humanae in via existentis & etiam firmitas in fide. Infirmitas humana est debilitatio & defectus procedens homini in hac via aut ex humore aut calore superhabundanti aut ex defectu caloris vel humoris ita ut ex his, aut aliquo eorum deficiat homo, & retrahatur, & impediatur a certis operibus quae tunc non valet exercere. Et de hac infirmitate dicebat Christo sorores Lazari Domine, ecce quae amas, infirmatur. Firmitas seu sanitas huic infirmitati opposita, est dispositio qua in hac via sic dispositus est homo ut non egrotet. Infirmitas carnis humanae, est egritudo in fragilitate carnis existens, qua homo quandiu in hac via existit perpetuo egrotat, & continuo indiget medicamento ex quo, semper aliquid sibi deest. Egrotat ipse ex fragilitate carnis suae per famem, per sitim, per deambulationem, per lassitudinem, per fatigationem, Medicamentum famis, cibus est. Med. sitis, potus est. Med. lassitudinis, somnus est. Med. deambulationis, sessio est. Med. sessionis, deambulatio est. Med. fatigatiōis dormitio est, Med. dormitionis vigilatio est. In his omnibus sic se habet homo ut si assumpserit vnum ut aliud perlat, in eo ipso se persequauerit, deficiet. Et etiā si in aliquo eorum exceperit, aut defecerit male tibi cōtinget. Et exinde (teste Iacobo in sua cano.) est vita hominis fragi-

lis & vana velut vapor ad medicum parens. Firmitas seu sanitas carnis humanae, huic infirmitati opposita, est illa qua sic disposita est natura humana ut nulli corruptiōi & defectui subiaceat, & haec dabitur beatis in generali resurrectione Et de hac scribit apo. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Infirmitas naturae humanae in via existentis, est illa qua sic impotens est homo, ut ex se tanquam ex se non valeat bonum opus facere. Iuxta illud apost. Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate Et etiam ut non valeat aliquid boni ex se tanquam ex se cogitare, dicente apost. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et hac infirmitate incurrit homo ignorantiam agendorum & impotentiam faciendorum per primum parentis peccatum, denotatus per hominem illum qui incidit in latrones qui eum spoliauerunt & plagis impositis semivivum reliquerunt. Firmitas, seu sanitas naturae humanae huic infirmitati opposita, est illa qua homo scit omnia quae ad se spectant, & qua sic dispositus est ut omnia quae agit beneplacita sint deo: & qua deum clare videt & in deo quae ei expediunt, & etiam qua fruitur deo, & scit se in tali statu aeternaliter permanfurum. De infirmitate in fide, & de firmitate in fide dictum est supra in initio capituli precedentis. Ille dicitur sibi ipsi placere qui carnalitatibus suis ac sensualitati placet, qui opera carnis & sensualitatis adimplet & in eis delectatur, aut qui opera quae facit, propter seipsum facit, aut pro gloria habenda. Cum (iuxta declarationem supra cap. 13. huius sententiae. Qui enim diligit proximum legem implevit) non omnis homo sit noster proximus, ex quo (ut illic declaratum est) dānatus, homo est: & non est noster proximus, sed solum ille dicatur noster proximus, qui capax est misericordiae, aut quia eā suscipere potest, aut quia eā alteri contribuere valet, videtur dicendum quod aliud est placere homini ut

Sanitas
naturae
humanae.

I. Cor. 15

Infirmi-
tas naturae
humanae
in via ex-
istentis.

P hilip. 2.
2. Cor. 3.

Luca. 10.

Sanitas
naturae
humanae

Sibi ipsi
placere,

Placere
hoi vt hō
est.

Galat. I.
Ille dicit.
Placere
proximo
vt proxi-
mus est.

I. Cor. 10

Expositio
textus ad
litteram.

1. Cor. 11

homo est, & aliud placere proximo vt proximus est. Ille placet homini vt homo est, q placet homini, vt ab eo laudetur, & qui ei placet quandoq; contra honestatē, vt ab eo aliquod suscipiat emolumentū, & qui non ei placet propter eū a quo depēdet oīs misericordia (deum scilicet) sed contra eius voluntatem, vti placuit Apostolus ante suam conuersionem. Ipso dicente: Si adhuc hominibus placere, CHRISTI seruus non essem. Ille dicitur placere proximo vt proximus est, qui primo placet deo, & secundo proximo propter eū, a quo subleuatur omnis miseria: ita, vt non querat quod sibi vtile est, sed quod multis vt salui fiant, & absque vlla offensione coram proximis existat, conformiter ad illud dictum apost. Sine offensione esto te iudēis & gentibus, & ecclesie dei sicut & ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi vtile est: sed quod multis, vt salui fiant.

¶ Debemus autem nos. ¶ ego videlicet Paulus CHRISTI Apostolus, & ceteri eius Apostoli, atque ceteri credentes, qui ¶ firmiores ¶ sumus firmitate opposita infirmitati nature humane: aut etiam firmitate opposita infirmitati fidei. Firmitate opposita infirmitati nature humane, ideo firmi, quia mediante dei gratia, scimus quæ ad nos spectant, & statum nostrum: & hæc scientes, ea iuxta vires adimplemus. Firmitate opposita infirmitati fidei, ideo firmi, quia perfectam habem⁹ fidem eorum quæ ad nos spectat: & omnia quæ sunt fidei capere valem⁹, ita vt nihil nobis desit eorū q̄ sunt fidei, sed in nobis tam fortis sit fides ac firma, vt a magnis non superemur difficultatibus, & demoni ac eius insultationibus resistamus. ¶ Imbecillitates ¶ defectus, imperfectiones ¶ infirmorum ¶ eorū qui adhuc in fide infirmi sunt, quia imperfectam, habent fidem, aut in aliquo dubitant, quia eis deest aliquid eorum quæ sunt fidei, quia capere nō valent omnia quæ sunt fidei, & quorum fides non tam fortis est, nec tam firma, vt a magnis difficultatibus superari non valeat ¶ sustinere ¶ debemus equanimiter ferre, & sustinere eos atque erigere vt sanentur, iuxta illud Apostoli. I.

benter enim suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem CHRISTI ¶ & non nobis placere ¶ debemus, opera faciendo propter nos ipsos, aut propter gloriam humanam, aut delectationem sumendo in operibus sensualitatis, & carnalitatis, aut nosmetipsos sic diligendo, vt propria queramus commoda, & vtilitatem aliorum negligamus, aut complacentiam in nobis ipsis habendo reflexam, nostrum proprium imitantes placitum.

¶ Vnusquisque vestrum proximo suo placeat. ¶ Non hic ait Apostolus. Vnusquisque vestrum hominibus placeat: & hoc, vt videtur: quia aliqui homines sunt, scilicet damnati, quib⁹ (cum eorum mens omnino improba sit) placere non debemus. Et etiam quia placere hominibus consideratis: eā ratione qua homines sunt sine pluri, est aliquos eis placere cōtra iustitiæ & æquitatis rectitudinē: Sed ait: unusquisque vestrum proximo suo placeat. Ac si diceret ¶ Vnusquisque vestrum ¶ in hac via existentium ¶ proximo suo. ¶ ei scilicet, qui ad misericordiam capefendam aptus est, ¶ placeat ¶ non in consensu nequitie, cum proximorum in hac via existentium aliqui iniqui sint, & quandoque appetant, vt eorum errores aliis placeant.

De talibus & in eorum persona dicente Esaya: Loquimini nobis placencia, videte nobis errores, auferre a me viā, declinate a me semitam, cesset a facie nr̄a sanct⁹ ¶ Israel, sed ¶ in bonū ¶ ita vt a vobis adimpleat illud dictū Christi: Sic luceat lux vestra corā hoībus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Et Vnusquisque vestrum in opere suo, & in placito suo ad bonum finem tendat: ita vt proximo suo placeat propter deum, a quo omnis subleuatur miseria: ita vt coram eo sine offensione existat, & non querat quod sibi vtile est, sed quod multis vt salui fiant: vt opus vestrum ac placitum.

¶ ad ædificationem ¶ sit ecclesie CHRISTI corporis mystici, & cuiuslibet eius membri, & precipue eius, qui opus vestrum cognoscet, vt & ipse ex opere cognito suat profectum, & spiritualiter ædificetur. ¶ Et ceterum

Christus ꝑ qui est super omnem ecclesiam capit ꝑ Non sibi ꝑ secundum quod homo in se ꝑ placuit ꝑ ex quo, nō in seipso gloriatus est, nec propriam quesivit laudem, ipso dicente: Ego autem nō quero gloriam meam: est qui querat, & iudicet. Nec proprium placitum, sed dei patris volūtatē quesivit, ipso Iudæis inquit: Descēdi de cælo, nō vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eiꝰ qui misit me. Licetur, enim ille non voluntatem patris, sed propriā facere voluntatē, qui propria vtendo potestate iniuste aliquid disponit, & non rerum merita pensat, sed præiudicia facit, bonū, malū: vel malū, bonū dicendo, tenebras, pro luce, & lucē, pro tenebris ponit: ita vt vt appetitui sensualitatis, & carnis obediat. Hæc non fecit Christus. Nā omnia iuste disposuit, & omnibus cum misericordia iustitiam fecit, & omnia in eo bona sunt, & fuerunt, Ac etiam lux. Nā ipse (vt testatur Ioannes) est lux vera, quæ illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū. Nec etiam ipse secundū humanitatē carni obediuit, nec portioni inferiori tribuit, quæ desiderasset, si in puris naturalibꝰ derelicta fuisset: ex quo, ipse in initio passionis suæ patrē sic orauit: Pater mi, si possibile est transeat a me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et etiam ipse cum in forma dei esset, seipsum exinaniiuit & humiliauit, patri factꝰ obediēs vsqꝫ ad mortem: mortem autem crucis. Et contra inclinationem carnis in natura derelictam, libere passus est pro generis humani redemptione. De eo dicente Elysa: Oblatus est, quia ipse voluit: & non aperuit os suum, sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suū. ꝑ sed sicut scriptū est ꝑ Psalmo. 68. ꝑ Improperia improperantium tibi ceciderunt super me ꝑ in Psalmo illo, iuxta transla. 70. interpretum, & etiam nostram, scribitur. Opprobria exprobatium tibi ceciderunt super me. Loco cuius hic dicit Apost. Improperia improperantium tibi ceciderunt super me, vbi vnum pro alio sumitur: ex quo, improperium dicitur conuictum, dedecus, iniuria, vel derisio. Etiam opprobriū dicitur vituperium, dedecus, vel derisio. Sumitur improperium aliquādo pro detractioe ꝑ improperia ꝑ cōiuita,

Ioan. 8.

Ioan. 6.

Volūtatē
nō patris
sed propriam
facere.

Ioan. 1.

Matt. 26.

Philip. 2.

Esa. 53.

detractioes, iniuria, vituperia, derisiones, maledictioes, & blasphemia. ꝑ Improperantium tibi, ꝑ O pater æternus, in me, ex quo, improperando mihi, improperant & tibi. Nam sicut qui me recipit, recipit eum qui misit me: & qui me spernit, spernit eum qui misit me. ita qui mihi improperat, improperat ei qui me misit. Ex quo, qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum, Christus enim vt hominibꝰ prodesset, & eos saluos faceret cum hominibus conuersatus, & cum peccatoribus & publicanis, sed Iudæi, ita, & inuidia obfuscati, & cōtra eū moti, sua bona acta cum improperio ei proponebant, dicentes suis discipulis. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Et in faciem suam ei dicentes: Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu, & dæmonium habes. Et postquam eiecit dæmonium mutum, & loquutus est mutus. In Beelzebub principe dæmoniorum eiecit dæmonia. Hæc, & alia improperia (vt dicit Psalmographus & etiam Apost. in persona Christi) ceciderunt super me ꝑ ex quo, in mea humanitate habuerūt effectum, & fuerunt causa oppressiōis meæ, quia Iudæi me opprefferunt, & occiderunt, quia ego innocens a peccatoribus occisus sum, quasi blasphemus, & tu qui me miseratus es exhonoras. Hæc acta sunt, quando in passione Christi adimpleta est hæc Salomonis sententia. Videamus ergo si sermones illius veri sunt, & tētemꝰ quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. Si enim est verus filius dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. morte turpissima condemnemus eum.

Matt. 10
Luc. 10.

Ioan. 5.

Matt. 9.

Ioan. 8.
Lucæ. II.

Sap. 2.

Quæcunqꝫ enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturæ spem habeamus.

ꝑ Postquam apost. ostendit in Psalmo scriptū esse Christum pro generis humani salute improperia sustinuisse :

consequenter ostendit illud pro nostra salute & ad nostrā doctrinam scriptum esse, & non solum illud, sed etiam quod scriptum est in sacris paginis dicendo.

exp⁵. tex.
ad literā.

¶ **Q**uocumque enim ¶ In libris diuinis ¶ scripta sūt ¶ De **C**H**R**I**S**T**O** vel eius corpore mystico quod est **E****C****C****L****E****S****I****A**, vel eius membris ¶ ad nostram doctrinam scripta sunt ¶ que in libris illis leguntur, ex quo, ea que scribuntur propter eos sine dubio scribuntur qui visuri sunt, & vtilitatem capturi ex his que scribuntur. Et iudgi carnales iuxta sententiam **C**H**R**I**S**T**I**, qua ipse suis discipulis dixit. Ideo in parabolis loquor eis quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Et adimpletur in eis propheta **E**saye dicentis. Auditu audietis, & non intelligetis & videntes videbitis, & non videbitis, non intellexerunt, nec vtilitatem acceperunt ex his que scripta sunt. ¶ cum vero nos in quos fines seculorum denegerunt ex scripturis vtilitatem capiamus. Ex quo, **C**H**R**I**S**T**O** nobis aperiente scripturas, eas intelligimus. Ideo ad nostram doctrinam scripta esse dicuntur quecumque in paginis diuinis scripta sunt, siue illa contineant aliqua hominibus reuelata, aut precepta siue contineant legalia, siue ceremonialia, aut moralia, aut sacramenta, aut sacrificia, aut aliqua hominum facta. Istud ita esse ostenditur.

Math. 13

1. Cor. 10

sabbati

dominica

Hebr. 4

¶ **G**enesis. 2. scriptum est dominū requiuisse die. 7. ab vniuerso opere quod pararat, & ipsum benedixisse diei .7. & sanctificasse illum Et exodi. 20. Memento vt diem sabbati sanctifices. sex diebus operaberis, & facies opera: Septimo autem die, sabbatum domini dei tui est. ¶ Istud ad nostram doctrinam scriptum est vt nobis ostendatur diē vnum in hebdomada iure diuino sanctificandum esse. Et iste dies, dies dominicus est vt dicitur de consecratione distinctione .3. capitulo Nosse nos volumus Et capitulo Celebritatem sancti pasche die dominica agi debere. Et hoc, ob memoriam resurrectionis: & ne videamur indaiare. ¶ Et etiam iuxta sententiam apo. ad hebreos diem illū & alia festa ideo sanctificam⁹, vt nosmetipsos, sanctificādo facilius possimus introire in requiē dñi, in gloriā .s. eter⁹

nam ¶ **G**enesis. 2. scribitur quod factus est primus homo adam in animam viuētem, & hoc ad doctrinam nostram, vt intelligamus alium venisse adam qui nos viuificauit dicente apo. Factus est primus homo adam in animam viuētem. Nouissimus adam in spiritum viuificantem ¶ **G**enesis. 2. scribitur. Relinquet homo patrem suum & matrem & adheret uxori sue, & erunt duo in carne vna. & hoc, ad vtilitatem nostram non solum vt intelligamus virum & mulierem mediante matrimonio effectos esse vnum corpus: sed etiam vt intelligamus animam nostram velut sponsam debere **C**H**R**I**S**T**O** vniri tanquā viro per spirituale matrimoniū: itavt ei perfecte adherēdo cum eo simus vnus spiritus. dicente apostolo. Erunt (inquit) duo in carne vna: Qui autem adheret domino, vnus spiritus est. Et supra cap. 7. Viuēte viro vocabit adultera si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir ei⁹, liberata est a lege viri: vt nō sit adultera si fuerit cum alio viro. Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corp⁹ Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis deo ¶ **G**en. 3. scriptum est serpētem decepsisse Eua, & hoc ad nostram doctrinam, vt intelligamus serpentem illum ad nos decipiendum paratum esse & vt suis aduenientibus temptationibus caueamus, ne nostri corrumpantur sensus, & ne recedamus a **C**H**R**I**S**T**O** **I****E****S****V** dicente Apostolo. Timeo autem ne sicut serpens seduxit Eua a stultitia sua: ita corrūpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate q̄ est in **C**H**R**I**S**T**O** **I****E****S****V** ¶ **G**ene. 2. scribitur dominum deum de costa Adę dormientis formasse Eua, & hoc ad doctrinam nostram vt intelligamus deū patrem de latere secūdi adx, scilicet **C**H**R**I**S**T**I** in cruce pendētis formasse ecclesiam: ex quo, in sanguine Christi effuso, & in merito passionis sue exhibite fundata est Ecclesia vna cum suis sacramentis. iuxta illud Apost. supra cap. 6. Quicumque baptizati sum⁹ in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismū in mortem ¶ **G**en. 5. scribitur Noe præcepto domini fecisse archam. & Gen. 7. eum & vxorem & filios ingressos fuisse in archam, & eos saluatos

1. Cor. 15

1. cor. 6.

2. cor. 11.

esse ab aquis diluuii, & hoc ad nostram doctrinam vt intelligamus secundū Noe. s. Christū mediante sanguine suo effuso & passi. sua exhibita construxisse ecclesiam, quę est archa, in qua si ingressi fuerimus per susceptionem sacramentorum, & obseruationem mandatorū Christi ac eius ecclesię saluabimur ab aquis diluuii, infernalis. **Gene. 12.** scribitur. Abraham exiisse ad preceptum domini de terra sua & de cognatione sua & de domo patris sui, & hoc ad nostr. doctrinam, vt intelligamus nos debere per affectionem exire de terrena habitatione nō habendo affectionem mundanam erga cognatos & parentes nec temporalia bona, sed habendo affectionem in domino deo, per spem expectando mansionem ciuitatis eternę cum Abraham, qui expectabat fundamenta habentem ciuitatē cuius artifex & conditor deus est. **Gene. 14.** scribitur Abraham, obtulisse decimas Melchisedech, qui ei protulit panem & vinum, & a quo benedictionē suscepit. Et hoc ad nostr. doctrinam vt intelligamus nos debere vero Melchisedech, videlicet spiritui sancto offerre per obseruationem decem precepta legis, & suscipere nostra probata conscientia verum panem corporis Christi. **Gene. 15.** scriptū est. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam & hoc ad nostram doctrinam vt intelligamus q̄ si ex actibus fidei habeam⁹ vnum habitum plenum, & perfectum, vt habuit Abraham reputabitur nobis ad iustitiā dicente apost. supra cap. 4. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, Quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos. quibus reputabitur credentibus in eū qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrū a mortuis. Scriptum est **Gene. 16.** Abraham ex Agar ancilla habuisse Ismael. Et 2. r. ex vxore sua libera Sarra habuisse Isaac: & Sarram dixisse Habrahę. Eūc ancillam & filiū eius. Et hoc ad doctrinam nostram vt iuxta dictum apost. **Galat. 4.** cognoscam⁹ per hos duos filios in sensu allegorico denotata esse duo testamenta: & nos esse filios non ancillę, sed liberę quā libertate Christus nos liberauit: & nos debere eicere synagogam, & eius ceremonialia. **Gene. 22.** scribitur dominum dixisse Habrahę. Benedicentur in semine

Hebre. 11

Galat. 4.

tuo omnes gentes terre, quia obedisti voci meę. Et hoc ad nostram doctrinam. vt intelligamus obedientes Christo, esse in Christo benedicēdos, velut veros Habrahę filios: dicente apostolo Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Habrahę. Habrahę dicte sunt promissiones & semini eius: Non dicit & seminibus quasi in multis, sed quasi in vno & semini tuo qui est Christ⁹. **Gen. 25.** scribitur de filiis Isaac & Rebecę Iacob & Esau. Duę gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuentur: populūq; populū superabit: Et maior seruiet minori. Et hoc ad nostram doctrinam, vt intelligamus dominum deum ab eterno aliquos predestinasse, & alios reprobasse dicente apost. supra cap. 9. Cum enim nundum nati fuissent aut aliquid boni egiissent, aut mali, vt secundū electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocatione dictum est. Quia maior seruiet minori. Sicut scriptū est. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. **Exodi. 14.** scribitur filios israel transiisse mare rubrum & aquam maris ex vtraq; parte eis fuisse pro muro. Et 16. dominū eis misisse manna de celo. Et 17. Moysen tetigisse petrā, & ex ea exiisse aquam: & hoc ad nostram doctrinam, vt intelligamus nos in susceptione sacramenti baptismi transire mare rubrum peccatorum: & per manna figuratum esse verum C H R I S T I corpus, & per petrā C H R I S T V M, de cuius latere exiuit sanguis & aqua in remissionem peccatorum nostrorum: dicente apostolo. Nolo enim vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysē baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem hiberunt. Bibebant autem de spiritali cōsequēte eos petra. Petra autem erat C H R I S T V S. Hęc autem in figura facta sunt nostri. **Exodi. 18.** scribitur Moysen consilio Ietro cognati sui sub se cōstituisse duces ordinarios: & hoc ad nostram doctrinam, vt cognoscamus aliquem tam in laico dominio q̄ in ecclesiastico ordine iudicem supremum sub quo sunt alii iudices qui

Galath. 3.

1. Cor. 10

- Mat. 23.** bus obedire debemus etiam si mali sint. Christo turbis & suis discipulis dicente: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. Omnia ergo quęcunq; dixerint vobis, seruare, & facite. secundū operauero eorū nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Exod. i. 20. scribitur præcepta decalogi data fuisse filiis Israel: & hoc, ad nostrā doctrinam, vt intelligamus hæc præcepta manere & requisita esse ad salutem, adolefcenti Christo petenti. Magister bone boni quid faciam vt habeam vitam eternam respondente in sententia vt obseruaret præcepta decalogi. Exodi. 21. 22. 23 & 24. cap. & vsq; ad 32. caput. ante reatum vituli fit mentio de iudicialibus præceptis. Et hoc, ad nostrā doctrinam, vt cognoscamus ad regimen politicę posse iudicē licite præcepta statuere quibus obedire tenentur subditi etiam si conformia sint iudicialibus veteris testamenti, nõ quia eis conformia sunt, sed quia expediunt pro tempore, & loco, & secundum exigentiam populi ac conditionem. Post reatum vituli fit mentio de sacrificiis & cerimonialibus quę consummata sunt in Christi passione quando ipse se dixit. Consummatum est. Et hæc in veteri testamento scripta sunt ad nostram doctrinam, vt sciamus hæc cessasse & in figura contigisse patribus veteris testamenti ad correctionem nostram dicente apostolo: Hęc autem omnia in figura contingebāt illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram in quos fines seculorum deuenerunt. Prophetarum prophetiæ scripte sunt, & hoc, ad nostram doctrinam, vt intelligamus dei prophetas in situ spiritu sancti loquutos fuisse, Et nos bene agere si cum humilitate attendamus spiritui propheterico dicente Petro. Habemus firmiorem propheticum sermonem cui benefacitis attendentes quasi lucernę lucenti in caliginoso loco donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: Hoc primum intelligentes q̄ omnis prophetia scripturę propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti dei homines. In sacris scripturis aliqua hominum facta scribuntur, & hoc, ad nostram doctrinam & exemplum nostrum, dicente Iacobo in sua
- Math. 10**
- Ioan. 19.**
- I. cor. 10.**
- 2. petri. 1.**

canonica. Exemplum accipite fratres exitus mali & loni Iacobi. 5. ganimitatis & laboris & paciētię prophetas qui loquuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinerunt, sufferantiam Iob audistis, & finem domini vidistis, quoniam misericors est dominus & miserator. Scripta sunt euangelia, & epistolę, & acta apostolorū, & apocalipsis. Scriptę sunt & ecclesię determinationes. Multa etiam scripserunt sancti doctores spiritu sancto inspirati. Et hoc, ad doctrinam nostram, dicente apo. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia vt perfectus sit homo ad omne opus bonū instructus. Postq; apost. dixit, quęcunq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta esse, causam subiungit propter quam scripta sunt dicens. Vt per paciētiā quam docet scriptura habendam in verbis & factis habeamus spem vitę eterne qua mediante in hac via nostras possideamus animas, dicente CHRISTO In paciētia vestra possidebitis animas vestras. Et consolationē quę est mœroris, & afflictionis alleuatio, ne nimia absorbeamur tristitia. Consolatio enim non doloris ablationem significat, sed temperantiā & quandam mitigationem. Scripturarum quę consolantur animas studiosas, ac piās. Ex quo, multa iocunda & delectabilia & afflictionem ac dolorem mitigantiā continent. Vnde Ionathas & alii dicebant. Habemus solatio sanctos libros qui sunt in manib; nostris. Spem habeamus quę mediante fide & charitate habendo certam fiduciam obtinendi gratiam in presenti, & gloriam in futuro in omni aduersitate, cum Iob corde, ore, & opere dicēdo: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Deus autem paciētię & solatii det vobis id ipsum sapere in alterutrū secundū IESVM CHRISTVM: vt vnanimis vno ore honorificetis deum, & patrem DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, Propter quod suscipite inuicem sicut & Christus suscepit vos in honorem dei.

2. thim. 3.

Lucę. 21.

Cōsolatio

I. Mac. 12

Iob. 13.

Notulę. ¶ Deus ideo dicitur deus patientię quia est dator & cōseruator, & remunerator patientię, & eorum qui patientiam habent. De eo dicēte Dauid. Nōne deo subiecta erit tiētę de⁹. anima mea. Ab ipso enim patiētia mea. Et etiam quia ipse est cum his qui virtutem patientię in se habēt. Nam vt

scribitur supra cap. 5. ex tribulatione producit patientia: & ex patientia sequitur probatio, & ex probatione, spes, q̄ non confundit eum qui sperat, quia charitas dei per spiritum sanctum diffusa est in cordibus eorum, qui patienter aduersa sustinent, & probati sunt, & sperant. Dicitur solatium, consolatio qua quis derelictum, aut solum existentem consolatur verbis, aut factis eius alleuiando mœrorē, & ne nimia absorbeat tristitia eam tēperado & mitigādo.

De⁹ quare de⁹ cōsolationis. ¶ Deus ideo dicitur deus solatii & consolationis, quia ipse est consolatio in fusor, & quia nos consolatur in omni tribulatione nostra. De eo dicente Thobia. Post tēpestatem, tranquillam facis, & post lachrymationē & fletum exultationem infundis. Et apo. Pater misericordiarū & deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et etiam quia ipse est cum his qui tribulationē patienter sustinent ipsos consolādo iuxta illud nunc allegatum. Qui consolatur nos in omni tribulatione

nostra. Idipsum sapere in alterutrum est idipsum sentire inuicem, Ita vt sicut aliquis aliquid vult sibi licite aduenire conformiter & illud idem velit aduenire proximo suo. Et sicut vult diligere proximum, ita velit diligi a proximo, ita vt fidem quam sentit in se esse spem & charitatem aut quācumq; aliā virtutē velit esse etiam in proximo suo. Et etiam proximus idem velit de quocunq; proximo, ita vt talis sit concordia vt q̄ vnus sentit, sentiat & alter. Dicitur esse aliquorum distinctorum vnū & idem os, quādo multi vnanimiter idem sapiunt, & consentiunt, & loquuntur, ita vt eorum loquutio ex conformibus voluntatibus, & sensibus, & affectibus procedat, & istud potest fieri in bonum, & in malum. In malum, quando ex vno & eodem affectu loquuntur turpia, vana, scandalosa, prohibita, aut inutilia. In bonum, quando ex vno & eodem affectu loquuntur ea, quę conueniunt, & expediūt, & q̄ deo

Distincto rū vnū & idem os.

*in malū.
in bonū.*

placent.

¶ Deus autem patientię qui ideo deus patientię dicit, quia ipse est qui patientiam immittit, & qui cum vere patientibus specialiter habitat. ¶ Et solatii qui ideo solatii deus dicitur, quia ipse viatoris ab hominibus derelicti, anxietatem mitigat, & ei consolationem confert. ¶ Sed vobis idipsum sapere in alterutrum ita vt conformes voluntati diuine existentes idem mutuo & reciproce sensitiatis. Et quia quandoq; concordia quę adiuicem conformis est, in malum tendit, subiūgit apo. ¶ Secundum I E S V M C H R I S T V M ¶ Ac si diceret si idem sensitiatis adiuicem, sicut vos talis sit cōcordia, vt quod vnus sentit, sentiat & alter, sit ille & vnus idem consensus, sit & talis concordia ¶ secundum Iesum Christum ¶ secundum voluntatem Iesu Christi & non secundum sensum vestrum. Ita vt in hoc consensu, & in hac concordia non imitentur sensualitas sed ipse Christus ita vt qui in aliquo cōcordes sunt, se conuicent Christo cum vitiis & concupiscentiis: & imitentur veritatem, bonitatem, & ceteras virtutes, quę in Christo fuerunt: & optant ac desiderant vt ita faciant eorum proximi, & adimpleant illud apost. Idem sapiatis eandem charitatem habentes vnanimes idipsum sentientes. Vigilate state in fide, viriliter agite, & confortamini. Omnia enim vestra in charitate fiant. ¶ Dicit apo. Deus autem patiens. & sola. det vo. idipsum sapere in altero, more patriarcharū (in quorū labores, iuxta dictū Christi introierunt apostoli) ac etiam prophetarū (quorum benedictiones scriptę referuntur) benedictionē tribuit romanis exorans eis dari a deo vt idipsum sapiant in alterutro. ¶ Isaac filiis suis Esau & Iacob benedixit. ¶ Iacob. 12. filiis suis patriarchis benedixit. ¶ Moyses benedixit duodecim tribubus filiorū israel. Ita & hic apo. Isaac, Iacob, & Moysen imitatur Romanis benedictionē tribuit vt gentium prælatus, optans & desiderans inuocato deo patientiæ, & consolationis & eius adiutorio vt Romani eius subditi ac etiam alii Christicolæ Romę habitantes a deo p benedictione susciperent, vt talis esset inter eos concordia, vt quod vnus secundum I E S V M C H R I S T V M sentiret

phianis

Philip. 2.
1. cor. 16

Ioan. 4.

Gen. 27.
Gen. 48
& 49.
Deu. 33.

etiam sentiret, & alii: & quomodo omnes adiuvem conformes
& concordantes essent iuxta voluntatem IESV CHRISTI. Et ex hoc facto apostoli credo prelatos in maiori
missa & vesperis, & praecipue cum in publico officio des-
cantant post adiutorium domini inuocatum, assistentibus
conferre benedictionem his verbis aut consimilibus. **B**e-
nedictio dei patris descendat super vos & maneat semper
Rationem propter quam sic benedixerit suis subditis apo-
stolus subiungit dicens **E**t vnanimis vno ore honorifice
tis deum & patrem domini nostri IESV CHRISTI. Et propter eandem rationem credo ecclesiam instituisse
ut prelati suis subditis benedictionem conferrent. Nam cum
in publico benedictionem conferunt, haec debere esse vi-
detur eorum intentio. **E**t vnanimis vnum & eundem ani-
mum & affectum & sensum habentes conformiter ad dei
voluntatem **E**vno ore vnâ simili vocis laudatione. Ita ut
& si multi sitis, idem tamen vnanimi consensu sapiatis, &
cōsentatis, & ore proferatis: ea scilicet quae cōueniunt, & ex-
pediunt, & deo placent. **H**onorificetis Deum Trinum
& vnum honorando personam spiritus sancti quae a pa-
tre & filio procedit, & **C**H R I S T V M qui deus est &
homo, & primam in diuinis personam de qua hic dicit
apostolus. **E**t patrem domini nostri IESV CHRISTI qui
eum qui in veritate essentiae deus est, & in personali pro-
prietate secundum naturam diuinam est pater **C**H R I S-
T I. ex quo **C**H R I S T V S qui est dei filius, est a
patre eternaliter genitus: & secundum naturam assumptam
est **C**H R I S T I pater, & deus. **I**deo pater, quia natura
humana a filio assumpta, a patre creata est. **I**deo deus, quia
omnium creaturarum deus est. **N**atura humana est crea-
tura. Secundum vero naturam diuinam non est deus Chri-
sti, ex quo, **C**H R I S T V S secundum diuinitatem coeternus
est patri consubstantialis, & coequalis. **P**ropter quod
decus honoris quo deus a vobis vnanimiter, & concorditer
honorandus venit in semetipso, & in suis creaturis, &
membris. **E**t suscipite inuicem tanquam vnus patris fratres.
Ita ut vnus alium non abiciat aut scandalizet causa mundo-
rum vel immundorum ciborum, aut quouis alio modo: sed vnus

sustineat ea quae sunt alterius sicut & vult se quantum cha-
ritas permittit sustineri in omni charitate, & pietate mu-
tuo inuicem consulendo, consolando, succurrendo, & cæ-
tera misericordiae opera corporalia ac spiritualia impede-
do, iuxta illud apostoli. **C**orripite inquietos, consolamini pu-
sillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.
Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper
quod bonum est, sectamini in inuicem, & in omnes. **S**icut
& Christus suscepit vos sub alis suae protectionis: ita ut
nullius invidiositatis horruerit, sed quemlibet sub sua pro-
tectione, & cura suscepit volens filios israel congregare
quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. **E**t
quemlibet qui suam salutem cupit, & sitit imitando ut ad
eum veniat. **I**psa dicente. **S**i quis sitit, veniat ad me, & bibat.
In honorem dei suscepit vos Christus: quoniam ad
hoc homines suscepit ipse ut iuxta eius preceptum luceat
eorum opera, ut & videant assistentes opera bona, & glo-
rificent patrem aeternum qui in caelis est.

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse
circumcisionis propter veritatem dei, ad confir-
mandas promissiones patrum: gentes autem
super misericordia honorare deum. Sicut scri-
ptum est. Propterea confitebor tibi in genti-
bus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum
dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum.
Laudate omnes gentes dominum, & magni-
ficate eum omnes populi. Et rursus Esayas ait
Et erit radix Iesse: & qui exurget regete gen-
tes, in eum gentes sperabunt.

Notulae.
Circumcisio carnalis, est & circumcisio spiritualis. **C**ircumcisio carnalis, est ablatio pelliculae a membro virili cum culto lapideo. **C**ircumcisio spiritualis est ablatio nebulae erroris. **C**ircumcisio spiritualis est ablatio vitiorum mediante petra de qua scriptum est:

omne
benedictio
pater
in 3io:

1. thess. 5.

Mat. 23.

Ioh. 7.

Math. 5.

I. Cor. 10 Petra autem erat Christus: Et mediante gladio verbi dei,
 Hebræ. 4 de quo dicitur. Viuus est enim sermo dei, & efficax, &
 penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque
 ad diuisionem anime ac spiritus, compagū quoque, ac me-
 dullaum, & discretor cogitationum, & intentionum cor-
 dis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius.
 Cur chri- Ideo dicitur Christus minister circuncisionis, quia apo-
 stus dicitur stulus, & predicator fuit eorum qui sunt ex circūcisi-
 minister onis.
 circūcisi-
 onis.
 Math. 15 ¶ Dico enim, ego Paulus seruus Iesu Christi, vocat⁹
 expō. tex. apostolus, qui Euangelium quod euangelizatum est a me
 ad literā. non ab hoīe accepi, neq; didici, sed per reuelationē Iesu
 Galat. 1. Christi, & exinde mihi indubitāter credēdū est, quia i me
 2. Cor. 13 loquitur Christus, ¶ Iesum Christū ministrum fuisse cir-
 cuncisionis ¶ & hoc, quia predicator atque apostolus fuit
 Math. 15 iudæorum, quibus seipsum dum in terris esset in persona
 propria exhibuit, & ad quos specialiter se missum ipse testa-
 tur ¶ propter veritatē dei ¶ cōprobādā & cōplēdā, vt ver-
 itas dei promittentis cōprobaretur, & verax de⁹ ostēde-
 retur in promissorum adimplētionē, quibus loquutus fue-
 rat, Abrahę scilicet & David, eis promittens quod ex eorū
 Galat. 4. femine Christus venturus esset: iuxta cuius promissionem
 misit pater: at vbi venit plenitudo temporis filium suum
 factum ex muliere, factum sub lege. ¶ ad confirmādas ¶
 ad approbandas, & adimplendas ¶ promissōes patrū ¶
 promissiones patribus veteris testamenti factas ¶ Nam dei
 promissiones, & præcipue q̄ præcesserunt Christi aduentū
 Israelitis factę fuerunt, & ad eos spectabat de Israelitis di-
 cente apostolo supra cap. 9. Quorum adoptio est filiorū
 & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium &
 Gene. 22 promissa ¶ Promisserat deus Abrahę quod ex femine ei⁹
 2. Reg. 7 descenderet Christus ¶ Et similiter Davidi, quādo iussu do-
 mini dixit ei Natham propheta. Cumque fuerint comple-
 ti dies tui & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semē
 tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo reg-
 num eius, ipse edificabit domum nomini meo, & stabili-
 siliam thronum regni eius vsque in sempiternum ¶ De hac

promissōe postea dixit David. Iuravit domin⁹ David ve-
 ritatem, & non frustrabitur eum de fructu ventris tui po-
 nam super sedem tuam. In hoc fructu qui descendit ex se-
 mine David complete sunt omnes promissiones patribus
 factę dicente apo. Quotquot enim promissiones dei sunt
 in illo est. (In illo scilicet Christo) est omnium promissionū
 adimpletio, quia in ipso impletū est quicquid pro nostra
 salute prophetatum est, & in ipso omnes promissiones fa-
 ctę patribus verificatę sunt, & complete & firmitate, & ip-
 se eas impleuit & confirmauit quando adueniente pleni-
 tudine temporis missus est a patre & factus est ex mulie-
 re quę erat ex progenie Abrahę & David & quando ipse
 presentia corporali se iudæis exhibuit, eos instruendo. ¶ Et
 postquā iudæis se sic exhibuit & passus est adimpletum est
 illud dauid, Misericordia & veritas obuiauerūt sibi: Intel-
 ligatur simul conueniunt in persona Christi, ad diuersos
 tamen. ¶ Veritas ad iudæos, & in terra iudæorum. ¶ Miseri-
 cordia ad gentes & in terra gentium. ¶ Hęc cognoscens a-
 post. postquam dixit, Dico enim Iesum Christum ministr.
 fuisse circūci. propter veritatē dei ad confir. promiss.
 patrū immediate subiunxit, ¶ Gentes autem super mi-
 sericordia honorare deum ¶ hec ait apo. ita vt cōformiter
 ad Psalmistam dicat Christum suscepisse iudæos propter
 veritatē dei, & gentiles propter misericordiam. ¶ Ideo iu-
 dæos propter veritatē dei, quia eis (vt ait apo. supra cap.
 3.) creditā erant eloquia dei, seu sermones dei quos israe-
 liticus populus ante Christi aduentum ex ore dei audiu-
 it aut ex ore suorū prophetarū & etiā quia eis promissōes
 a deo factę fuerant quę complete sunt in Christo, qui ex
 eorum carne descendit, sicut eis promissum fuerat. ¶ Ideo
 gentiles propter misericordiam, quia ipsi ex sola misericor-
 dia, a C H R I S T O vocati sunt, hic dicente apo. ¶ Gē-
 tes autē super misericordia. ¶ Ideo super misericordia vo-
 cati sunt gentiles, quia eis non erant creditā eloquia dei
 ante Christi aduentum, ex quo, tunc non acceperunt ser-
 monem ex ore dei procedentem, nec ex ore suorū pro-
 phetarum. ¶ Nam ipsi tunc conuerterant se ad diaboli cultū
 nullāq; promissionem diuinitus acceperāt, & nullū iustū

Psal. 84.

Q

tiæ meritum habebant. & exinde eos vocauit Christ⁹ per
 suos Apostolos, & eorū successores ex sola misericordia
 ac si eis dixisset, aut diceret. Vocate & istos gentiles longe
 fugitiuos, qui longe a me steterunt. Vocate eos, ipsi inue-
 nient me querentem eos. Ego eorum miseriam subleuare
 volo. ¶ honorare deum ¶ gentes post eis promulgatum
 euangelium, & pietatem & gratiā a deo ex sua misericor-
 dia modo nunc suprad. eis impensam & collatam, gratias
 deo agere debent, & eum latræ cultu honorare. [Et si mo-
 do supradicto Iudei propter veritatem dei sint a Christo
 suscepti] & gentiles propter misericordiā iuxta nunc ante-
 dicta, & istud Dauid. Vniuersæ viæ domini misericordia
 & veritas. [Non tamen sic ascribitur vocatio Iudæorum di-
 uinæ veritati, vt omnino excludatur misericordia, ex quo
 Apost. ex Iudæis natus in sua vocatione misericordiā con-
 sequit⁹ est cū de seipso dicat: Qui pri⁹ blasphem⁹ fui, &
 persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam dei cōse-
 cut⁹ sum, quia ignorās feci in incredulitate, sed ideo mise-
 ricordiā cōsecutus sum, vt in me primū ostēderet Christ⁹
 Iesus omnē patiētīā ad informationē eorū: n̄ qui creditu-
 ri sunt illi in vitam æternam.] Et etiam quia hoc ipsum mi-
 sericordiæ fuit quod deus patribus promissiones fecit de
 Christo ex eorū genere nascituro, & de posteriorū suorū
 salute. [Nec etiā sic attribuitur vocatio gentiū diuinæ mi-
 sericordiæ, vt omnino excludatur diuina veritas: & hoc, q̄a hoc ipsum
 ad diuinā veritatē pertinebat q̄ p̄positū suū de saluatione
 gentium implet qd̄ dicit Apo. Esse in deo sacramentum
 a seculis absconditū. ¶ Sic: scriptū est ¶ Psal. 17. ¶ Pro-
 pter ea cōfitebor tibi in gentibus dñe, & nomini tuo cātā-
 bo ¶ in Psalmo suprad. hæc apo. sentētia scribitur parua
 immutatione habita non sensus, sed sermonū. Nā illic iux-
 ta transla. 70. & etiam nostrā scribitur. Propterea confite-
 bor tibi in nationibus dñe, & nomini tuo Psalmsū dicā.
 [Hic loquitur apost. cōformiter ad Psalmsistam in persona
 Christi ad patrem, ac si Christ⁹ patri diceret iuxta ea quæ
 in Psalmo illo ponit Psalmsista. ¶ Propterea ¶ his de cau-
 sis, q̄a tu de⁹ pater das vindictas mihi de Iudæis, & subdis
 populos, gētes sub me, tu (dico) q̄ pater me⁹ es liberator
 me⁹ es, de inimicis meis iracūdis, de Iudeis, cū iracūdiā

Psal. 24.

I. Thi. 1.

Ephē. 2.

passione mea clamantibus: Crucifige crucifige eum, & a
 insurgentibus in me patienter sustinentē pœnas & mor-
 tem, exaltabis me resurgentem, & in cælum ascendentem
 & a viro iniquo, a filio scilicet perditionis, ab homine pec-
 cato, ab antichristo, cuius aduentus erit secundum ope-
 rationem satanæ in omni virtute signis & prodigiis men-
 dacibus eripies me in membris meis. [Nā licet cum ve-
 nerit ille aduerfetur & extollatur supra omne quod dici-
 tur deus, ita vt in templo dei sedeat ab eo iuxta vires abro-
 gato Eucharistiæ sacramento a Christo instituto, & osten-
 dat se tanq̄ sit deus, ab eo omni ecclesiastica potestate spre-
 ta, & in nihilum deducta.] attamen o deus pater ¶ confite-
 bor tibi in gentibus ¶ ex quo, tunc plenitudo gentiū sub-
 intrabit in legem Christi, & omnes gentes vnus efficien-
 tur populus deo obediens & confitens peccata sua, & etiā
 deū confessione laudis, quos sic confiteri faciet Christus.
 ¶ & nomini tuo ¶ pater æterne [cātabo] in gentibus. [ex
 quo, faciam gentes tunc cantare, non solum quantum ad
 vnam eorum partem, ex quo, magna eorum pars a pro-
 mulgato euangelio te confessus est, & tibi cantauit, sed etiā
 & quo ad omnem suam congregationem, ex quo, tūc om-
 nes gentes cantabunt, tibi canticum quod existit in exalta-
 tione spiritus renouati. Et adimplebit illud Dauid. Cātate
 dño canticū nouū. cātate dño oīs terra. Cātate dño, & be-
 nedicite nomini ei⁹, annūciate inter gentes gloriam eius,
 in omnibus populis mirabilia eius. dñs de⁹ in gentib⁹ cō-
 fitetur, & cantat sicut & ipse in eis loquit & in aliis mem-
 bris suis. Nā sicut cōformiter ad dictum Christi, quo ipse
 suis discip. dixit. Nō em̄ estis vos qui loq̄mini, sed spūs p̄ris
 v̄i qui loquit in vobis. [Spūs sanct⁹ dicit ideo in membris
 Christi loq̄, quia ipse eorū voluntatem & linguā mouet, &
 eis tribuit quid loqui debeant, ita vt voluntarie conformi-
 ter ad motū spiritus sancti loquatur.] ita Christ⁹ dicitur cō-
 fiteri patrē in gentibus, quia ipse facit vt gentes ipsum cō-
 fiteatur cōfessioe laudis, suis p̄cis deo cōfessis ¶ & ita etiā
 dicit Christ⁹ patri in gentib⁹ cantare, quia ipse facit nos
 paterno gētes cātare i exaltatioe spūs renouati & hoc, q̄
 ille cātare dicit in nobis, cuius grā cantat in nobis, & grā.

Ioā. 19.

2. Thef. 2

Psal. 95.

Math. 10

ria Christi sic in nobis cantare dicitur ut intus in corde sit gaudium ubi vox laudis est: mediante qua toto corde, tota anima deo diligitur: ita ut ex ardore inflammationis gratiae Christi, qua accedit cor, vox oris exterior cum exaltatione deo cantet. Et iterum dicitur scriptura de gentibus, secundum aliquos Esaya. 34. ista. Letabitur deserta & inuia, & exultabit sollicitudo, & florebit quasi liliū secundum alios Esaya. 9. Letabuntur coram te sicut qui letantur in messe, sicut exultant victores capta praeda, quando diuidit spolia. Secundum alios Deutero. 32. in cantico iuxta translationem nostram. ista. Laudate gentes populum eius. Loco cuius in eodem cap. iuxta transla. 70. interpretum scribitur, Letamini gentes cum populo eius. Quam illarum sententiarum hic adducat Apo. non expresse scribitur, videtur tamen esse vltima: & hoc, quia Apost. eam expresse allegat, hoc dempto, quod loco de ly populo, ponit plebe: & etiam quia teste Origene in hoc capite super authoritate Esayae statim adducenda, in omnibus pene Apostolus aditionem. 70. interpretum tenet, nisi quia forte ei quae exequitur assertioni minus necessaria videntur, aut si quando non tam verbis interpretum, quam sensibus scripturae ut vult sua enunciatione prolatis. Et Letamini gentes et gentiles ad Christum conuersi, & ad eius fidem cum plebe eius et cum Iudaeis qui ante incarnationem fuerunt populus peculiaris domini: & qui circa finem seculi ad Christum conuertentur, dum plenitudo gentium in fide Christi subintraverit: & tunc ex omnibus gentibus, & ex omnibus Iudaeis fiet vnum ouile, & eorum omnium vnus erit pastor. Et iterum dicitur scriptura. s. David Psal. 116. Laudate dominam omnes gentes, & magnificate eum omnes populi. In Psal. allegato ita legitur nisi quod ibi per magnificate ponitur laudate iuxta transla. 70. & etiam nostram, quae est Hieronymi Laudate et laudem date domino deo ei laudes gratiarum, referendo corde, ore, & opere Omnes gentes et ad Christi fidem vocatae et dominum et qui vos gentiles siue barbaros, siue Graecos, siue Latinos per suam gratiam ad suam fidem vocauit, & plebs suae numerum auxit cum Iudaeis conuersis gentiles coniungendo, ex eis per vni-

cam, fidem populum vnum constituendo et magnificate et magnifice honorate, & verbis & factis magni esse ostendite Omnes populi et duodecim Iudaeorum scilicet tribus, & omnes familiae Israel, ita ut vna cum gentibus veraciter dicere valeatis illud David: Nos populus pascuae eius & oues manus eius. Populus enim dicitur multitudinis coepta rationabilis iuris consensu, & utilitatis consensione sociata. Et rursus et iterum Esayas ait et. II. cap. Et erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Hic Apo. est imitatus transla. 70. ommissis autem in primis duobus sermonibus, i. in die illa, & in vltimis, & erit requies eius honor, ex quo, illic apud. 70. scribitur. Et erit in die illa radix Iesse, & qui consurgit ut princeps sit gentium. In ipso gentes sperabunt. Et erit requies eius honor. Et cum illic dicatur. Et erit radix Iesse, capitur illic qui confurgit, pro et qui confurget, vel exurget. Et etiam quia cum ad principem gentium spectet regere gentes, aequivalere videntur, qui confurgit ut princeps sit gentium, & qui exurget regere gentes, etiam ab apostolo. sententia, Esaya hic allegata non recedit sententia qua in supradicto capite Esaya. (II. scilicet) secundum nostram translationem quae est Hieronymi habetur. In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Istud ita esse ostenditur. Et erit radix Iesse scilicet Isay, qui fuit pater David. Erit ipse (inquam) radix genealogiae regalis, & hoc, quia sicut radix sub terra latet, & super terram non apparet, attamen ex eo procedit truncus arboris, & rami, & flos, & fructus. Ita etiam Iesse seu Isay, homo popularis fuit: & ista de causa, sub terra latuit, & ex eo processit David tanquam truncus arboris genealogiae regalis, & hoc, quia ab eo tanquam primo rege processerunt reges & duces, qui fuerunt rami eiusdem arboris. Et Maria, quae fuit vna virga arboris, & Christus qui fuit flos, & fructus arboris, dicere Esaya. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Vere dicitur Christus flos, & hoc, quia sicut flos procedit ex virgulo absque corruptione virguli, sic Christus conceptus est ex virgine, ipsa manente intacta. Et sicut ex flore procedit fructus, sic ipse Christus

Psal. 94.

Populus.

1. Reg. 16

Esaya. II.

Gef. 3.

Math. 18

Ioan. 20.

*Notus
sarcoph*

Notus
De^o spei.

Expō. tex
sus ad lite
ram.

nobis effectus est fructus quo redempti sumus, & quo sustentamur, & regimur, & sine quo, in gratia viuere non valemus ¶ Et qui ¶ Christus qui processit ex radice Iesse, & ex David illius radicis trunco, & ex ramis, ex regibus scilicet, & ducibus qui descenderunt ex David. Et etiam processit ex Maria que fuit virga illius arboris a qua contritum est caput serpentis, scriptura dicente. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum ¶ exuget ¶ ipse Christus propria virtute extra sepulchrum quod fuit, & erit gloriosum, & ascendet in celum, & suis discipulis spiritum sanctum mittet, post cuius ascensum, & spiritus sancti missionem manifestabitur esse ille, qui debet ¶ Regere gentes ¶ quas dum conuerse fuerint, & efficaciam sanguinis Christi effusi susceperint, per seipsum mediante fide charitate formata reget, & per prelatos ad eos missos quibus super ecclesiam ex gentibus congregatam, a Christo est collata autoritas per ipsum Christi verbum ad eos. Amen dico vobis Quicumque alligaueritis super terram erunt ligata & in celo & quecumque solueritis super terram erunt soluta & in celo. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis & quorum retinueritis retentantur sunt. ¶ In eum ¶ Christum, qui stat in signum populorum faciens eos venire in cognitionem sui, & proprie conscientie ¶ gentes ¶ ad Christum conuersę ¶ sperabunt ¶ Ipsum in hac via cum humilitate deprecando vt eorum misereatur, & in ipso tanquam in finali obiecto desiderium ac spe ponendo. De^o aut spei repleat vos oī gat deo & pace in credēdo, vt habūdetis ī spe, & virtute spūcti. ¶ ¶ Ideo deus, dicitur deus spei, quia in eo solum tanquam in obiecto finali, & beatifico sperandum est, & quia ipse est qui nobis spem tribuit, & qui eam in nobis conseruat, & qui pro ea nos remunerat, & etiam quia speciali modo habitat cum his qui in hac via debito modo sperant, vt sperandum est. ¶ ¶ Deus autem spei ¶ ex hoc quod ipse apo. immediate dixerat in Esaya scriptum esse Et in eum gentes sperabunt occasionem sumpsit, vt Romanis velut eorum prelati daret benedictionem dicendo deus au

*beno
Sarcoph*

tem spei repleat vos &c. ita vt si scriptum fuisset in Esaya. Et in eo gentes credent, adiecisset sine dubio. Deus autē fidei, & exinde quia scriptum est: In eo gētes sperabūt, adiecit ¶ Deus autem spei ¶ deus spei, dicitur deus, quia beatorum & viatorum finale est obiectum eorumque remunerator, sine quo vera spes haberi nequit, ¶ sic apōst. vt gentium prelati benedictionē tribuēs romanis, & ceteris Christianis inuocant super eos qui vt sperandum est in deū sperāt benedictionē a deo, a quo eis benedictionis munus precatur augeri. ¶ Est autē benedictio huiusmodi vt repleatur omni gaudio & oī pace ¶ repleat vos ¶ in hac via inchoatiue, & in patria terminatiue ¶ oī gaudio ¶ spūali quod consistit in certa & delectabili expectatione futuri gaudii de quo dicitur Gaude te in domino semper ¶ ille in hac via dicitur habere omne gaudium spirituale, qui futuri gaudii, seu future beatitudinis eterne habet certā, & delectabilem expectationē iuxta meritorum suorum quantitatem. ¶ ita vt in tot gradibus sit intensa hęc future beatitudinis expectatio. ¶ quātis gradibus si decederet, haberet beatitudinē iuxta proportionē grę sibi collatę, & meritorum suorum, & qui habēdo talē spē nō contristatur cū alio litigādo, sed de pfectu suo & suorum proximorum gaudet, & letatur ¶ ille in patria dī habere oē gaudiū q mediāte dei clara visione, fruitione, & tentione in dño gaudet & letatur ¶ & pace ¶ & iterna mētis trāquillitate, & cōcordia, & amore fraterno, ¶ in credēdo ¶ per fidē q̄ per dilectionē operatur. Ille in hac via dicitur habere oēm pacē ī credēdo, ¶ cū pfecta mētis trāquillitate reconciliat deo patri se submit tēdo oī potētę ei⁹, & Chō vnigenito patris filio, se cōcru cūfigēdo Chō cū vitis & cōcupiscētis, & passiōis ei⁹, & assumendo virtutes que in Chō fuerunt, & spū sancto se se emūdando ab oī iniquitate ¶ ita vt corā deo trino ī personis & vno in essentia efficiat vas sc̄m ¶ Rationē ppter quā super eos qui vt sperandum est, ī deū sperāt inuocant deū spei, & eis cōtulit benedictionē suprad. subiūgit dicēs ¶ vt habūdetis in spe ¶ future remuneratiōis abundantiore & maiore spē habēdo, & de v̄tute in v̄tutē p̄ficiēdo, & mediāte actu spei in hac via certius atq̄ auidius foelicitatē futuram expectādo ¶ Est ei spes certa expectatio future beatitudinis Spes.

Phil. vii.
Habere
oē gaudiū
spūale in
hac via.

Habere
oēm pacē
in hac va.

¶ Et virtute ¶ in gratia in efficacia, & fortitudine bonæ operatiōis siue internæ siue externæ ¶ Spiritus sancti ¶ quā dat Spiritus sanctus repleamini habundantius gratia: & efficaciam, & fortitudine, vt ad omnia deo grata sitis vigiles & robusti ¶ Qui enim firmiter credit fide quæ per dilectionem operatur, & in domino delectatur, & pacem habet cum deo, virtute spiritus sancti munitur, & habundat in spe, & separari nequit a charitate Christi: de seipso & ceteris apostolis dicente apost. supra cap. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? & quæ illic sequuntur.

Certus sum autem Fratres mei, & ego ipse de vobis quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, vt possitis alterutrum monere.

Notule

¶ Apostolus more boni prelati malos correxit, vt videri potest supra cap. 1. & 2. Discordias quæ erant inter gentes & Iudeos extirpare curauit, vt videri potest supra cap. 3. & 4. Infirmos non esse scandalizandos, sed supportandos instruxit & docuit, vt videri potest cap. precedenti. ¶ 14. Hic bonos & virtuosos plenos esse bonitate, & omni scientia ad quos fit sermo, confirmat: vt de bono iam melius proficiat. Idem fecisse Corinthiis legitur, quod sic eius scriptura testatur. Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo, & in omni scientia.

1. cor. 1.

Expō
tuz ad li
teram.
Math. 7.

¶ Certus sum autem ¶ certitudine reuelationis a deo mihi factæ, & etiam certitudine proueniente ex cognitione operum vestrorum de qua Christus dixit. A fructibus eorū cognoscetis eos. ¶ Fratres mei ¶ qui ideo dicti estis fratres mei, quia vos & ego vnum patrem habemus deū, & vno baptismo renati sumus ex aqua & spiritu sancto, & vna & eadē fide quæ per dilectionē operatur, credimus in deum. ¶ Et ego ipse ¶ qui ita loquor, quia non ego solus sum dilectione, sed & vos pariter, & de vobis ¶ ita esse certus sum ¶ quoniam & ipsi ¶ vos Romani, & Romæ habitantes, ad quos hic meus dirigitur sermo, vna mecum

1. Cor. 15

¶ pleni estis dilectione ¶ dei, & proximi. & hoc, quia secū dum conditionem status vestri, & exigentiam huius viæ, dilectione, & quantum requiritur ad salutem, habetis dilectionem dei, & proximi, quæ desideratis non solū vobis, sed & aliis professe. Et si in hac via dicat quis plenus dilectione. Ille qui habet dilectionem dei & proximi quantum requiritur ad salutem & conditionem sui status, & exigentiam huius viæ. Nullus tamē in hac via simpliciter plenus est dilectione, & hoc, quia ille dicitur simpliciter plenus dilectione, qui conformiter ad dei voluntatem sic diligit deum & proximum, vt in sic diligendo non possit amplius in charitate proficere: & homo quādiu est in hac via semper potest in dilectione amplius, & amplius proficere. Beatus vero in patria deum clare videns, & deo fruens, sic deum diligit vt amplius nō possit in charitate proficere. Et ista de causa dicitur simpliciter plenus dilectione ¶ Repleti ¶ vos Romani, & Romæ habitantes ad quos hic meus dirigitur sermo vna mecum estis ¶ omni scientia ¶ humana, & diuina & veteris & nouæ legis ad salutem necessaria. Et si in hac via dicatur repletus omni scientia ille qui cognitionem habet veteris & noui testamenti, qui diuina, & humana cognoscit iuxta gradū perfectionis suæ & statū sui, ita vt habeat omnem scientiam quam stante tali dispositione congrua & honesta in qua est, habere potest & mediante tali scientia quærat media, & adimpleat ea quæ ad sui & proximi salutē sūt necessaria, proximum suū de sua salute monendo & instruendo, & quicquid aliud ad salutem necessariū est adimplendo. Nullus tamen in hac via dicitur simpliciter & perfecte habere omnem scientiam, seu repletus omni scientia. & hoc, quia ille dicitur simpliciter & perfecte repleti omni scientia, & habere omnem scientiam, aut qui omnia cognoscit presentia, præterita, & futura. Ita vt nihil de nouo possit cognoscere: ita vt nihil sit, nec fuerit, nec possit esse quin illud cognoscat. Et hoc modo nullus purus homo, sed solus deus dicitur habere omnem scientiam & repleti omni scientia, aut qui deum cognoscit, eū clare videndo, & creaturas in verbo: & qui sic cognoscit ea, quorū cognitionem habet, vt ei non sit opus labore &

In hac via
repletus omni
scientia,

exercitio ad habendum cognitionem ¶ vt possitis alteru-
trum monere ¶ vos mutuo exhortado. Nam in tantum
didicistis, vt mediante doctrina, & scientia possitis inuicē
alterutrum monere, & exhortari. Et qui hanc scientiam
habent, ad id precipue tenentur, dicente apostolo. Verbu
Colloc. 3. Christi habitet in vobis habundanter in omni sapientia,
docentes, & commonētes vosmetipsos. Etiam ex quo vni-
Ecclesi. 17 cuiq; mādaui deus de proximo suo. Vnicuiq; enim adu-
to proximum suum monere, & exhortari expedit, si id fa-
cere possit.

Audacius autem scripsi vobis fratres ex par-
te tanquam in memoriam reducens propter
gratiam quę data est mihi a deo vt sim minister
Christi Iesu in gentibus sanctificans euange-
lium dei, vt fiat oblatio gentium accepta &
sanctificata in spiritu sancto.

Notatē

¶ Hic dicens apostolus Propter gratiam quę data est mi-
hi a deo, per gratiam intelligit sapientiam & sciētiam si-
bi a deo datam, & etiam fortitudinis virtutē qua ipse zelo
1. corit. 9. & 2. cor. 11. dei ductus sic Christum euangelizauit vt etiam ab his in-
quibus verbum dei seminabat sumptus non acciperet. Ille
dicitur minister Christi qui ministerium aliquod Chri-
sti, gratia exempli aut apostolatus, aut discipulatus, aut pre-
laturę exercet, vti debet implendo Christi preceptum in
verbo, opere, & doctrina. Iuxta illud apost. Deuitates hoc
2. Cor. 8. ne quis nos vituperet in hac plenitudine quę ministratur
a nobis in domini gloriam, prouidemus enim bona non
solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Ille dici-
tur sanctificare euangelium dei, qui euangelium sanctum
esse demonstrat, ipsum absq; errore, & mendacio, & adu-
lacione, & offuscatione predicado ad honorem dei & ad
utilitatē proximi & ecclesię, ita vt id quod ore predicat sā-
cta cōuersatione exornet nō suā quærendo laudē, sed dei.

Expō tex-
tus ad lite-
ram,

¶ Audacius autem ¶ ego paulus Christi aposto. quam
multi alii, & ex magna fiducia ac cum seueritate ¶ scripsi
vobis ¶ Romanis hanc epistolam. ¶ Fratres ¶ mei spiri-
uales ¶ Ex parte ¶ dei ad id faciendum me monentis &

ecclesię, ac Christifidelium perfectorum ad op⁹ istud me
inducentium: & sic inductus non omnia quę scio vobis
scripsi, ex quo, raptus sum, vsq; ad tertium celum, & audi-
ui archana verba quę non licet homini loqui: sed partem
eorum quę cognoui, & etiam eorum magnam partē &
alta mysteria, Ex quo, id faciendum iudicauit conueniens
esse ad vestram, ac aliorum salutē, & quare id fecerit apo-
stolus subiungit dicens, Tanquam in memoriam ¶ in actualē
considerationem eorum quę habitualiter factis aut audi-
uistis ex quo, inter in hoc seculo viuentes, scientes legem
estis. ¶ vos reducens ¶ vos memores faciendo eorum quę
credere & agere debetis. Id fecit apostolus nos instruens
dare sapiētī occasionem bene agendi, & eum si expediat
arguendi & docendi conformiter ad istud Salomo. dictū.
Argue sapientem: & diliget te. Da sapienti occasionem, &
addetur ei sapientia. doce iustū, & festinabit accipere. Cur
autem id scripserit Romanis apost. subiungit dicens ¶ Pro-
pter gratiā ¶ sapientię, & sciētīę & virtutis fortitudinē, &
apostolatus autoritatē, ¶ quę data est mihi a deo ¶ qua
ego sicut & alii apostoli ad apostolatū a deo vocatus sum,
& qua nō imperitus fui scientia ¶ vt sim minister Christi
Iesu in gentibus, ¶ data est mihi gratia sapientię, & sciē-
tię, & virtutis, & fortitudinis, & apostolatus autoritatis,
vt exerceā ministerium Christi Iesu & exerceō cū auda-
cia ac fiducia vobis scripsi quę credere & agere debetis &
in memoriā reduxi, quę habitualiter cognoscebatis, & qđ
vobis aliquādo dictū fuerat, & id feci vt sim mīster Chri-
sti non fictus, sed verus, non solum noīe, sed & re in vobis
iuxta autoritatem a deo mihi collatam ministeriū apo-
stolatus exerceō verbo, opere, & doctrina ¶ sanctificans
euangelium dei ¶ sanctificauit enim apost. euangelium dei.
ex quo, ipsū predicatiōe, scriptura, doctrina, & opere, san-
ctū esse ostendit ad nominis Christi exaltationem, & suę
ecclesię vtilitatē, eiusq; mēbrorū. Rationē vnā propter quā
apost. sic sanctificauit euangelium subiungit dicens ¶ vt fiat
oblatio ¶ seruitus & obidientia ¶ gentiū ¶ ad Christū cō-
uersarū tanq; ei acceptabile sacrificiū. Ita vt oblatio quā ip-
sū hūilitate & obediētia se deo offerret, aut quā ego gētes

2. cor. 12.

Prou. 9.

2. cor. 11.

offeram, sit ei accepta gratia & placēs per fidem, spem, & charitatem ¶ Et sanctificata ¶ per gratiam gratum facientem qua eos gratos esse deo, opto, & desydero ¶ In spiritu sancto ¶ qui mediante sua cooperatione, virtute, & gratia sic deo patri & filio & sibi ipsi Christi fideles acceptos reddet & sanctificatos. Desiderauit apo. tanquam verus **C H R I S T I** minister Romanos, & ceteros gentiles quorum ipse erat apost. deo offerre oblationem sibi acceptā, & sanctificatam in spiritu sancto, vt iuxta adimplerentem sui ministerii in re figurata adimpleret figuram, qua in Leuitico scribitur quod hostia deo offerenda ex mundis animalibus esse debebat, nullam habens maculam, nec in oculo, nec in auribus, nec in pedibus, aut alio loco, & an haberet maculam perspicere debebat pōtifex. Et istud suum desiderium referens & declarās. dicit se cū audacia & fiducia scripsisse partem eorum quæ cognoscebat vt suos in memoria reduceret. Ea igitur quæ cognoscebat, & credere & agere debebant, eis scribebat: vt ipsi se ipsos oblationem deo acceptam, & in spiritu sancto sanctificatam offerrent. Et vt ipse eos veraciter deo offerret tanq̄ hostiā deo acceptā & a spiritu sancto sanctificatam.

Habeo igitur gloriam in christo Iesu ad deū. Non enim audeo aliquid loqui eorū quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium, in verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorū, in virtute spiritus sancti, ita vt ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illyricum releuerim euangelium Christi.

Notulā.
Gloria.

Gloria nō
ī Christo
Iesu.

Gloria in

¶ Gloria dicitur claritas, & frequēs fama cum laude. Est quis habens gloriam in Christo Iesu, est & alius habēs gloriā sed nō in Christo Iesu. Ille dicitur habere gloriam & non in Christo Iesu, qui apud se inane gloriatur existimās se dignum claritate, & laude, & fama, mediāte appetitu vano, aut qui appetit apud homines clarificari, & dignum fama dici: & vt id fiat coram hominib⁹ sua facit opera. Ille dicitur habere gloriam in Christo Iesu, qui

apud se non inane gloriatur, nec appetit apud homines clarificari, laudari, aut dignū fama dici, nec vt id fiat, sua opera coram hominibus facit. sed ea facit vt dominus noster Iesus Christus charificetur & laudetur. Ille loquitur ea quæ per eum efficit Christus, qui imitando motionem Christi loquitur, qui vera recta & bona loquitur, quæ in eo effecit Christus, a quo omne bonum dependet quod in nobis est siue in verbo, siue ī opere, qui paratus est coram gentibus prædicare Christum, & voluntate eius, ac ei⁹ ecclesie quæ est corpus eius mysticū, & qui quæ loquitur facit, & adimplet, & seipsum per vitia non decolorat, nec aliorum labores, aut studia deturpat. Ille dicitur loqui ea quæ per eum nō effecit **C H R I S T V S**, qui in sua locutione non imitatur motionem spiritus sancti, nec **C H R I S T I**: sed demonis, aut mundi, aut carnis suæ propriæ, qui non prædicat **C H R I S T V M**, nec voluntatem ei⁹, nec eius ecclesie: sed idolum, aut antichristum, aut voluntatem eius. Aut si prædicet voluntatem **C H R I S T I**, aut eius ecclesie, non eam obseruat, sed seipsū per vitia decolorat, & aliorum labores, aut studia deturpat. Si gnum vt hic accipitur, appellatur illud in quo aliquod mirabile continetur, & in quo aliquod futurū denotatur. Vt manna e celo missum, signum fuit. Ex quo, vnum mirabile se erat quod cælum plueret māna. Et in eo etiam denotatur aliquod futurum: scilicet verum corpus Christi, quia manna erat figura veri corporis Christi, iuxta illud Christi ad Iudæos dictum. Non sicut manducauerunt patres vestri māna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Etiam sanatio filii reguli dicta est signum ex quo, in ea continebatur vnum mirabile: scilicet quod sanaretur filius reguli ex solo verbo **C H R I S T I**. Et per hoc, quod viso miraculo sanitatis talis filii pauci crediderunt videlicet pater eius cum suis, significabatur quod paucitas Iudæorum creditura esset in **C H R I S T V M**. Prodigium dicitur quasi porrodictum, vel porro significatum. Et dupliciter sumitur prodigium secundum quod ly porro diuersimode accipitur. Vno modo pro certe: alio modo pro postea vel futurum, Accipiendo ly porro pro postea siue

Christo }
Iesu.

Aliquem
loqui ea quæ
per eū effecit
Christus.

Aliquē lo
qui ea quæ
nō effecit
Christus.

Signatur.

Exod. 16

Ioā. 6.

Ioā. 4.

Prodigiū

- futurum, prodigium seu Porrodictum, aut porrosignificatum dicitur illud in quo non continetur aliquid mirabile sed aliquid futurum, aut denotatur. Et isto modo paschalis agni efus fuit prodigium, ex quo, in se non continebat aliquid mirabile. Nam comedere agnum, non est quid mirabile. In tali tamen comestione agni in figura significabatur, & denotabatur aliquid futurum: scilicet in lege evangelica realis manducatio corporis Christi. Accipiendo
- Exo. 12.** Iy porro pro certe prodigium seu porrodictum, aut porro significatum dicitur illud in quo aliquid mirabile ostenditur, & in quo nullum futurum includit. Et isto modo descensus ignis de celo ad pces Helye sup duos quinquagenarios regis Ocozæ, fuit prodigium, ex quo, per hunc descensum nullum futurum indicabatur, sed in eo tantum aliquid mirabile ostendebat. Et de his regulo dixit Christus. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Etiam operatio miraculorum in quibus non includitur, nec indicatur aliquid futurum, sed tantummodo aliquid mirabile ostenditur, prodigium dicitur. Ille dicitur replere euangeliū CHRISTI: qui in multis locis euangelium CHRISTI perfecte predicat, & plene ac plane seminat.
- Replere euangeliū Christi.**
- Expō. textus ad litteram.** ¶ Liabeo igitur ego Paulus Christi apostolus quia a deo gratiam accepi & diligenter consecutus sum finem pro quem mihi gratia Christi data est, ¶ gloriam & claritatem & laudem non inanem & vanam, sed sicut Christi fidelis minister ¶ In Christo Iesu ¶ cuius virtute fructificare potui: & sine quo nihil boni fieri valet ipso dicente. Sine me nihil potestis facere. ¶ Ad deum ¶ in quo omnis gloria est reponenda iuxta illud apo. Qui autem gloriatur in dño gloriatur, Non enim qui seipsum commendat, ille probatur est: sed quē deus commendat, In domino nostro Iesu Christo gloriā suā posuit apo. ex quo, non suam, sed Christi gloriā sic quesivit, ita vt in omnibus actionibus suis esset in eo Christus, imo & eius vita. Ipso dicente. Vivo autē iam non ego, vivit vero in me Christus. Et exinde dixit, ipse, Bonū est enim mihi magis mori quā vt gloriam meā quis euacuet. ¶ Non enim audeo ¶ non cum audacia presumo, vt pseudoapostoli
- I. Cor. II.**
- Mat. 26.**
- Mar. 14.**
- Lucę. 22.**
- Ioānis. 6**
- 4. Reg. 1**
- Ioan. 4.**
- Ioā. 15.**
- 2. Cor. 10**
- Galat. 2.**
- I. Cor. 9.**

faciunt. ¶ Aliquid loqui ¶ verbo, autem doctrina, aut in structiōne, aut predicatione ¶ eorum ¶ quę credenda dicitur, aut facienda, aut omittenda ¶ quę per me non effecit Christus ¶ ex quo, quicquid boni loquor, siue in doctrina, siue in instructiōe, siue in predicatione, illud in me efficit Christus, & ego vna cum eo. Ideo dicitur apostolus, non loquutus fuisset misera quę per eū effecit Christus, quia ipso loquente in eo loquutus est Christus, & ipse vna cum Christo loquutus est. Ipso dicente. An experimētū queritis eius qui in me loquitur Christus. Et quia ipso sic loquente, Christi predicauit, & quicquid faciendum docuit: opere obseruauit.

¶ In obedientia gentiū ¶ loquutus sum ad hoc, vt gentes Christo, & eius euangelio obederēt, loquutus sum (inquā) ea quę per me effecit Christus, & nulla alia ¶ In verbo ¶ predicationis, doctrine, & instructionis ¶ Et factis ¶ bonę, & sanctę conuersationis, ac miraculorum operibus, doctrinam qua Christum predicauit, confirmaui. Notanter hic addit apostolus. In verbo antequam addat, in factis, vt innuat veram fidem esse ex verbo conceptam iuxta dictū supra cap. 10. istud. Fides ex auditu. Auditus autē per verbū Christi. Et postquā dixit in verbo, notanter addit, & factis vt innuat miracula esse veluti cęrimonias, & sigilla quibus in possessionē doctrinā tā veteris testamēti quā noui posita est. Ex quo, Moyse israelitis legem dante si veteris testamēti quatuor libros pentateuci Exodū videlicet Leuiticū Numeros, & Deuteronomiū, inuestigare velimus, reperim⁹ ipsum miracula adiecisse, transitū videlicet per mare rubrū, colūnā ignis noctu. Māna de celo, Aquā de perra Fulgura in aere. Serpētem æneū pendentem, ad cui⁹ aspectū sanabantur qui morsū fuerāt a serpētib⁹ igneis. Facta sūt enim hęc vt noui legis verbū, authoritatē sumeret, & in possessionē collocaret, vt omnis qui postea legē doceret, aut audiret, certus esset se audire & docere dei legem. vnde & postea propheta vt Esayas, Hieremias, Ezechiel, Michas, Helyas, Helyeus, & alii legem dei interpretantes, & ex lege futura prophetantes non multis claruerunt miraculis. Et hoc, vt videtur, quia erat lex quam prædicabant antea satis sua pompa & ritibus in possessionem

2. Cor. 13

3. reg. 17 veritatis collocata. In domo mulieris sareptanę ad quam venit Hęlyas, tribus annis quibus non soluit super terram idria farinę non defecit, nec lechyus olei est diminutus & filium mulieris illius suscitauit Hęlyas. Ad preces Hęlyę descendit ignis de celo super duos quinquagenarios
 4. Reg. 1
 4. reg. 4 regis Ocozię Ad pces Hęlyęi repleta sunt vasa vacua oleo vt soluere posset hospita sua creditores suos Et etiam ad preces eiusdem suscitatus est filius eius. Naamā leprosus per Hęlyęm prophetam sanatus est. Pauca alia miracula: veteri testamento post legem datam, & confirmatam, & in possessionem positam, reperiuntur. Et hoc, quia (vt dictum est) lex suis ritibus & pompa iam in possessionem collata erat. Etiā Christus euangelium per se & suos annuntiaturus, miracula adiecit, potestatemq; miracula faciendi suis apostolis dedit, eis dicendo. Euntes in mundū vnuerfum pędicare euangelium omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non, crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hęc sequentur. In nomine meo dęmonia eiiciant, linguis loquentur nouis: serpentes tollent, & si mortiferū quid biberint, non eis nocet. Super egros manus imponent, & bene habebunt. Istud (vt videtur) a Christo factum est, vt ex his factis in possessionem poneretur euangelium & auctoritatem sumeret, & cōfirmaretur doctrina ipsum pędicantium, Nam fuerunt miracula velut sigilla, doctrinā euangelicam sigillantia & confirmantia. Proinde qui in hoc tempore annuntiant euangelium, cum iam in possessionem sit positum, non opus habet miraculis quibus cōfirmetur doctrinę eorum auctoritas, sed proferant miracula a Christo, & apostolis facta quę sunt antiqua sigilla, quod si quis illis non credat, nec nouis vnquam crediturus iudicatur. Nam & in rebus ciuilibus maioris auctoritatis sunt vetera literarum sigilla quam noua, quę ob nouitatem suspecta habentur. Ita & in rebus diuinis nō nihil auctoritatis habet vetustas miraculorum quę fuerunt sigilla loco posita. In virtute signorū] operū sup naturā productorum in quibus aliquid mirabile continetur & aliquid futurum denotatur aliquādo fore. Et pdigiorū.]

Marcivlti

operum in quibus aliquid mirabile ostenditur, per hęc nullo futuro denotato, aut in quibus nullo mirabili contento aliquid futurum significabatur. Confirmauit & verā esse ostendi mei apastolotus doctrinam & supradictis signis & prodigiis eam veluti quibusdam sigillis sigillauit. Istud ita esse ostenditur ex sententia apostoli qua ipse dicit. Ego enim a vobis debui commēdari. Nihil enim minus feci ab hiis qui sunt supra modum apostoli, tamen si nihil sum Signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & in virtutibus. Et vt ostendat apost. signa & prodigia ab eo facta non procedere ex arte magica, vt procedebant signa facta a Iamnes & mambres, quibus resistebant Moyfi & de quibus fit mentio in exodo a septimo cap. vsque ad. 11. Dicit apo. signa, & prodigia, ab eo facta fuisse. In virtute spiritus sancti ita vt in operatione illorum signorum, & prodigiorum cooperaretur spiritus sanctus, & fierent eius virtute ac alia opera quę apostolus faciebat vt euangelium ab eo pędicatum confirmaretur, & auctoritatem sumeret, & in possessionem collocaret. Ita vt ab Hierusalem q; vnde cępit pędicatio apostolorū iuxta illud Esay. 2. de syon exhibit lex, & verbum domini de Hierusalem, Et vbi in principio conuersionis meę in sinagogis iudeorū pędicauit. Apostolum in initio conuersionis sue pędicasse in sinagogis iudeorum constat ex hac actuum. 9. sententia de eo scripta. Et continuo (intelligatur immediate post conuersionem suam ipse Paulus) ingressus in synagogis pędicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei. stupebant autem omnes qui eum audiebant. Et etiam in Hierusalem ex hac in eodem cap. sententia. Cum autem venisset in Hierusalem tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum, duxit ad apostolos, & narrauit illis quomodo in via vidisset dominū, & quia loquutus est ei & quomodo in damosco fiducia liter egerit in nomine Iesu. & erat cum illis intrans & exiens in Hierusalem fiducia liter agens in nomine domini, loquebatur quoque gentibus, & disputabat cum grecis.

2. Cor. 12

2. thim. 3

Esay. 2.

R

Illi autem querebant occidere eum. ¶ Per circuitum ¶ in diuersis locis & urbibus circumquaque L. vsque ad illyricum ¶ que est prouincia in initio europe & regio magna habens prouincias decem & nouem, ex quibus sunt dalmatia, & vtraque pannonia, & epyrus, & Achaya, & macedonia, & peruenit vsque ad finem Alye, & continet mare in fine grecie sitū, & ex parte opposita italię habet mare adriaticum. ¶ Repleuerim ¶ plene disseminauerim & predicauerim in omnibus locis illis supradictis ab Hierusalem predicando non solum accepto recto itinere, sed etiam itinere verbum, & locorum in circuitu existentium, & in his locis, & illyrico plene predicatio, & disseminatio Euangelium Christi ¶ annunciatione qua Christum & eius ecclesiam annunciaui & predicauit gentibus in predictis locis existentibus conuertendo eas ad fidem Christi. Apost. sincere, veraciter, & perfecte euangelium Christi predicauit, & plene disseminauit in locis supradictis: & ideo dicitur in locis illis ipsum repleuisse, & non solum in locis illis repleuit euangelium Christi, sed etiam in eisdem in possessionem illud posuit, & confirmauit, & quodammodo sigillauit per signa & prodigia ab eo facta in virtute spiritus. Moyse & Aaron iuxta illud David. Misit Moysem seruum suum, & Aaron quem elegit ipsum, posuit in eis verba signorum suorum & prodigiorum in terra chana, dederat deus potestatem signorum & prodigiorum, ut castigata egypto, filios israel a seruitute egyptiaca liberaret, sed illi vix rarumque, aliquem ex egyptiorum gente potuerunt conuertere. Paulus vero accepta potestate signorum & prodigiorum, non vnam gentem, aut duos, aut tres populos sed omnes ab Hierusalem vsque ad illyricum nationes, & populos predicatione verbi & operum virtutis potentia ad Christi sacramenta conuertit. Hic veraciter in locis illis repleuisse euangelium Christi dicitur, & de seipso merito loquens subiungit.

psal. 104.

Sic autem predicauit euangelium hoc non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem. Sed sicut scriptum est. Quoniam quibus non est annunciatum de eo

videbunt, & qui non audierunt, de eo intelligent. Propter quod & impediabar plurimum venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. Nunc vero vltterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam precedentibus annis cum in hispaniam proficisci cepero, spero quod preteriens videam vos, & a vobis deducar illuc si vobis primum ex tempore fruitus fuero.

¶ Cum alienus dicatur ille qui extraneus est, aut diuersus, aut dissimilis, aut dispar, aut dissonus, & omnium spirituum edificatio vnicum sit fundamentum de quo scribitur. Fundamentum enim aliud nemo ponere potest preter id quod positum est quod est Christus Iesus, hic cum dicitur, ne super alienum fundamentum edificare intelligatur fundamentum a Christo extraneum, aut diuersum, aut dissimile, aut dispar. Alienum aut voluerat Christi dissonum. Frui fructu ordinata, & non ex parte est diligere deum propter se ex quo (teste Aure. patre August. de doctrina Christiana libro primo. capi. 4.) frui in generali est amore alicui rei inherere propter se ipsam. Et in cap. subsequenti eiusdem libri dicit, res quibus fruendum est pater, & filius, & spiritus sanctus, eadem que trinitas, vna quaedam summa res, communis omnibus fruentibus ca. Ex parte frui ordinata est vnica dilectione diligere deum, & creaturam, ita quod si diligens plus inclinatur ad deum, quam ad creaturam: & de hac visus est dicere apost. ad Philemonem cap. vnico. Ita frater ego te fruam in domino refice viscera mea in Christo.

¶ Sic autem ¶ ego Paulus Christi apost. in locis suprad. ab Hierusalem vsque ad illyricum ¶ predicauit euangelium hoc ¶ Christi quod non ab homine accepi, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. ¶ Non ¶ in locis in quibus promulgatum erat, nec ¶ vbi nominatus est Christus ¶ Tex quo. ¶ in locis illis nec Christi euangelium promulgatum erat, nec nomen eius ¶ & in eisdem locis alios in Christi predicatione anticipare curauit. ¶ Ne super alienum ¶ dissimile, diuersum,

Notulę.
Alienus.1. corint. 3
Frui ordi
nate & non
ex parte.Ex parte
frui,Expõ. tex
tus ad lite
ram.
Galat. 1.

extraneis, aut dissonis fundamentum, a Christo, qui totius spiritualis ædificii fundamentum est, edificarem, prædicatione adiciendo verbum spiritualis edificationis, quod est verbum Christi incarnati, passivi, & eius ecclesiæ. Ideo voluit Apost. gentibus quibus nondum promulgatum erat euangelium, & qui nondum nomen Christi audierant prædicare, ne si præuenti essent a doctrina pseudoapostolorum difficilius fuisset eos ad veritatem reducere. Et hoc etiam, quia multi erant de nouo ad Christum conuertendi, quibus magis necessarium erat, quam iam conuersis predicare, & hæc faciendo adimpleuit quod ipse subiungit. **I sed ego Paulus Christi apostolus prædicando Christum, ubi nondum erat nominatus, parietes viuos ex fidelibus elegi** **I Sicut scriptum est** **I in Esaya cap. 52. iuxta transla. 70. I quoniam quibus non est annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt de eo intelligent** **I in suprad. Esaye cap. apud 70. hæc sententia habet, de pto q loco de ly quoniam, illic ponitur quia, & ante ly intelligent non ponitur de eo & loco de ly de eo ponitur de eis, quæ dictio eis refertur ad hos terminos: species tua, & gloria tua & adhuc terminum eum, illic positos sub hac sententia. Quemadmodum stupebunt super te multi, sic in gloria erit ab hominibus species tua, & gloria tua a filiis hominum: sic mirabuntur gentes multæ super eum, & continebunt reges os suum, quia quibus non est annunciatum de eis videbunt, & qui non audierunt, intelligent. Nec Aposto. hic ponens de eo, a septuaginta discordat, qui ibi ponit de eis, & hoc, quia apud Apo. hæc dictio, eo, refertur ad Christum, & apud 70. hæc dictio eis, refertur ad Christum, & ad speciem, & gloriam eius, in his verbis videtur propheta Esayas iuxta transla. 70. & mentem hic Apostoli, spiritu prophetico prædixisse gentiles excellentiori modo ad Christi & trinitatis cognitionem esse venturos, quam Iudæos qui Christum verum Messiam in lege promissum per dicta prophetarum venturum cognouerunt ad eorum salutem eis dicit Petro: Prophete qui de futura vobis gratia prophetauerunt scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi presentians eas, quæ in Christo sunt, passiones & posteriores glo-**

I. Petri. I.

rias I quoniam I gentes I quibus non est I per scripturam aut per sermonem I annunciatum I per prophetas, nec per quemlibet alium ad quæ factus fuisset dei sermo I de eo I Christo, aut specie, aut gloria eius, I videbunt I Christum, & opera eius. & legem, & ecclesiam quæ est eius corpus mysticum visione interna, & oculo fidei mediante eorum fide, ex quo, credere, est quodammodo videre per speculum in enigmate. De Christifidelibus viatoribus dicente Aposto. **I. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem I & I gentes I qui non audierunt I de Christo sermonem. Ex quo, nec Christus, nec alius coram eis prædicauit I de eo I Christo, & specie, aut gloria eius I intelligunt I ipsum Christum, & eius speciem & gloriam, & euangelica documenta per prædicationem Apostolorum, & suorum successorum. Et si dictum istud Esayæ nunc prædictum de his qui Euangelium annunciauerunt, verificatur, specialiter tamen verificari videtur de Apostolo Paulo. Et hoc, quia obseruauit ipse diligenter iuxta Esayæ eloquium annunciare Christum gentibus, quibus a nullo fuerat antea annunciatum, ut & illi de Christo intelligerent, & specularentur quæ speculanda veniunt, & intelligenda. Et ista fuit causa quæ eum frequenter proponentem Romam petere, adire prohibuit, in proloquio istic subiungente I propter quod I opus prædicationis quo occupabar in prædicando gentibus, quibus nondum euangelizatus fuerat Christus I impediebat plurimum I vehementer, & diu, ut excluderem præua commenta pseudoapostolorum I venire ad vos I Romanos, ad quos sæpe venire proposui I & prohibitus sum I vetitus sum, & impeditus non a demone, sed a spiritu sancto qui interna prohibitione prohibuit, ne venire ad vos. I usque adhuc I usque ad præsentem horam. Sæpe proposuit Apostolus venire Romam, sed a spiritu sancto prohibitus est, iuxta dictum eius supra. cap. I. istud. Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum usque adhuc. Ex his dictis Apostoli, & etiam ex sententia Actuum ista. Transeuntes autem Phrygiam (intelligatur Paulus Apostolus & Thimoteus) & Galathiam regionem, vetati sunt a spiritu sancto loqui verbum dei in**

I. Cor. 13.

S. I.
Actu. 16.

Actu. 16.

Aſia. Cum veniſſent autem in miſiam, tentabant ire in Bi
thiniam, & non permittit eos ſpiritus Ieſu. Inſertur & cō
cluditur Paulum Apoſtolū & alios Apoſtolos dum in vno
loco euangelizabant, à ſpiritu ſancto prohibitos fuiſſe, ne
in alio loco accederent, vt & ipſi iuxta ſpirituſancti nu
tum, multos iurificarent deo. ¶ Nūc vero ulterius locum
non habens in his regionibus ¶ Græciæ vacuum ad præ
dicandum, & in quo non ſit euangelizatus Chriſtus. Ex
quo, iſtic ubiq; prædicauit, & prædicatione mea cōpeter in
ſtructi ſunt in Chriſto, & fide eius, & ſic in Chriſto refor
mati, vt habeant per ciuitates & loca ordinarios Epifco
pos præbiteros, atq; diaconos, qui ſufficiunt meā ſuppere
vicem, & eos in fide, quam ſuſceperūt, manutenerent. ¶ Cu
piditatem autem ¶ deſiderium vehemens, & magnū ¶ Ha
bens ¶ ego Paulus Apoſtolus ¶ veniēdi ad vos ¶ Roma
nos propter charitativum amorem quo vos diligo ¶ Ex
multis iam præcedentibus annis. ¶ in quibus vos dilexi,
& ad vos venire propoſui. Cum Roma viuente Apoſtolo
caput eſſet mundi, & Romanis tot⁹ fere ſubiiceretur mon
dus (quod & in libro Machabæorum videri poteſt) ſciebat
Apoſtol⁹ conuerſionem Romanorum toti mundo vtilem
eſſe, & alios gentiles multum ad Chriſtum attrahere.
Propterea ſupra cap. i. Romanis dixit: Primum quidem
gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus
vobis, quia fides veſtra annunciat in vniuerſo mundo.
Et iſta de cauſa fere a principio ſuę conuerſionis Roma
nis prædicare optauit, & vt id faci⁹ facere poſſet, & occasio
nem haberet veniēdi Romam, eum in Cæſarea accuſan
tibus Iudæis coram feſto qui dixit ei: Vis Hieroſolymam
aſcendere, & ibi de iis iudicari apud me. Ad Cæſarē apella
uit feſto dicēs: Ad tribunal cæſaris ſto, ibi me oportet iu
dicari. Iudæis non nocui ſicut tu melius noſti. Si enim no
cui, aut dignum morte aliquid feci, non recuſo mori: ſi ve
ro nihil eſt eorū quæ hii accuſant me, nemo poteſt me illis
donare. Cæſarem appello ¶ Cum in Hiſpaniam proffi
ciſci cœpero ¶ vt in ea euangelizem Chriſtum. Optabat
Apoſt. in occidente annunciare Chriſtum, ſicut in origina
libus partibus fecerat, vt in extremis terræ fundamenta

I. Mac. 8.

Actu. 25.

fidei collocaret: & vt præoccuparet pseudoapoſtolos, & eos
rum excluderet praua cōmentā. ¶ ſpero quod præteriens ¶
per loca veſtra velociter trāſiens ¶ dominus dabit vt ¶ ſi
deam vos ¶ Romanos aliquo tempore vobiscum manē
do. Duabus de cauſis (vt videtur) paruo tempore cum Ro
manis manere voluit Apo. & id faciendū bonum eſſe iu
dicauit. Primum, quia deſiderabili⁹ ſuſcipitur bonum, quod
cito metuitur auferendum, & ſecurius negligitur bonum,
quod diu manſurum, & retenturū creditur. Secunda, quia
ſciebat Petrum ſufficere ad cōuerſionem Romanorū, qui
tūc cum ſuis diſcipulis Romę ſedebat, & per loca italię ad
euangelizandum Chriſtū diſcipulos ſuos mittebat. ¶ E: a
vobis ¶ Romanis, qui eſtis dñi orbis, & habitis Hiſpaniā
tributariam ¶ deducar illuc ¶ ad Hiſpaniam ¶ ſi vobis ¶
Romanis quos iſtius diligo ¶ primū ¶ aliquandiu, anteq̃
Hiſpaniam petam ¶ Ex parte fruſtus fuero, ¶ non vos dili
gendo propter vos, ſed ſic vos diligēdo, vt vnica dilectiōe
deum & vos diligam: ita tamen, ¶ plus inclinor ad deū,
quam ad vos, & dilectione qua vos diligam in vobis dele
cter, propter deum tamen.

Nunc igitur proficiſcar in Hieruſalem mini
ſtrare ſanctis. Probauerunt enim macedonia,
& Achrya collationem aliquam facere in pau
peres ſanctos, qui ſunt in Hieruſalem, Pla
cuit enim eis, & debitores ſunt eorum. Nam
ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt gē
riles: debent & in carnalibus miniſtrare eis.
Hoc igit̃ cū cōſummauero, & assignauro eis
fructum hūc, per vos proficiſcar in Hiſpaniā.
Scio autem, quoniam veniēs ad vos, in habū
dantiā benedictionis Chriſti veniam.

Notula.
Macedonia ē gręcig ps terrę, cui⁹ metropolis ē Philippis Macedo
niæ. vñ Philippi dicunt, & Theſſalonica, vnde Theſſalonici.

Achaya. censens dicuntur. Etiam Achaia Graeciae est pars terrae cuius metropolis est Corynthus, unde Corynthii dicti sunt.

Expō te-
xtus ad li-
teram. ¶ Nunc igitur ab Hierusalem usque ad illyricum ubi non erat nominatus Christus: a me Christo annunciatō, & eius euangelio: & ulterius in his regionibus locum nō habens ubi non sit euangelizatus Christus, aut eius euāgelium annunciatum. Antequam veniam ad vos Romanos proficiscar et a recto itinere ¶ In Hierusalem ministrare sanctis ¶ Illic habitantibus qui rerum suarum venditarum praeia posuerunt ad pedes apostolorum iuxta illud actū. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant vendentes, afferebant praeia eorum quae vendebant & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuius opus erat. Intelligatur etiā ministrare sanctis qui a Iudaeis non creditibus depredati fuerant, de quibus Elayas videtur dixisse. Et facta est veritas in oblivione, & qui recessit a malo prede patuit. Hii pauperes suprad. qui scientiā, & donum praedicationis non habebant, ex statuto apostolorum in Hierusalem manebant orationibus vacantes quibus apostoli de singulis prouinciis, & locis in quibus praedicabant, solliciti erant mittere aurum, argentum, frumentum vestimenta, & quicquid eis necessarium erat. Petrus quoque, & Ioannes, & Iacobus commiserunt Paulo & Barnabae ut gentes conuersas inducerent ad mittendum elemosinam pauperibus illis, quod & diligenter fecerunt: & ad id faciendum apostolus Paulus macedones induxit, & eos qui erant in Achaia. Et ipsi ab apostolis inducti, haec cum diligentia fecerunt, apostolo hic dicente ¶ Probauerunt enim ¶ opere ostenderunt, & sponte acquieverunt, & bonum, & sanctum esse probauerunt ¶ Macedonia ¶ macedones, seu gentes illius terrae partis graeciae ¶ Et Achaia ¶ gentes habitantes in Achaia ¶ Collationem aliquā ¶ collectā, & collectionem elemosinarum ¶ Facere ¶ ex quo, quislibet libere & sponte aliquid in hac collectione conferebat, ¶ In pauperes sanctorum ¶ ad sustentationē sanctorum pauperum, ¶ qui sunt in Hierusalem ¶ habitantes

& ex Iudaismo conuersi, & modo supradicto orationibus vacantes, a Iudaeis non creditibus depredati, aut qui suas venditioni exposuerant possessiones, & praecia attulerant ante pedes apostolorum. Ratio autem propter quam, iuxta dictum illud actū. Multitudinis autem creditum erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erat illis omnia communia. & virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis. Neque quisquam erat egens inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant vendentes, afferebant praecia eorum quae vendebant: & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuius opus erat. Consuetudo primitiae ecclesiae de venditione possessionum seruabatur in ecclesia ex circumstantione apud eos qui in Hierusalem & in Iudaea habitabant, & non in ecclesia ex gentibus, haec danda videtur, Quia fideles Iudaei in Iudaea habitantes, congregati erant in Hierusalem, & in Iudaea, quae in breui a Romanis destruenda erat: ut post modum rei probauit euentus. Et ideo voluit dominus ut ibi ab eis possessiones non reseruarentur ubi permansuri non erant. Ecclesia vero gentium firmata erat, & augenda, & ideo consilio spiritus sancti factum est ut in ea possessiones non venderentur, sed ea quae ante conuersionem possidebant, possiderent, & de suis bonis pauperibus in hierusalem libere & sponte mitterent. De gentibus in macedonia & Achaia habitantibus hic deinceps apostolo. ¶ Placuit enim eis ¶ collationem, & collectionem elemosinarum facere pro pauperibus qui sunt in Hierusalem. Monuit apostolus Corynthios ut ipsi imitarentur macedones, eosque hac sententia hortatus est. Non tam autem facim⁹ vobis fratres gratiam dei quae data est in ecclesiis macedoniae, & quod in multo experimēto tribulationis habundantia gaudii ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum habundauit in diuitias simplicitatis eorum quia secundum virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarii fuerunt cum multa exhortatione & obsecrantes nos gratiam & communicationem mi-

Actu. 4.

2. cor. 8.

ministerii quod sit in sanctos, Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primum domino, deinde nobis per voluntatem dei, ita ut rogaemus tyum ut quemadmodum cepit, ita perficiat in vobis etiam gratiam istam, sed sicut in omnibus habundatis fide, spe, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, insuper & charitate vestra in nos ut & in hac gratia habundetis non quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestre charitatis in genium bonum comprobans, Ipsi corynthi monitioni apostolicae adhaerunt, apostolo eis inquit. Nam de ministerio quod sit in sanctos, ex habundanti est mihi scribere vobis. Scio, eam promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior apud macedones, quonia & Achaya parata est ab anno preterito, & vestra emulatio prouocauit plurimos. Cum autem completa apud macedones & eos qui erant in Achaya esset apostoli predicatio, & supra dicta elemosinarum collectio: proposuit apostolus ire Hierosolimam, & postea Romam videre. Iuxta illud actu. His autem expletis proposuit paulus in spiritu transita macedonia & Achaia, ire Hierosolimam dicens. Quoniam postquam fuero, ibi oportet me & Romam, videre. Ex his sententia colligitur non solum primam ad Corinthios epistolam sed etiam & secundam ante scriptam esse quam fuerit haec ad Romanos, quam in manus habemus, & eam (ut in praefatione huius libri dictum est) de Corintho apostolum scripsisse, ex eo quod ipse postea infra. 16. cap. ait. Commendo autem vobis phoeben sororem nostram, quae est in ministerio ecclesiae quae est cenchris. Ex quo, Cenchris (ut illic dicitur) locus est Corintho vicinus, Immo etiam & portus ipsius Corinthi. Et ex eo quod in eodem capite ait. Salutat vos Gaius hospes meus, ex quo, gaius ille est de quo Corinthiis scripsit apostolus. Gratias ago deo meo quod nemi nem vestrum baptizauit nisi crispum, & gaium. Et ex eo quod infra capite. 16. dicit. Salutat vos Erastus Archarius ciuitatis, De quo erasto apostolus. Thimoteo scribens meminit. Erastus (inquit) remansit Corinthi. Et debitores sunt quod macedones & hii qui sunt in Achaia gentium quod pauperum supradictorum Iudaeorum qui sunt in Hierusalem,

2. cor. 9.

Actu. 19.

1. Cor. 1.

2. thi. 4.

Et ideo dicti sunt eorum debitores, quia ipsorum exemplo, & apostoli doctrina proficiebant & confirmabantur in fide. Et etiam quia illi pauperes in Hierusalem existebat es die ac nocte pro salute eorum orationibus insistebant ut fides CHRISTI in eis corroboraretur: propter quod causam debebant eis gentiles in temporalibus subuenire, consequenter dicente apostolo. Nam si quod gentiles spiritualium quod bonorum gentium quod iudaeorum, gratia exempli: orationum & ieiuniorum quae a iudaeis exercebantur. Participes facti sunt gentiles quod Ex quo, haec spiritualia bona deo a iudaeis pro gentilibus offerebantur quod debent quod gentiles pro quibus haec bona spiritualia deo offerantur debito necessitatis si in necessitate sint hi qui pro eis haec bona offerunt, & debito honestatis & obligationis. Et in carnalibus quod seu in temporalibus ministrare eis quod qui deo spiritualia bona supradicta pro gentilibus offerunt ministrare, conferre, contribuere. & dare, ac praebere necessaria vitae corporalis. Ex qua apostoli sententia colligitur non solum seminantibus CHRISTI verbum temporalia contribuere. Iuxta haec apostoli dicta. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus, ita & dominus ordinauit his qui euangelium annunciant de euangelio viuere. Communice autem his qui cathezizatur verbo ei qui se cathezizat in omnibus bonis. Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur maxime: qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura. Non alligabis os boui trituranti, & dignus est operarius mercede sua. Sed etiam & eis qui altari deseruiunt, aut in altario operantur per administrationem sacramentorum debere, eos pro quibus haec excercentur eis ministrare temporalia dicente apostolo. Scriptum est enim in lege Moyse. Non alligabis os boui trituranti, Nunquid debet cura est deo? An propter nos utique haec dicit? Nam propter nos utique scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat, arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi: Nescitis quoniam

I. cor. 9

Galat. 6
I. thim. 5

I. cor. 9

qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui altari deseruiunt cū altari participant. Sed & etiã eis qui iuxta communem Ecclesiæ consensum in aliquo loco communi redacti sunt, relicto mūdo, & eis, quæ mundi sunt: vt facilius & diligentius pro populo coram deo instent, debere eos qui in regione illa morantur, & pro quibus orationi insistant eis tēporalia ministrare. Etiã eos qui in alia regione morantur pro quibus orationibus insistant, si eis id fieri cōtet, ex quo, de Iudeis qui sua reliquerat & iuxta apostolorum consensum in Hierusalē morabantur p̄ Christianis fidelibus, orationibus insisterēdo, hic dicat, Proba uerūt em̄ Macedonia & Achaia colla, aliqua fa. in paup̄e sanctorū qui sunt in Hieru. Placuit enim eis & debitores sunt eorū, Nam si spiritualiū eorū parri. facti sunt gēit. debent & in carna. mini. eis ¶ hoc igitur opus ministracionis elemosinarū ¶ cū cōiūmauero ¶ elemosinas, illas desferēdo aut mittēdo i Hierusalē supradictis sc̄tis. ¶ Et assig nauero ¶ sub signo vniuscuiusq̄ eccl̄e, v̄l regionis, a qua mittitur eis talis collecta tradidero per me vel aliū. ¶ Fru ctum hūc ¶ Collectionis elemosinarū gentiū quæ est fructus bonæ voluntatis, & sancti operis quo quis mediante bona voluntate, & opere signat se signaculo diuinę imaginis, & cōformē se facit imagini filii dei cū pauperi in simplicitate tribuit, & nō ex tristitia. ex quo, hilarē datorē qui nō ex tristitia, aut ex necessitate tribuit, diligit deus ¶ Per vos ¶ Romanos qui domini estis totius orbis ¶ Profici scar ¶ ducar, ex quo, vt spero me ducetis ¶ In hispaniã ¶ quæ inter Achaia & Romã quodãmodo extremitatē tenet, ex quo, eūti b̄ de Achaya i hispaniã in medio itinere Roma habetur, Dicūt quidã apo. Paulum non prædicasse nec fuisse i hispania. Et hoc, vt dicūt propter superueniens impedimentum: & consequēter dicunt istu. Per vos profi. in hispa. intelligēdū esse cōditionaliter. vtpote si deus permiserit, si tēporis oportunitas deo volente se mihi cōtulerit; & habent pro se distinct. II. decretū innocentii pape. Quis nesciat aut nō auertat vbi habetur q̄ solus Petrus prædicauit, & instituit ecclesias in Italia, & gallia, & hispania, & affrica, & cilia, & in insulis interiacentib⁹.

2. Cor. 9.

Sup. Cit

Et etiã decretum Gelasii pape. 22. questi. secūda. C. beatus paul⁹ apost. In quo habetur Paulum apo. (& si in hispania non fuerit) nō fefelisse, aut mētum fuisse, aut sibi extitisse contrariū. Et hoc, quia cū ad hispaniã se promississet iturum, dispositione diuina maioribus occupat⁹ causis, implere non potuit, quod, promissit, Et ideo quātū ipsius voluntatis interfuit hoc pronunciauit, quod re verã voluisset efficere, quātū vero ad diuini secreta consilii quæ vt homo non potuit, licet spiritu dei plenus agnosceret, ite prætermisit superna dispositione preuētus. Alii dicunt apostolum Paulum in hispania prædicasse: & p se habet dictum Hieronymi quo ipse in libro de viris illustrib⁹ dicit Paulum in prima satisfactione postq̄ Romę manat⁹ iuxta appellationē qua ipse de festo ad Cesarem appellauit & venit Romam, & illic biēnio mansit, etiã in partibus occidentis prædicasse, sicut (vt illic ait Hieronymus) ipse in, 2. episto. ad Timotheū scribit dicens, Eo tempore quo & passus est, & de vinculis dictat epistolā dicendo, in prima mea satisfactione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non eis imputetur: dominus autem mihi affuit, & cōfortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & au drent omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis. Manifestissime leonem propter credulitatem neronem significans. Et hii ad decreta superius allegata dicunt ea intelligenda esse Paulum nō fuisse in hispania, nec in partibus occidentis per longum tempus sed solum Petrum in Italia, gallia, affrica, hispania. & cilia, vna cum suis lōgo tempore prædicasse, & ecclesias fundasse. ¶ Scio autem ¶ quia certus sum ex fiducia diuinę gratiæ deo me certificante ¶ quoniam veniens ad vos ¶ Romanos iam diu ex voto, & desiderio meo veniam, factō adimplens vorum & desiderium meum & exinde ¶ in abundantia benedictionis CHRISTI veniam ¶ Ad vos Romanos. ex quo, aduentus meus ad vos mihi erit meritorius, & vobis multū utilis. Ex quo, In meo aduentu CHRISTVS benedictionem suam abundantiq̄ vobis contribuet, qua a benedicto, benedicimini, & ab eo benedicti & sanctificati in abundantia gratiam eius suscipietis. Ita vt tunc in vobis

Actu. 2. 4.

Actu. vlti

2thim. 4.

radicatus sit amor eius, & immobiliter in vobis inherere
ant virtutes quę in Christo fuerunt, ita vt in vobis sit veri-
tas, & nihil falsitatis, iustitia, & nihil iniustitię, benignitas, &
nihil malitię, & sic de cęteris virtutibus quę in **CHRISTO**
STO fuerunt.

Obsecro ergo vos fratres per dominum no-
strum Iesum Christum, & per charitatem san-
cti spiritus vt adiuuetis me in orationibus ves-
tris ad deũ vt liberer ab infidelibus qui sunt
in Iudęa. Et obsequit mei oblatio accepta fiat
in Hierusalem vt veniam ad vos in gaudio
per voluntatem dei vt refrigerer vobiscum. de-
us autem pacis sit cum omnibus vobis Amē.

Notę. Obsecratio est inuocatio qua deus ob rem sacram in-
Obsecr. uocatur, vt cum dicitur. Per mysterium sanctę incarna-
Charitas tionis tuę libera nos domine. Hic per charitatem. spiritus
sancti intelligitur gratia quam in hominibus ipse infun-
Oratio. dit, & amor charitativus quem producit. Oratio est ele-
tio mentis in deum qua contemplantur cęlestia, aut qua
ab eo petit quis quę sibi expediunt, aut necessaria sunt. Hic
cum dicit aposto. Et obsequi mei oblatio accepta fiat, per
Obligũ. obsequium intelligitur executio mandatorum cęlestium
& ministerii apostolo iniuncti, & amor charitativus
quo in Hierusalem pergebat visurus sanctos paupres qui
illic erant. Et per oblationem intelligitur representatio e-
Oblatio. leemosinarum quas ferebat in nomine ecclesię. Ille meri-
Quis me- rito qrit. to querit refrigerium corporale qui calore solis vritur, aut
refrigeriũ qui pugnando, & luctando, aut quouis alio modo cale-
corpale. fit & lassatur. Ille merito querit refrigerium spiritualis cõ-
Quis me- solationis qui calore ire sue, aut aliorum vritur, aut qui in
rito qrit. spiritali pugna, & lucta calefit & lassatur Deus ideo dis-
refriger. citur deus pacis, quia ipse est qui pacem tribuit, & sine
spũale. quo nulla est vera pax, & etiam qui pacẽ cõseruat, & spi-
ritualiter habitat cum his qui cum eo veram pacẽ habet.

¶ Obsecro ergo ¶ cū in Hierusalem iturus sim ac de-
inde ad vos Romanos migraturus ob rem sacram oran-
do ¶ vos ¶ Romanos, & Romę habitantes ¶ Fratres ¶
meos ¶ spirituales mediante fide suscepta. Ex quo, ipsa nos
vritus patris: scilicet dei, filios efficit. ¶ Per dominum no-
strum **I E S V M C H R I S T V M** ¶ cui data est om-
nis potestas in celo, & in terra, & in cuius scēmore scriptũ
est. Rex regũ, & dominus dominantium, & qui noster do-
minus est non solum generali dominatione qua super om-
nes, etiam infideles, dominatur. Sed etiam & specialiter.
& hoc, quia in aqua & spiritus sancto renati sumus, & me-
diante fide, spe, & charitate, eum specialiter suscepimus.
Et quia sic dominus noster est, ob rem sacram vos oran-
do, vos oro ¶ Per dominum nostrũ **I E S V M C H R I S T V M**
¶ in cuius humanitate diuina celebrata sunt mysteria
incarnationis, passionis, resurrectionis, mortis, & ascen-
sionis in cęlum ¶ Et tertiam vos oro ¶ Per charitatem san-
cti spiritus ¶ per eam gratiam quę a spiritus sancto homini-
bus datur ¶ vt adiuuetis me in orationibus vestris ad de-
um ¶ eas cum corde humili pro me dirigendo. Et si quo-
dammodo spiritu prophético supra, Romanis scripsisset.
Scio quoniam veniens ad vos in abundantia benedictio-
nis **C H R I S T I** veniam, nihilominus tamen sciebat etiam
in his quę manifeste futura cognouerat orationem
esse necessariam quę vtique nisi fuisset adhibita sequeretur
non impleri quę fuerant prophetata. Nam etsi predesti-
nati simus ad gloriam, tamen ad illam accedimus media-
te oratione Christo dicente Petite & dabitur vobis, que-
rite & inuenietis. Pulsate & aperietur vobis. Omnis
enim qui petit, accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti a-
perietur. Et exinde ea quę ad salutem sunt necessaria im-
mo etiam & ad augmentationem fidei & confirmationẽ
debere peti a deo docuit **C H R I S T V S** suis discipu-
lis dicendo. Amen dico vobis si habueritis fidem & non
hesitaueritis non solum de siculnea facietis. Sed & si mo-
ti huic dixeritis Tolle. Et iacta te in mare, fiet. & omnia
quęcumque petieritis in oratione credentes accipietis.
Apostolus in hoc suo facto instruxit ab ecclesia, & a

Expõ. tex
tus ad lite-
ram,
Math. vlti
Apo. 19.

Math. 7.
Math. 2 1

- subditis pro rectorib⁹ debere orationes fieri. Et istud postea plenius declarauit dicens. Obsecro igitur primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnib⁹ hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate. Etiam nos instruxit vt si in aliqua necessitate sumus constituti siue spiritali, siue corporali nos debere deum orare vt nos sibi misereatur, & proximos precari vt in eorum orationibus nos participes faciāt. Et hoc, quia aliorum orationes multum nobis profunt ad nos liberandū, & eruēdum de necessitatib⁹ in quibus cōstituti sumus iuxta illud Actu. 12.
- Actu. 12. Actio ad deum fieret pro eo sine intermissione liberatū fuisse petrum a carcere constitutū fuisse & cū ab ecclesia oratio ad deum fieret pro eo sine intermissione liberatū fuisse petrum a carcere per ministerium angeli. Et illud Iacobi. 5.
- Iacobi. 5. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Helyas homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam & terram fructum suum. Ostendit proximorum orationes multum nobis prodesse ad nos liberandum, & eruēdum de necessitatibus non solum corporalibus in quibus constituti sumus: sed etiam & spiritalib⁹ dicēdo. Orate pro inuicem vt saluemini. Et in huius confirmationem in medium adducitur dictū Origenis quo ipse super hoc passu dicit quod nostri posuerunt, adiuuens me in orationibus, in grecis codicibus haberi. Adiuuētis me in oratione orationū ad deum, inuenies vt dicit orantē in oratione sua agonem habere, & certamen aduersantibus illis de quibus scribit. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritalia nequitiae in caelestibus. Ex quo, certum est quod sicut omnes isti aduersantur fidei, & resistunt pietati sicut contrarii sunt iustitiae & veritati & omnibus bonis, ita sine dubio resistunt oranti, & orationi aduersantur. Et ideo ostendit apostolus Paulus esse non minimum in oratione certamen siquidem in hoc certamine etiam auxilium eorum qui Romae sunt, crediderit implorendum. Obstant enim vere demones, & contrarie potestates in oratione Primo, propter illud vt ne talis inueniatur qui in orationis agone desudat vt leuet parvas manus sine ira. Secundo, vt nemo sit in oratione sine superfluis & vanis cogitationibus quae mentem in deum directam declinant & frangunt, orantis sensum in diuersa rapientibus. Et si oratis ad deum seper mens sit fixa, & stabili intentione contendat vsque in finem dicere poterit cū Apostolo Bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruauit. Pro qua re petat apostolus a Romanis pro eo fieri orationes declarat dicens Et vt liberet ab inuis delibus qui sunt in Iudaea et ab incredulis & obstinatis Iudeis qui in Iudaea habitant, & precipue in Hierusalem Hii iudei apostolum Paulum odio prosequabantur & eum impugnabant, quia predicabat cessationem legis Iulii Petens medium orationum Romanorum ab his liberari, non timebat ab eis pati, nec diminui sui apostolatus gloriam: sed petebat ne impediretur, & ne diutius eorum obstaculis retentus vel minus gratum exhiberet sanctis ministerium quod & ipsis orationibus indigentium fiat acceptum, vel ne desiderium eius quod erga Romanos habebat visendos diutius differretur. Et istud ita esse apostoli sententia ostenditur: qua consequenter ait Et obsequii mei et muneris mihi impositi, & a me acceptati, quo propter deum Hierosolimam peto consolaturus Christi pauperes illic existentes. Et Oblatio representatio elemosynarum quas fero in nomine ecclesiae accepta placens & grata & sufficiens eorum indigentiae supplenda Et Fiat in Hierusalē sanctis et illic degentibus quatinus charitatem gentilium Christianifidelium, & affectum meum erga ipsos intelligant, & vna mecum vnanimes deo gratias agant Et vt veniam ad vos Romanos & Romae habitates Et In gaudio et spiritali spiritualiter gaudens negotiis meis salubriter expeditis: & hoc et per voluntatem dei voluntate diuina annuente ac cooperante, contra quam nihil agere volebat Apostolus. Immo etiam nec ad Romanos venire ipso supra cap. i. dicente Testis enim mihi est deo cui seruo in spiritu meo in euangelio filii eius quod sine

derit implorendum. Obstant enim vere demones, & contrarie potestates in oratione Primo, propter illud vt ne talis inueniatur qui in orationis agone desudat vt leuet parvas manus sine ira. Secundo, vt nemo sit in oratione sine superfluis & vanis cogitationibus quae mentem in deum directam declinant & frangunt, orantis sensum in diuersa rapientibus. Et si oratis ad deum seper mens sit fixa, & stabili intentione contendat vsque in finem dicere poterit cū Apostolo Bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruauit. Pro qua re petat apostolus a Romanis pro eo fieri orationes declarat dicens Et vt liberet ab inuis delibus qui sunt in Iudaea et ab incredulis & obstinatis Iudeis qui in Iudaea habitant, & precipue in Hierusalem Hii iudei apostolum Paulum odio prosequabantur & eum impugnabant, quia predicabat cessationem legis Iulii Petens medium orationum Romanorum ab his liberari, non timebat ab eis pati, nec diminui sui apostolatus gloriam: sed petebat ne impediretur, & ne diutius eorum obstaculis retentus vel minus gratum exhiberet sanctis ministerium quod & ipsis orationibus indigentium fiat acceptum, vel ne desiderium eius quod erga Romanos habebat visendos diutius differretur. Et istud ita esse apostoli sententia ostenditur: qua consequenter ait Et obsequii mei et muneris mihi impositi, & a me acceptati, quo propter deum Hierosolimam peto consolaturus Christi pauperes illic existentes. Et Oblatio representatio elemosynarum quas fero in nomine ecclesiae accepta placens & grata & sufficiens eorum indigentiae supplenda Et Fiat in Hierusalē sanctis et illic degentibus quatinus charitatem gentilium Christianifidelium, & affectum meum erga ipsos intelligant, & vna mecum vnanimes deo gratias agant Et vt veniam ad vos Romanos & Romae habitates Et In gaudio et spiritali spiritualiter gaudens negotiis meis salubriter expeditis: & hoc et per voluntatem dei voluntate diuina annuente ac cooperante, contra quam nihil agere volebat Apostolus. Immo etiam nec ad Romanos venire ipso supra cap. i. dicente Testis enim mihi est deo cui seruo in spiritu meo in euangelio filii eius quod sine

2thim. 4.

Actu. 21.

.24.

&.25.

Iac. 4.

intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. Et in hoc eius facto nos docuit, ut in omnibus voluntati diuine nostram submittamus voluntatem, & in omnibus operibus nostris dicamus: Si dominus voluerit. Iuxta illud dictum Iacobi. Pro eo ut dicatis si dominus voluerit. Et refrigerer vobiscum. Et refrigerio spiritualis consolationis vobis Romanis, & Romae habitantibus, ad concordiam reuocatis, ut unusquisque nostrum de profectu alterius letetur, & ut vestra presentia refrigerium tribulationum mearum accipiam. In nonnullis calorem solis hæreseos cognoscens Apostolus zelo dei ductus urebatur, & hinc errorem exiti pare volens, & philosophorum falsa dogmata spirituali pugna accepto gladio ancipiti verbi dei contra eos pugnavit, ipso inquit: Si secundum hominem ad bestias pugnavit Ephesi. Et exinde merito refrigerari cupiebat refrigerio spiritualis consolationis, Et Deus autem pacis, qui ideo deus pacis dicitur, quia ipse qui trinus est, & vnus, omnipotens est, a quo vera pax dependet in esse, fieri, & conseruari. Et sit per gratiam eius, & specialem inhabitationem. Et cum omnibus vobis Romanis, & Romae habitantibus, ut pax dei que exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. Hinc Apostolus ut gentium prælati

1. Cor. 15

ingenti benedictione eos benedixit dicens: Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Et ita eis aduenire firmiter optat, dicendo: Et Amen. Et ex quo, amen æquiualeat huic: Ita fiat, ita sit, ita euentat.

Philip. 4

ingenti benedictione eos benedixit dicens: Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Et ita eis aduenire firmiter optat, dicendo: Et Amen. Et ex quo, amen æquiualeat huic: Ita fiat, ita sit, ita euentat.

CAPVT XVI



COMMENDO AUTEM

vobis Pheben sororem nostram, que est in ministerio ecclesie, que est Cenchrus, ut eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei in quocumque negotio vestri indigerit. Etenim ipsa quoque assistit multis, & mihi ipsi.

¶ Cenchrus dicitur locus Coryntho vicinus, & portus in Notula. ris Corynthi, ubi erat ecclesia fidelium, cui ministrabat Cenchrus Phœbe.

¶ Commendo autem, et commendabilem dico, laudo, ac committo. Et vobis Romanis, & Romae habitantibus. Phœbem sororem nostram, non carne, sed fide. ex quo, in nobis, & ea, vna est fides, vnus est pater cælestis, vnus est dominus noster Iesus Christus. Cum hic dicat Apost. sororem nostram, & non meam, loquitur de cognatione spirituali, & non carnali. Quæ est in ministerio ecclesie, existenti in parte illa Corynthi, & portu maris. Quæ est Cenchrus, et Phœbe nobilissima & ditissima mulier erat ex aqua & spiritu sancto renata, & Christo adhærens, que Ecclesiam in loco Cenchrus de suis facultatibus sustentabat. & tunc temporis Apostolo hanc epistolam Romanis mittente, pro aliquo negotio Romam profecta est, & forte in curia Cæsaris habuit aliqua expedire, sicque indiguit Romanorum auxilio. Cognoscens Apostolus ipsam meruisse ut ei subueniretur, Romanos hortatur, ut id faciant, dicendo: Et ut eam suscipiatis in domino, et secundum dei voluntatem, & sicut deus requirit, scilicet charitativè, reuerenter, & pie. Et digne sanctis, et prout dignum est recipi sanctos, & put decet aliquos a sanctis suscipi, ut mercedem suscipiatis. Nam (ut dicit Christus) qui recipit prophetam in nomine prophetæ mercedem prophetæ accipiet, & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicumque potest de-

Phœbe

Mat. 10.

derit vni ex minimis istis calicem aque frigidæ tantum in nomine discipuli, nõ perdet mercedem suam ¶ & assistis ei ¶ non precise eam visitando & comitando, sed & eam consolando, & ei auxilium & subsidium præbendo. ¶ In quocunq; negotio vestri indigerit ¶ pietate & misericordia, & propter deum amicitia circa eam moti in quacunq; causa, aut quouis modo, vestro indigerit auxilio, in omni negotio ei auxiliũ ferendo, siue in victu, siue in vestitu, siue in verbo, siue in intercessione apud Cæsarem, vt in bonis ab ea inceptis firmiter reddat. Ex quo teste Særomone. Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma est. De familia Cæsaris aliqui credentes erant iuxta illud apostoli. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui ex Cæsaris domo sunt. Romanos hortatur. Apostolus, vt huic mulieri subueniant in materia iudicii causarum, si eis indigeat, & etiam quoscunq; alios fideles, vt iuxta eorũ vires & possibilitatẽ ei subueniant. Et hoc, quia (vt ipse hic ait) ¶ Et enim ipsa quocunq; assistit ¶ subuenit, ministrat, atq; auxilium præbuit ¶ multis ¶ Christi fidelibus ¶ & ¶ etiã ¶ mihi ipse ¶ Paulo gentium Apostolo, & ideo eã suscipere debetis, vt bona a Christo suscipiatis, Ex quo, dicente Christo: Quia mensura mensuræ fueritis remetietur vobis. Ex hac suprad. Apost. sententiã quatuor extrahunt. Primum apostoli apostolica autoritate dicere: In initio nascẽtis ecclesię foeminas aliquas in ministerio ecclesię constitutas fuisse, & exinde hoc tempore licite constitui posse, vt constituantur in domibus religiosarum foeminarum. Secundum, quia sicut Loth hospites suscipiendo meruit aliquando angelos suscipere, & eos suscepit. Et sicut Abraham semper occurrendo hospitibus meruit, vt dominus cum angelis diuerteret ad tabernaculum eius sicuti & diuertit, ita & hæc religiosa Phœbe dũ assistat omnibus & obsequitur, meruit assistere & obsequi etiam Apostolo. Tertium, inter assumendas in ecclesia ministras foeminas tales debere assumi in ministerium quę assistent multis, & per bona officia meruerit peruenire vsq; ad apostolicam laudẽ. Quartum quod innuit & hortatur Apostolus, est vt hi qui in bonis operibus in Ecclesia dant operam, vicem recipiant a fra-

Prou. 18. lomone. Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma est. De familia Cæsaris aliqui credentes erant iuxta illud apostoli. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui ex Cæsaris domo sunt. Romanos hortatur. Apostolus, vt huic mulieri subueniant in materia iudicii causarum, si eis indigeat, & etiam quoscunq; alios fideles, vt iuxta eorũ vires & possibilitatẽ ei subueniant. Et hoc, quia (vt ipse hic ait) ¶ Et enim ipsa quocunq; assistit ¶ subuenit, ministrat, atq; auxilium præbuit ¶ multis ¶ Christi fidelibus ¶ & ¶ etiã ¶ mihi ipse ¶ Paulo gentium Apostolo, & ideo eã suscipere debetis, vt bona a Christo suscipiatis, Ex quo, dicente Christo: Quia mensura mensuræ fueritis remetietur vobis. Ex hac suprad. Apost. sententiã quatuor extrahunt. Primum apostoli apostolica autoritate dicere: In initio nascẽtis ecclesię foeminas aliquas in ministerio ecclesię constitutas fuisse, & exinde hoc tempore licite constitui posse, vt constituantur in domibus religiosarum foeminarum. Secundum, quia sicut Loth hospites suscipiendo meruit aliquando angelos suscipere, & eos suscepit. Et sicut Abraham semper occurrendo hospitibus meruit, vt dominus cum angelis diuerteret ad tabernaculum eius sicuti & diuertit, ita & hæc religiosa Phœbe dũ assistat omnibus & obsequitur, meruit assistere & obsequi etiam Apostolo. Tertium, inter assumendas in ecclesia ministras foeminas tales debere assumi in ministerium quę assistent multis, & per bona officia meruerit peruenire vsq; ad apostolicam laudẽ. Quartum quod innuit & hortatur Apostolus, est vt hi qui in bonis operibus in Ecclesia dant operam, vicem recipiant a fra-

Phil. vlti. apostoli. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui ex Cæsaris domo sunt. Romanos hortatur. Apostolus, vt huic mulieri subueniant in materia iudicii causarum, si eis indigeat, & etiam quoscunq; alios fideles, vt iuxta eorũ vires & possibilitatẽ ei subueniant. Et hoc, quia (vt ipse hic ait) ¶ Et enim ipsa quocunq; assistit ¶ subuenit, ministrat, atq; auxilium præbuit ¶ multis ¶ Christi fidelibus ¶ & ¶ etiã ¶ mihi ipse ¶ Paulo gentium Apostolo, & ideo eã suscipere debetis, vt bona a Christo suscipiatis, Ex quo, dicente Christo: Quia mensura mensuræ fueritis remetietur vobis. Ex hac suprad. Apost. sententiã quatuor extrahunt. Primum apostoli apostolica autoritate dicere: In initio nascẽtis ecclesię foeminas aliquas in ministerio ecclesię constitutas fuisse, & exinde hoc tempore licite constitui posse, vt constituantur in domibus religiosarum foeminarum. Secundum, quia sicut Loth hospites suscipiendo meruit aliquando angelos suscipere, & eos suscepit. Et sicut Abraham semper occurrendo hospitibus meruit, vt dominus cum angelis diuerteret ad tabernaculum eius sicuti & diuertit, ita & hæc religiosa Phœbe dũ assistat omnibus & obsequitur, meruit assistere & obsequi etiam Apostolo. Tertium, inter assumendas in ecclesia ministras foeminas tales debere assumi in ministerium quę assistent multis, & per bona officia meruerit peruenire vsq; ad apostolicam laudẽ. Quartum quod innuit & hortatur Apostolus, est vt hi qui in bonis operibus in Ecclesia dant operam, vicem recipiant a fra-

Matt. 7. Nota.

Geff. 19.

Geff. 18.

tribus, & honorem, & in quibuscunq; necessarium fuerit: siue spiritualibus, siue carnalibus officiis honorifice habeantur.

Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in CHRISTO IESU, qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctę ecclesię gentium, & domesticam ecclesiam eorum.

¶ Prisca, de qua hic loquitur Apostolus illa est, quę Priscilla vocatur, & Aquila, vir eius erat: Eos inuenit Apostolus in Corintho, & nuper venerat ab Italia. Ex quo, Claudius præceperat, omnes Iudæos discedere a Roma. Erat Aquila de genere pontico. Accessit ad eos Apostolus ab Athenis ad Corinthum, & apud eos mansit annum vnum, & menses sex, & operabantur simul. Erant enim artifices tabernaculorum, hoc est, sutores, & suebant ex pellibus, & sintheaminibus tabernacula, & papilliones, vendebantq; ea quę operabantur, ex iisque viuebant. A Corintho venit Apostolus in Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, deuenitque in Ephesum, & illic reliquit Priscam & Aquilam Apostolus. Ipso descendente in Anthiochiam Iudeus quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis, quem asumpserunt Priscilla & Aquila, & diligentius ei viam domini exposuerunt. Ex quo, & si ipse doceret ea quę sunt in IESU, imitabatur tamẽ Baptisma Ioannis. Dicens Apostolus: Qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, accipit animã pro vita, sicuti accepit CHRISTVS quãdo ipse dixit: Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suã ponat quis pro amicis suis. Et Helyas. quando ait: Astaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & querunt animam meã vt auferant eam. Et sicut accepit Apostolus, quando istud supra capite undecimo istud dictum Helyæ allegauit.

Notulæ.
Prisca.
Actu. 18.
Aquila.
Apollo.
Anima.
Io. 15.
3. reg. 19.

Expositio **textus ad literam.** ¶ **I** saluate **I** saluos dicite, Felicitatē, & bonā vitā, Itē prosperū, ea q̄ bona sunt optate & ānunciate ¶ **P**risca & aquilā **I** virtū illum aquilā, & eius mulierē priscam cū quī b⁹ (vt dictū est) in coryntho māsit, vixit, & opat⁹ est Apo. & a quibus Apollo iudeus, Alexandrinus genere, potens in scripturis diligentius in via domini instruitus est. **P**reponit hic apost. mulierē vtro, aut qa (vt videt^r) prius credidit, aut quia feruentior erat in fide, ostendens ordinem gratiē precedere ordinem naturā ¶ **A**diutores meos in Christo Iesu ¶ **I**deo apost. priscam & aquilā dicit adiutores suos in Christo quia ipsi firma fide & vti credendū est credebant **C**H R I S T V M I E S V M, & ea quę erant **C**H R I S T I I E S V & iuxta eorum credulitatem alios de hac credulitate instruebant sicuti ex scriptura allegata constat eos instruxisse apollinem nomine, virum iudeum, Alexandrinum genere, qui eloquens erat & potens in scripturis, ¶ **Q**ui ¶ **P**risca, & aquila ¶ **P**ro anima mea ¶ **P**ro conseruatione vitę meę, ac eius deffensione ¶ **I** suas ceruicē supposuerunt ¶ **E**t hoc, quia seipfos mortis periculo pro deffensione vitę meę exposuerunt. **Q**uomodo prisca & aquila pro conseruatione vitę Apostoli se exposuerint non hic scribitur sed iuxta scripturam **A**ctu, videtur in hoc seipfos mortis periculo pro apost. exposuisse, quia hospitem eum susceperunt, & se murum contra aduersarios pro eo fecerunt (sicut & legitur Ialonen fecisse pro illo & hiis qui cum eo erant) Ita etiam vt in coryntho propria relicta domo Apostolū sequuti sint vsque in Syriā, & a Syria vsque in Ephesum vbi muneris Apostolici officium sunt exequuti, apollinē Alexandrinū plenius in fide instruendo ¶ **Q**uibus ¶ **P**risca & aquila ¶ **N**on solum ego ¶ **P**aulus gentiū apo. pro bñficiis mihi impēsis ¶ **G**ratias ago ¶ **I**n cognitionē beneficiorū ab eis susceptorum ¶ **S**ed & cunctę ecclesię gentiū ¶ **E**is gratias agunt. **D**icenti, & quare gratias agunt ¶ **R**espondetur, quia beneficia contulerunt Apostolo gentium praelato. **D**icēti & quomodo cunctę ecclesię gentium eis gratias agunt cum non omnes ecclesię gentium scribant, nec ab omnibus gentilibus ad Christum conuersis cognoscantur ¶ **R**espondetur

Act. 18.

Act. 17.

Act. 18.

quā Paulus gentium aposto. auctoritate, iuridica pro opere pio ab eis sibi impenso eis confert participationem orationum omnium gētiū **C**H R I S T I F I D E L I V M. Et ex hoc apostoli facti & consimilibus eius factis extractum credo ecclesię factum & vsus, quo alicui vel aliquibus laborem sument vel sumentibus pro commodo totius ecclesię, aut pro capite ecclesię qui est praelatus, aut pro vtilitate membrorum ecclesię, mediante qua subleuantur membra, aut reparantur ædificia ecclesiastica impensa & collata est auctoritate iuridica a praelato suorum subditorū, participatio orationum, & ieiuniorum ¶ & domesticam ecclesiām eorū ¶ **P**risca, & Aquilā. **E**go Paulus gentium Apo. vobis Romanis salutare iubeo. **C**um Ecclesia sit congregatio fidelium in Christo, & sub Christo congregatorum in hac via sub praelato auctoritatem habente militantium, videtur ex hoc apostoli dicto (cum ipse nihil superflue nec sine causa dicat) Priscam, & aquilā aliquod particulare templum suis sumptibus ædificasse, in quo congregabantur fideles sub aliquo praelato milites, aut quod in domo sua congregabantur certi fideles in Christo Iesu instructi ab aliquo cui auctoritatem contulerat Apostol⁹, aut alius ab eo delegatus.

Salutate Ephenetum dilectum mihi, qui est primitiuus Asię in Christo Iesu.

¶ **C**um nihil frustra, & sine causa scribat Apostol⁹, videt Ephenet⁹, de quo hic scribit, ab eo dilectus amore spiritali & speciali, ita vt sibi esset familiaritate coniunctus, vt pie creditur propter ei⁹ humilitatem, & simplicitatē. **E**t hic Ephenetus ideo dictus est primitiuus Asię in Christo IESV, quia ipse primitias Asię in hoc habuit, aut quia ipse ex Asia primus omnium in aqua & spiritu sancto est regeneratus, & ad Christum conuersus, aut quia ipse tempore Apostoli Christi fideles in Asia existentes in virtutibus & meritis præcallebat, & exinde iuxta dictum illud Raphaelis ad Thobiam. **Q**uando orabas cū lacrymis & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandii tui, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos. **E**go obtuli orationem tuā dño. **Q**uando ab

Nota.

Ecclesia.

ephenet⁹

Thob. 12

angelo domino offerebantur, & presentabatur orationes
Christifidelium qui erant in Asia, sua primo presentaba-
tur.

Salutate mariā que multū laborauit in vobis.
Cum nihil sine causa (vt iam dictum est) scribat aposto-
sus, & hic dicat multum laborauit in vobis, videtur Maria
de qua hic loquitur laborasse edocēdo adolescentulas for-
brias esse in Christo, & nuptas vt diligant viros, & filios
enutrient in omni sanctitate eos monēdo pudicitiam, ca-
stitatem, benignitatem, vt domum bene regant, vt subdite
sint vīris, vt hospitio recipiant sanctos, vt sanctorum pe-
des lauent, & sic de singulis operibus que in omni genere
castitatis mulieribus conuenire possunt: & non solum vt
cōmuniter alię laborant in hoc laborasse, sed dei zelo quo
ducebatur, alias mulieres pudicas in hoc labore excessisse
& vītra hec omnia etiā modo speciali laborasse pro Ro-
manis vt ad concordiam reducerētur, & vt id fieri posset
ex dei amore eorum discordiam apostolo creditur eam
nunciāsse,

Salutate Andronicum & Iuliam cognatos &
concaptiuos meos qui sunt nobiles in aposto-
lis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu.

Notule

Cum hic dicat apost. cognatos meos, & non dicat cogna-
nostros, videtur loqui de cognatione carnali, & non spiri-
tuali de qua supra capite. 9. loquutus est dicens. Qui sunt
cognati mei secundum carnem? Differunt captiui & con-

Captiui.

captiui in hoc q̄ captiui dicitur illi qui accepti sunt, & sub
potestate alterius redacti, siue sit in eis eadem ratio capti-
uitatis siue non, siue propter eundem finem captiuati sint,
siue non. Et iuxta hunc modum captiuus erat populus
Israeliticus apud egiptos sub Pharaone, & apud assyrios
sub Salmanazar, & apud Babilonios sub Nabugodonoso-

4. Reg.
17.

for. Concaptiui dicuntur illi qui accepti sunt, & sub pote-
state alterius redacti, Ita vt in eis omnib⁹ eadem sit ratio
captiuitatis: & etiam propter eundem finem captiuati sunt

4. Reg.
vlti.

Et hæc cūcaptiuitas est temporalis & spiritalis. Tempo-
ralis concaptiuitas est illa qua aliqui ab alio temporaliter

captiuati sunt, & sub eius potestate redacti. Ita q̄ omnium
eorum eadem est ratio captiuitatis, & propter eundem fi-
nem captiuati sunt. Et sic licet populus Israeliticus captiu⁹
esset in Aegypto, & syria, & Babilonia cōformiter ad illud
Amos. Israel captiu⁹ migrabit de terra sua, Et illud Esayē
Captiuus ductus est populus meus, non tamen omnes po-
puli illius concaptiui erant. Ratio, quia non propter eun-
dem finem, & eandem rationem concaptiuati erāt. Nam
Moyse & Aaron, & qui eis abherebant in omnibus ca-
ptiuati erant ad aliorum consolationem, & liberationem.
Alii vero pro peccatis suis. Et etiam apud assyrios vel Ba-
bilonios captiuati erant Daniel, Ananias, Azarias, Esayas
& ceteri prophete, & etiam hii qui eis in omnibus adhe-
rebant pro aliorum consolatione. Et exinde hii qui pro
aliorum liberatione vel consolatione captiuati erant, cō-
captiui dicebantur. Iuxta illud Thobias. Cum captus esset
Thobias in diebus Salmanazar Regis Assyriorum in ca-
ptiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit. Ita vt
omnia quæ habere poterat quotidie concaptiuis fratribus
qui erāt ex eius genere impartiret. Et hoc, quia ipse Tho-
bias ad aliorum consolationem captiuatus est & bona sua
contribuit his qui patiebantur pro nomine domini & cō-
seruatione legis eius. Et etiam quia eos qui ab impiis oc-
cidebantur sepeliuit. Concaptiuitas spiritalis est illa qua
aliqui ab alio mediante sermone, prædicatione, exhorta-
tione, aut quocunque alio verbo dei sub CHRISTO
& eius potestate captiuati sunt, & mediāte fide spe & cha-
ritate in eius seruitutē sunt redacti. Ita vt in eis eadem sit
ratio captiuitatis & in eorum spiritalibus operationibus
ad eundem finem tendant. Et hoc modo omnes qui me-
diante verbo dei ab alio sub Christo captiuati sunt, & ad
idem exercitium spirituale se applicant. gratia exempli:
aut ad dei sermonem, aut scripturam, aut ad doctrinam,
aut ad exhortationem, aut ad prædicationem concaptiui
dicuntur. Omnes vero Christicolę sub Christo captiuati
dicuntur, quia per meritum passionis suæ exhibite, & san-
guinis sui effusi sunt redempti, & per susceptionem sacra-
menti baptismatis in eius seruitutem sunt redacti non

Cōcapti-
uitas ipa-
tis.

Amos. 7
Esayē. 5.

Thob. 1.

Cōcapti-
uitas spi-
ritualis.

tamen omnes sunt captiuati. Et hoc, quia non omnes ad idem exercitium spirituale se applicant, nec omnibus est data eadem gratia, sed vni, vna: alteri, alia: Etiam illi dici possunt captiuati qui cum alio sunt in seruitute siue temporalem, siue spiritualem redacti.

Expō. textus ad litteram.

¶ **S**alutate Andronicum, & Iuliam cognatos meos ¶ **C**ognatione carnali ex propagatione carnali descendente ¶ **E**t conceptiuos meos ¶ **H**i ideo dicuntur conceptiuus apostoli Pauli, aut quia ipsi cum eo in captiuitatem temporalem ducti sunt pro defensione nominis Christi, aut quia ad idem exercitium spirituale quo ipse exercitatus erat eos applicauit: vtputa ad prædicationem verbi dei eos sua instructione, & exhortatione pro fide Christi prædicanda & annuncianda constantes & firmos reddendo. Ita vt cum in vno loco Christi euangelium annunciaffent ad alium mox redirent Christi euangelium annuciare, & euangelio annuciato eos inducendo ad mittendum elemosinas sanctis pauperibus qui in Hierusalem erant & eos id fecisse creditur. Cum hic Apost. de Andronico, & Iulia non dicat conceptiuos vna mecum, sed conceptiuos meos, loquitur ac si diceret eos ad idem spirituale exercitium quo ipse exercitatus erat, captiuasse & applicasse, vtputa ad prædicandum verbum dei, & ad inducendum Christicolos vt mitterent elemosinas sanctis pauperibus qui erant in Hierusalem, & ad eas deferendū sanctis pauperibus. ¶ **Q**ui ¶ **A**ndronicus & Iulia ¶ **S**unt nobiles ¶ & nobilitate generis carnalis. Ex quo, sunt de tribu Benjamin sicut & ego, & nobilitate spiritali sanctissime conuersionis ¶ **I**n Apostolis ¶ **I**nter Apostolos. Et hoc, vt videtur quia famosi prædicatores erant & euangelizatores nominis Christi: & etiam quia Christicolos cum ardenti charitate inducebant ad mittendum elemosinas sanctis pauperibus qui in Hierusalem erant & eis susceptis non plangendo laborem, eas deferrebant ¶ **Q**ui ¶ **A**ndronicus & Iulia ¶ **E**t ante me fuerat in Christo Iesu ¶ **A**nnumerationis eius discipuli, & imitantes virtutes que in Iesu Christo fuerunt. Ideo dicuntur hii duo Andronicus & Iulia fuisse ante Apostolum in Christo Iesu: quia (vt videtur) fuerunt

de numero. 72. discipulorū de quibus Christus ante passionem suam exhibitam legitur in Luca. dixisse. Post hæc autem designauit dominus & alios. 72. & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus. Et Apost. paulus post passionē Christi exhibitam, & mortem beati stephani ad Christum vocatus est, & eius fidē suscepit, Apostolusq; Christi est effectus. Luce. 10.
Actu. 8.
& 9.

Salutate ampliātū dilectissimum mihi in dño.

¶ **H**uic ampliātū nihil egregium Apostolus præ cateris in laude ascribit nisi qd dilectissimus est sibi in domino, & hos, quia (vt videtur) multum feruens in charitate erat. Et ista de causa eum salutatione dignum dicit. Ampliat⁹

Salutate Vrbānū adiutorem nostrum in Christo, & Stachin dilectum meum.

¶ **I**deo dicitur Vrbānus adiutor apostoli in **C**H R I S T O I E S V quia est effectus particeps apostoli muneris, aut quia adiuuabat apostolū in prædicatione verbi **C**H R I S T I, aut in administratione sacramentorum aut in elemosinis deferendis, aut conferendis sanctis pauperibus qui erant in Hierusalem. Et his de causis aut aliqua earum eum salutatione dignum dicit. Huic Stachin attribuit id quod Ampliatū attributum est. Vrbānus.

Salutate Apellem probum in Christo.

¶ **H**ic videtur esse Apello ille Iudæus, Alexandrinus genere, de quo supradictum est, qui ideo dictus est probus in **C**H R I S T O, quia ipse fernēs fuit spiritu, & ex feruore spiritus docebat diligenter ea quæ sunt **C**H R I S T I I E S V vehementer reuincendo Iudæos, & publice ostendendo per scripturas **C**H R I S T V M I E S V M esse Messiam in lege promissum. Et exinde merito probus, seu a deo approbatus dictus est. Et hoc, quia his suis factis multū contulit his qui crediderant **C**H R I S T V M, & per tribulationem & patientiam probatus est. Actu. 18.

Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo.

Nihil frustra in scripturis addit vel minuitur.

Cum in scriptura apostoli nihil frustra ponatur, & nihil otiose in literis eius vel additur, vel minuitur, istos qui sunt de domo vel familia Aristoboli non frustra neque dilectos, neque probos, neque adiutores in CHRISTO, nominat. Et hoc forte, quia nihil tale habebat in meritis. Idcirco eos solo titulo salutationis honorauit.

Salutate Herodionem cognatum meum.

Herodiō.

Cum dicat apostolus cognatum meum, & non cognatum nostrum, Herodion cognatus videtur fuisse apostoli secundum propagationem carnalem. Et cum nihil de eo aliud dicatur, nullum in eo meritum fuisse videtur, nisi quod religiosus in CHRISTO declaratur. Et ista de causa eum saluari iubet apostolus.

Narciscus.

Salutate eos qui sunt ex Narcisci domo qui sunt in domino. Narciscus iste dicitur fuisse presbiter qui peregrinando Christianos confirmabat exhortationibus, & quia praesens tunc non erat, suos apostolus saluari iubet apostolico nomine: & in eius domo plures fuisse videntur ex eius familia, sed non omnes in domino erant. Et ideo addidit apostolus eos suae domus salutandos qui sunt in domino per susceptionem suae fidei ac legis.

Salutate Triphenam, & Triphosam qui laborant in domino. Cum multi laborent, sed non omnium labor sit in domino. Ex quo, multorum labor est circa temporalia applicatus. De his duabus bonum dat apostolus testimonium, inueniens eorum laborem non in his quae mundi, aut carnis sunt, fuisse, sed in domino. Et hoc, quia in ministerio sanctorum fuit quod dominus sibi fieri reputat. Iuxta illud Christi dictum. Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Mat. 25.

Perfida.

Salutate Perfida charissimam quae multum laborauit in domino. Haec longe praefertur duabus superadiectis, quia & charissima dicitur, & non solum laborasse sed & multum laborasse in domino, asserit. Quomodo multum laborauerit non hic scribitur, videtur tamen ipsa multum laborasse

rasse exhortando alios & in pressura, & in egestate ministrando sanctis, & in aliis spiritualibus laboribus de quibus scribitur. 2. corinth. 11.

Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius, & meam. Cum merito credatur Apostolum in suis salutationibus nihil inaniter, & sine causa posuisse, creditur hunc Rufum fuisse de numero non multorum, qui vocati sunt, sed paucorum, qui a deo vocati sunt vocatione secundum propositum, de qua supra capitibus. 8. & 9. dictum est, & Apostolum Paulum id sciuisse. Et etiam cum hic dicitur, salutate matrem eius, & meam intelligendum est vnam, & eandem mulierem secundum carnem fuisse matrem Rufi, & Apost. Pauli. Ita ut Rufus fuerit frater eius carnalis. Aut verius cum hic non nominet Rufum esse fratrem suum, sed dicat matrem eius, & meam, intelligendum videtur vnam & eandem mulierem fuisse matrem carnalem Rufi, & matrem spiritualement Pauli Apost. Sicut & virgo Maria secundum carnem mater fuit Christi, & mater spiritualis Ioannis apostoli iuxta dictum illud CHRISTI de IOANNE ad MARIAM. Mulier ecce filius tuus. Et de MARIA ad IOANNE M. Ecce mater tua. In quo CHRISTI dicto non solum intelligendum est MARIAM effectam fuisse per misericordiam matrem Ioannis evangelistae, sed etiam & omnium Christianorum. Et tunc MARIAM, quae non senserat dolorem in concipiendo corpus CHRISTI, sensisse dolorem quem communiter patiuntur matres in conceptione liberorum iuxta dictum illud Symeonis ad MARIAM: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et tunc quando in Christi passione talem dolorem sensit Maria, effecta est per gratiam, & misericordiam mater omnium Christianorum. Et de hac maternitate pie creditur ecclesia in honorem virginis cantare, MARIA mater gratiae, Mater misericordiae. Et de consimili maternitate hic videtur loqui Apost. quando vocat matrem carnalem Rufi, matrem suam. Ita ut mater Rufi ex amore charitativo quo dilige-

Rufus

Io. 19.

Luce. 2.

bat apostolum pro defensione Apostoli senserit dolorem in corde suo, quæ sentiuit matres in conceptione filiorum, Aut quæ saltē talē dolorē, & sic adoptauerit apostolū i ei⁹ spiritualē filiū. Et (vt pie creditur) exēplo Pauli Apo. adoptantur religiosi a senioribus se in filios spirituales. Et similiter nonnulli potētes aliquos pauperes, siue religiosos, siue Laicos, in filios adoptant.

Salutate Asineretum, Phlegontem, Hermen, Patrobā. Herman, & qui cum eis sunt fratres

¶ Apostolus his, similē dat salutationē, Et hoc, vt videt, quia boni, & simplices erāt Christiani, simul (vt creditur) in vnū habitates, vnanimis in Christo cū quibus alii eis i religione consimiles habitabant, nihil in signe virtutis habentes. Hinc nihil laudis specialis eis adiungit apostolus

Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, & sororem eius, & Olimpiadem & omnes qui cū eis sunt sanctos.

Philologus, & Iulia. ¶ Hi duo Philologus, & Iulia maiores erant, & forte cōiuges: & cæteri, domestici eorū erant vnanimi cōsensu in vnū habitates ad quos simplicē salutationem dirigit apostolus. Et hoc, vt videtur, quia nihil in signe virtutis habebant. Nam omnes quos a principio huius capitis salutauit apost. intelliguntur fideles fuisse, & præclari fide, & meritis. Iuxta ea quæ eis attribuit.

Salutate inuicem in osculo sancto.

Salutare inuicē in osculo sancto. ¶ Spirituali, charitativo, quod sit veræ concordia, & internæ dilectionis indicium, non ficto, non subdolo, non impudico, non adulatorio, aut proditorio, sed sancto, religioso, & casto osculo tanq̄ signo exteriori ostendendo in vobis ipsi verā esse cōcordiā, & verā pacē, & vos mutuo i vera, & nō ficta charitate diligēdo. Et i primitiua ecclesia vt hæc ostēderētur esse inter fideles mos inter eos cōseruatus est quo ipsi post missarū solēnia, & post terminatū officii inuicē osculo se suscipiebāt, sed refrigescēte charitate & superabundāte libidine, & iniquitate soleuit hic mos, & ablati est. Et adhuc in signū hui⁹ rei hæc oscula obseruātur inter viros religiosos in initio susceptionis habitus re-

Nota.

igionis. & etiam post habitum professionis susceptum.

Salutant vos omnes ecclesie Christi.

¶ Salutare est salutē dare, est aliquē optare salutē & inco-
lumen, est alicuius optare fœlicitatē, est alicui optare quæ
bona sūt. Et in huius rei signū est visitare aut per plentiā
corporalē, aut per scripturā ei reuerentiā, & amicitia exhibendo. Et hoc modo salutatur viatores. Beati vero salutatur
Beatorū
tur quæ iā saluati dicuntur, & fœlices quæ eorū predicantur, aut
salutatio
in signū reuerentiæ nominatur, virtutes: vt cū virgini Maria
rix dicitur. Salue regina mię. Nam salue verbum salutatis
Salue.
tis est, equiualens huic, Saluus sis, aut saluus eris, aut salua
es. Ideo dicuntur oēs ecclesie Christi salutare Romanos, quia cum vnus, & idem spiritus esset in Paulo & in omnibus ecclesiis. Cum Paulus salutabat Romanos, in persona
in persona Pauli oēs ecclesie gentiū eis salutē dare dicebantur. Et etiā quia oēs ecclesie Christi, optabant Romanorū
salutem, & fœlicitatē, & ea quæ bona sunt, & eos incolu
mes esse, & saluos. Et in huius rei signū eos visitabat apo
stolus per hanc scripturā, eis in amicitie signū vt gentium
prælatus autoritate iuridica conferendo participationē
orōnum, & ieiuniorum quæ a gentibus conuersis fiebant
& eis (vt creditur) declarādo Petrum qui Apo. erat circū
cisionis, & omnium Christianorum sumus prælatus conferre
participationem suffragiorum, ieiuniorum & orōnum omnium
suorum subditorum Propterea (vt videt) ipse hic seipsum non
nominauit sicuti fecit supra in hoc cap. quando dixit quod omnes ecclesie gentiū gratias agebat
Priscæ, & Aquilæ sub hac sententia. Quibus nō solum ego
gratias ago, sed & cuncte ecclesie gentium, ostendens (vt
pie creditur) hanc salutationem quam Romanis mandabat, in
nomine totius ecclesie non solum a seipso iuridice procedere sed etiam & a Petro. Et iuxta factum istud Apo
stolicum quando prælatus sumus Papa pontifex summus
plenarias confert indulgentias hunc modum accipit, quod
dicit, aut scribit. Autoritate Petri, & Pauli, per collationem
indulgentiarum, eos quibus indulgentias confert salutando
in nomine Petri & Pauli, seu eorum salutem optando. Ex quo collatio participationis orationum & iur

fragiorum, & ieiuniorum omnium Christifidelium est medium perueniendi ad salutem.

Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt: sed suo ventri & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium.

Notuse.
seruire
suo ventri.
Philip. 3.

¶ Illi dicuntur seruire suo ventri, qui opera sua faciunt non propter gloriam Christi, sed propter questum, & vt ventrem suum impleant, & vt delicate viuant in delitiis mundi, & actibus venereis De quibus scribitur. Multi enim ambulabant quos sepe dicebam vobis. Nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi quorum finis interitus quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.

Expō te,
et ad lit.

¶ Rogo autem & non impero, sed propter charitatem & si auctoritatem habeam imperandi tamen ergo fiduciam habens in vobis, Apost. quando rogare maluit, quam imperare sperans amicitiam eos quibus scribebat ad se attrahere ipso Philemoni dicente propter quod multam fiduciam habens in CHRISTO IESU imperandi tibi quod ad rem pertinet propter charitatem magis obsecro ¶ Vos ¶ Romanos, & Romę habitates ¶ Fratres ¶ meos, ex quo, sicut & ego estis filii Christi, & ecclesie eius ¶ spēs ¶ vt obseruetis ¶ vt notetis, & discernatis, & diligenter consideretis ¶ eos qui dissensiones ¶ qui mentium, & sensuum discordias, & rixas, & contrarias opiniones adinueniunt, & in medium proponunt contra fidem, aut communem ecclesie determinationem. ¶ & offendicula ¶ quibus proximus scandalizatur, & offenditur. Ita vt vnus alium offendat per culpam precipitiam, quae tales iniqui preparant vt incautos ruere in opere nequitie faciāt ¶ Præter ¶ contra ¶ doctrinam quam vos didicistis ¶ a me & aliis Christi discipulis ¶ Faciunt ¶ eorum ambitione, ac malitia vos lo-

Ad philem.
mo. cap.
vnico.

ducendo ad mutuam offensionem, & dissentionem ¶ Et ¶ non eos suscipiatis, nec eis fauorem præbeatis, sed ¶ declinate ab illis ¶ non solum mente, sed etiam corporali recessu si fieri potest ne peruertamini cum perueris, quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam Et propterea ¶ Thessalonicę. ait Apo. Quod si quis non obedierit verbo nostro per Epistolam hanc, notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur Et a Iohanne dicitur. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis ¶ Huiusmodi enim ¶ peruersi homines, dolosi, elati, ambitiosi, iniqui, detestabiles in subdolis suis actionibus ¶ Christo ¶ deo, & homine toti generis humani redemptore ¶ domino nostro ¶ non solum per potestatem quam accepit in celo, & in terra super bonos, & malos: sed etiam quia per fidem charitate formatam ei adheremus, præcepta sua, & sue ecclesie custodiendo ¶ non seruiunt ¶ peruersi supradicti homines. Et hoc, quia fraudulenter incedunt, alios decipientes sub specie bonitatis, & pietatis, conformiter ad dictum illud Christi. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces ¶ sed suo ventri ¶ seruiunt supradicti iniqui homines Et hoc, quia opera sua faciunt vt ea ad que sensualitas incitat eorum venter, ac cetera membra adipiscantur ¶ & per dulces sermones ¶ per verba composita atque placencia quibus venenum nequitie sue dulciter infundunt, mala sub specie boni persuadendo ¶ & benedictiones ¶ Falaces, quibus benedicunt, & adulantur illis qui eos sequuntur. Talibus, & eorum benedictionibus dicente domino per Malachiam, Maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis, quoniam non posuistis super cor. Et his qui iniquos illos sequuntur, & audiunt, dicente domino per Esayam. Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant ¶ seducunt ¶ & hoc, quia seorsum a veritate ducunt, & a via rectitudinis ¶ corda innocentium ¶ in experientiam, & incircumspectorum cauere nescientium qui in se boni

Eccle. 13.

2. thess. 3.

2. Io. ca.
vnico.

Math. 7.

Malac. 2.

Esay. 3.

Prou. 14. sunt sine dolo, & fele, putantque alios tales esse quales ipsi sunt. Ideoque cito credunt, & falluntur. Vnde scriptum est. Innocens credit omni verbo, astutus considerat gressus suos. Et quomodo considerat astutus Hæreticus insidiosus, callidus, adulator, blandus, inimicus, cupidus, elat⁹, blasphemus, parentibus nonobediens, ingratus, scelestus, sine pace criminator incontinens, immitis sine benignitate, proditor, proteruus, & voluptatum amator habens speciem pietatis, & virtutem eius abnegans? Respondetur iuxta sententiam apost. discedendo a fide, & a determinatione ecclesie, attendendo spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum in hypocrysi, & cauteriatam habendo conscientiam, & loquendo mendacium penetrando domos, & captiuas ducendo mulierculas oneratas peccatis, quæ ducunt variis desiderijs. Ita vt semper sint discētes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quibus subdoli hæretici cum omni adulatione, & deceptione loquuntur bona dicendo ea quæ correctione digna sunt, ponendo lucem tenebras, & tenebras lucem, Dulce, amarum & amarum, dulce & per dulces eorum sermones peccata alleviando, & dicendo quæ grauiora sunt, non esse grauiora, aut non esse peccata. Et exinde suis imitatoribus securitatem peccandi præbent promittentes eis impugnitatem ex dei misericordia, crebroque benedictiones illis dant, vt sancti eis appareant.

Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos simplices esse in bono, & simplices in malo.

Notulæ. ¶ Est sapientia in bono, est & sapientia in malo. Est simplicitas in bono, est & simplicitas in malo. Sapientia in bono, est illa qua quis nititur deum cognoscere, & voluntatem eius, & profunde cogitare, & exquirere quid boni facere debeat, ita vt si impediatur ab opere bono per malitiam alicuius si tunc non possit opus bonum perficere, excogitat quomodo possit bonum sermonem proferre.

Et si nullam istorum possit adimplere impedimento ductus votum & animi habet id faciendi, perfectione sensus adeptus Et de hac sapientia Apo. dicit. Malitia paruuli estote, vt sensus I. cor. 14. sibi perfecti sitis. Nolite pueri effici sensibus. Sapientia in malo, est carnalis prudentia qua quis profunde, & subtiliter Sapientia inquirat ea vnde plus alteri nocere valeat, & artes, & argumenta quibus reddere possit malum pro malo, & nequitiam pro nequitia, Et qua quis versutia, & astutia, & calliditate inquirat ea quæ sensualitatis, & mundi sunt, relictis his quæ sunt IESV CHRISTI. Et de hac dicit CHRIS TVS. Filij huius seculi, prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et de hac Sapientia sapientibus dicit Hieremias. Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Symplicitas in bono, est illa qua quis ignorat multa quæ bona sunt, & facienda, & in multis distinguere inter bonum, & malum, Et qua in multis non est expertus modum quo bene operari debeat. Symplicitas in malo, est illa qua quis si ab alio pulsetur iniuria, aut iniuria, non est paratus reddere iniuriam pro iniuria, aut malitiam pro malitia & non est astutus, aut subtilis ad inquirendum ea vnde alteri nocere valeat, aut artes, aut argumenta quibus reddere possit malum pro malo, aut nequitiam pro nequitia. Nec est astutus, aut callidus ad inquirendum ea quæ sensualitatis, aut mundi sunt Et exinde stultus estimatur in hoc mundo vt sapiens sit, iuxta dictum illud Apostoli. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Et qua vindictam nullam sibi assumit, sed relinquit domino. Iuxta dictum illud Apostoli. supra capite duodecimo Scriptum est enim. Mihi vindictam, & ego retribuam dicit dominus. Et hac simplicitate esse simplices monet Christus suos discipulos, & ex cõsequenti omnes Christicolos hac sententia Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

¶ Vestra enim obedientia qua obeditis euangelio adimplendo ea quæ sunt fidei, & quæ ab apostolica traditione

& Ecclesia suscepistis, & ab his qui vos instruunt. In omni loco & habitabili in hac terra. **I**diuulgata est. Et hoc, quia monarchiam tenetis orbis. Et exinde ex omni parte terrae habitabilis ad vos populus confluit, qui ad propria rediens, quae apud vos Romae audit, in sua narrat mansione. Non, hic ait Apostolus. Vestra enim obedientia in omnem locum laudata est, sed diuulgata. Et hoc, ut videtur, quia ipsi si non in toto & ex toto, saltem in parte & ex parte obediebant aliquibus falsis prophetis, qui soliti sunt dissensiones, & offendicula ponere, de quibus supra in textu precedenti dictum est. Et in hoc modo loquendi subtiliter indiscretam & facilem eorum obedientiam reprehendit, Et ne rursum inobedientes efficerentur, sed in hoc aperte corrigerentur, addit quae sequuntur. **I**gaudeo & congratulor, leticia afficior. **I**gitur in vobis. Et hoc, quia obedientes estis. Ratio, quia inobediens ultra propositum voluntatis suae ad nihil trahi valet. **Q**ui vero obediens est, & si ad malum trahatur, imperitiae & ignorantiae culpa, aut infirmitate trahitur. ex quo, ignorat inutilia esse ea, quibus obedientiam praebet, aut infirmitas ad haec perpetranda eum prouocat. Cum vero didicerit quae sunt utilia, & a sincero doctore instructus fuerit, firmus in fide & virtutibus efficietur, & cum obedientia virtutes imitabit. **S**ed & cum ego doctor sim gentium, & vos obedientes cognosca sincera, & vera doctrina vos instruendo. **I** Volo vos Romanos, & omnes **C**H**R**I**S**T**I**C**O**L**A**S **I** sapientes esse in bono & sapientia qua deum cognoscetis, & voluntatem eius profunde exquiretis, & quid agendum sit, & quid non agendum, discernendo precioso a vili, virtute a vitio, verum a falso, & adhaerebitis bono, relicto malo.

Et ego Paulus gentium Apostolus similiter volo vos Romanos, & omnes **C**H**R**I**S**T**I**C**O**L**A**S esse simplices in malo & ita ut sine aliqua plicatione, siue admixtione, aut associatione ad malum, sitis in bono persequentes.

Deus autem pacis conterat Sathanam sub pedibus vestris velociter.

In sacris scripturis accipitur quandoque Sathanas pro demone. Iuxta illud Iob. Dixit ergo dominus ad Sathan: Ecce vniuersa quae habet in manu tua sunt. Tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est Sathan a facie domini. Et illud dictum **C**H**R**I**S**T**I**: Vade Sathana: Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruiet. Et illud Zachariae. Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem coram angelo domini, & Sathan stabat a dextris eius, ut aduersaretur ei. Accipitur etiam quandoque Sathanas pro omni spiritu aduersario, qui aduersatur **C**H**R**I**S**T**O**, aut animae tendenti in deum, aut voluntati **C**H**R**I**S**T**I**. Iuxta dictum illud Christi ad Petrum. Vade post me & vniuersa scindam tibi. Scandalum est mihi, quia non sapis ea quae dei sunt, sed ea quae hominum. Etiam quandoque accipitur Sathanas pro spiritu aduersario, qui aduersatur virtuti, & precipue paci. Iuxta dictum illud Dauidis. Quid mihi & vobis filii seruie, cur efficitur mihi hodie in Sathan. Et illud dictum Salomonis ad Hiram regem Tyri. Nunc autem reuertens quem dedit deus mihi per circuitum, & non est Sathan, neque occurus malus. Vtroque modo accipiendo Sathanas potest exponi hic textus. Dicens Apostolus. Sub pedibus vestris velociter. Accipit pedes pro voluntate, & affectionibus. de quibus in canticis scribitur. Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos. Et in Psalmis. Non veniat mihi pes superbia.

Deus autem pacis & vnus, qui ideo deo pacis dicitur, quia ipse est qui dat pacem, & eam conseruat, & sine quo nulla vera pax esse potest, & qui specialiter habitat cum his qui cum eo pacifici sunt, & cum suis proximis. **I** conterat & deiciat & submittat **I** Sathanam & daemone, qui, ut leo rugiens circuit, querens quem deuoret: & etiam omnem spiritum aduersarium, qui aduersatur **C**H**R**I**S**T**O**, aut animae tendenti in deum, aut voluntati **C**H**R**I**S**T**I**, aut qui aduersatur & resistit paci, aut alicui virtuti. **I** sub pedibus vestris & sub voluntate, & affectionibus vestris **I** velociter & cito, absque dilatione, &

Notulae.
Sathanas pro demone.
Iob. I.
Mat. 4.
Zacha. 3.

Satha. p. oī aduersario christi tendenti, Mat. 16. Sathanas pro aduersario virtutis. 2. Re. 19. 3. Reg. 5. Pedes p. affectibus. Canti. 5. Psal. 35.

Expositio textus ad I. Petri 5. literam.

cum magna virtute, ita vt suggestio antiq̄ aduersarii mox vt mentes vestras, ac cæterorum **CHRISTIFIDELIVM CHRISTO** in quibus valent adherentiū pulsauerit, conteratur, efficiatur, conculcetur, atque in nihilum redigatur. Ita etiam vt omnis pseudopropheta, aut predicator, & quilibet pacis & virtutis aduersarius, aut dissipator cito conteratur, seu de mundo tollatur, aut saltem sub ecclesia seipsum submittat, aut ab ea deiciatur, & eius malum propositum conteratur, conculcetur, atq̄ in nihilum redigatur.

Expositio Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum, ¶ Sit gratia gratificaciō, mediāte qua sunt hoīes deo grati, & ab eo acceptati ad vitā eternam. Et etiā gratia gratis data quæ a deo hominibus libere, & gratis confertur, vt sibi ipsis ad salutem prodesse valeant, & cæteris ecclesiæ Christi membris. Quæ gratia, tam gratis data, quam gratum faciens. Dicitur idēo esse dñi nostri Iesu Christi, quia a Christo passio est hominibus exhibita, seu collata in merito passionis suæ exhibitæ: & ante **CHRISTVM** passum est hominibus collata in merito passionis suæ exhibendę.

Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei.

Timoth. ¶ Hic Timotheus fuit Derbeus natione, & filius Iudeę mulieris fidelis, & viduę, & ex patre gētili, q̄ idēo adiutor apostoli dictus est, quia ipse apostolū est sequutus, & ipsum in quibus potuit, adiuit, & eius paruit mādatis, & vna cū

Actu. 19, Erasto in macedoniā ab apostolo missus est, & in **I. cor. 4,** Corinthum, apostolo Corinthiis dicente: Mihi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino, qui vos commonefaciat vias meas quę sunt in Christo Iesu, sicut vbiq̄ in omni ecclesia doceo. Etiam Thessalonicenē, ab apostolo missus est, vt eos exhortaretur in fide, & confirmaret. apostolo dicente: Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis, & missimus Timotheū fratrem nostrū, & ministrum dei in

I. thes. 3.

euangelio christi, ad cōfirmādos vos, & exhortendos pro fide vestra, vt nemo moueatur in tribulationibus istis. Hic Lucius (vt quidam volunt) fuit Lucas, qui euangelium scripsit, & pro eo quod apostolus vocat eum Lucium, dicunt (teste Origene) super hoc passu, quod nomina interdum proferuntur secundum patriam declinationem: interdum etiam secundum Gręcā, aut Romanā. Alii dicunt de hoc Lucio scriptum esse illud actorum. Erant autem in ecclesia, quæ erat Anthiochiæ prophete & doctores, in quibus Barnabas, & Symon qui vocatur niger, & Lucius Syrenenē. Iason ille est Thessalonicenē de quo in actibus apostolorum habetur, quod Thessaloniceæ pro Paulo, & Scylla seditionem commouentibus turbis seipsum dederit, vt apostolo dicendi faceret libertatem. Sosipater quoq̄ qui his iungitur, ille videtur esse de quo in libro Actuum dicitur: Comitatus est autem eum (apostolum scilicet) Sosipater Pyrrhi beronenē. Scribit apostolus Romanis hos eis dare salutem, vt ipsi eorū memores sint. Et cum de his quatuor dicat: cognati mei, & non, nostri, videtur hos esse secundum propagationem carnalem cognatos apostoli. Dicenti: cum apostolus se dicat Iudęum, natum ex tarso Syriæ, & hebraum ex hebræis de tribu Benjamin. Et Timotheus fuerit ciuis Derbenē, & Iason Thessaloniceenē, & Lucius Syrenenē, ex Anthiochia, & Sosipater Pyrrhus Beronenē. Quomodo isti fuerit cognati apostoli Pauli Respondeat hoc potuisse fieri, & hoc, quia tūc multi Iudæi dispersi fuerant, & non omnes qui dispepsi fuerant per Nabugodonosor, in Iudęa redierant: sed in his locis manebant, in quibus ab eis acquisitę fuerant possessiones. Et sepe eorum successores in his locis mansuri veniebant, vt licite possent vtī possessionibus eorum.

Lucius,

Origenes

Actu. 13.

Actu. 17.

Sosipater

Actu. 20.

Questio 1.

Actu. 22.

Philip. 3.

Solutio,

Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. ¶ Hic Tertius erat nō numero, sed nomine ex quo, noīe proprio vocabatur Tertius, & sub apostolo hanc scripserat epistolam in dño, seu ad dei honore, rāq̄ fideiis, & verus Christianus: & ob hanc causam ei concessit apostolus vt ipse nomine proprio salutem daret Romanis,

Tertius

propriū

nomen.

Salutat vos Gaius hospes meus, & Vniuersę ecclesię. ¶ Hic Gaius ille est, de quo Apostolus dicit. Gratias ago deo meo q̄ neminem vestrum baptizauit, nisi Crispum, & Gaium. Et cui Ioannes tertiam suam epistola. Cano. scripsit. Hic videtur iudicare Apostolus de hoc Gaiō q̄ fuerit vir hospitalis qui non solum Apostolum recipiebat, se detiam cunctos Christianos qui veniebant Corinthum, ita vt meruerit vocari hospes vniuersę ecclesię. Et etiam hunc laudat Ioannes in tertia sua epistola. Cano. & præcipue de hospitalitate. Fertur enim traditione nonnullorum maiorum q̄ hic Gaius fuerit Episcopus Thesalonicensis ecclesię.

Salutat vos Erastus Archarius ciuitatis, & quartus frater. ¶ Hic Erastus Corinthi manebat, iuxta illud Apostoli Erastus remansit Corinthi. dicitur archarius, princeps, & dispensator bonorum existentium in archa cõmuni. Creditur fuisse hic Erastus princeps, & dispensator communis archę Corinthiorum in qua reponebatur vectigalia, & tributa, & census Cæsaris, & bona cõmunia. Et (vt videtur) quia Iustus & bonus Christianus erat, & fidelis dispensator bonorū quę in manus eius erant. Cognouit eum Apostolus a deo remuneraturum in ciuitate sancta Hierusalem, quę omnibus beatis cõmunis est. Et ista de causa (vt videtur) dicens eum Apostolus Archarium ciuitatis non adiunxit nomen ciuitatis illius, sed dixit, ciuitatis sine pluri. Quartus, hic nomen proprium est viri Christiani, quem ideo apostolus vocauit fratrem sine pluri, quia erat spiritalis frater, & fidelis ipsi apostolo Paulo, & omnibus Christianis.

Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis Amen. ¶ Ex ardenti amore resumit Apostolus paulo antea prædixit de gratia Christi. Ac si diceret. Tot, & tanti saluationem vobis mandat, Et ego mea ex parte amore charitativo exopto, & a Christo exoptulo vt gratia gratis data a deo hominibus ad vtilitatem eorum, ac proximorū, ac totius ecclesię collata: & etiam, vt gratia

Gaius.
I. corit. I.

Erastus.
2. thio. 4.

Quartus
viri pro-
prium.

Exp5.

gratum faciens a solo deo creata, & a deo in animas iustorum infusa, quę gratia tam gratis data quam gratū faciens est domini nostri Iesu Christi. Ex quo, quęlibet earū est, & fuit, & erit hominibus collata in merito passionis Christi exhibite aut exhibendę. Hoc suum desiderium confirmas Apostolus dixit, Amen. Ex quo, hæc dictio. Amen, est confirmatiua eorum quę antea dicta sunt, equiualens huic, Ita est, Ita fuit, Ita erit, Ita eueniet.

Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi secundum reuelationem mysterii temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundū præceptum æterni dei ad obediendū fidei in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti deo per Iesum Christum, cui est honor, & gloria in secula seculorum Amen.

¶ Euangelium Pauli dicitur annuntiatio, qua ipse annūciavit Christum, & ea quę de ipso sunt credenda quo ad vtrancū naturam, tam diuinam quam humanam, & corp⁹ Christi mysticum quod est ecclesia, in hac annuntiatione loquente in eo Christo iuxta dictum eius istud. An experimentum queritis eius qui in me loquitur, Christus. Mysterium hic accipitur, vt supra super illud capitulum. II. Nolo enim vos ignorare fratres mysterium, acceptum est. Dicens Apostolus. Temporibus æternis taciti, accipit tempora æterna pro duratione quę præcessit hunc mundum, quę nihil aliud est, nisi æternitas quę exprimit Apostolus per tempora æterna, quia non potest comprehendī a nobis nisi per comparisonem ad tempus infinitum, vnde ad Tytū dicit. Ante tempora secularia. Et cum his temporibus comprehendit etiam tempus ex quo mundus cõcepit esse vsque ad Christi resurrectionem. Ideo dicitur deus solus sapiens, quia ipse per essentiam suam, & non per accidentale donū solus sapiens est. Et quia nihil aliud est ipsum esse, quā

Notulę
Euang.
Pauli.

2. cor. vlt.

Tēpora
æterna.

ad tytū. I.

De⁹ solus
sapiens.

sapientem esse, nec sapientem esse, quam esse. Et quia ipse est qui hominib⁹ sapientiam tribuit, & cuius tanta est sapientia, vt in comparatione ipsius, omnis sapientia creata pro nihilo reputetur. Sicut in comparatione diuinæ puritatis cæli etiam non sunt mundi Honor (vt dictum est supra. super illud cap. II. Ipse honor, & gloria in secula seculorum. Amen) dicitur reuerentia alicui exhibita in verbo, & opere in signum virtutis. Ex quo, virtutis præmium est honor. Gloria (vt illic dictum est) est frequens de aliquo fama cum laude, quæ si de bono vero sit, etiã claritas honorũ dicitur. Seculum (vt illic quoque dictum est) ideo dicitur, quia vnum sequitur ad aliud. Et ponitur pro quolibet spacio temporis aliquantulum longo. Et si pro vita hominis ponatur seculum dicitur longissimum spatium senescendorum hominum. Cum ponitur in scripturis Secula seculorum, accipitur secula pro immensitate temporum, & pro duratione rerum incorruptibilium quæ continent secula finem non habentia iuxta illud Psalmistæ. Regnum tuum, regnum omnium seculorum. Et illud apost. **IESVS CHRISTVS**. heri & hodie ipse & in secula. Vbi satis constat apostolum ibi accipere secula non prælabentibus seculis, sed pro æternis quæ finem nõ habent.

Expõ. textus ad litteram. ¶ **E**i autem ¶ deo trino, & vno, & a quo omnia sunt, & dependent ¶ qui potens est vos cõfirmare, ¶ in fide perfecta, & in omni bono, & qui modicum propter cum passus perficiet, cõfirmabit, consolidabitq;. De eo dicente Petro. Modicum passus ipse perficiet confirmabit, consolidabitque ¶ iuxta euangelium meum ¶ confirmiter ad predicationem, & doctrinam meam, qua loquente in me Christo, ipsum annunciaui deum esse, & hominem verũ Messyam in lege promissum, & quæ celebrata sunt in eius humanitate mysteria, & quæ Christi fidelibus eius membris expediunt. ¶ Et prædicationẽ **IESV CHRISTI** ¶ qua cœpit prædicare, & dicere. Pœnitentiã agite. Appropinquabit enim regnum cœlorum. Et venit ipse in Galilea prædicans euangelium regni dei, & dicens quoniam impletum est temp⁹, & appropinquabit regnum dei. Pœ-

Job. 15.
Honor.
Gloria.
Seculum.
Secula seculorum.
Psal. 144.
Hebr. 13.
Expõ. textus ad litteram.
I. pet. vlt.
Math. 4.
Mar. I.

nitemini, & credite euangelio. Et qua ipse **CHRISTVS** cœpit hominib⁹ enarrare salutem. Dicete Apostolo. Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt in nos confirmata est. Sic prædicatio euangelii in Apostolo confirmata est vt euangelium ab apost. annũciatũ a prædicatione Chri nõ dissonaret ¶ Ex quo, i eo loq̃batur Chrs. Et ipse nõ ab hoibus neq; per hoïem est vocatus apostolus, sed per Iesum Chrm, & deum patrem nec ipse euangelium ab eo euangelizatum ab homine accepit aut didicit, sed per reuelationẽ **IESV CHR** ¶ **S T I** ¶ Sedundum reuelationẽ ¶ manifestationem, & declarationem ¶ Mysterii ¶ diuini, secreti, & occulti, non omnibus patentis, & dei occulti iudicii, secretum aliquod continentis non omnibus reuelati ¶ temporibus eternis taciti ¶ temporibus immensis quæ præcesserũt mundi exordium, & etiam temporibus quo mundus cœpit esse vsq; ad **CHRISTI** resurrectionem, Mysteria diuina in **CHRISTI** humanitate celebrata vt sunt eius incarnatio, passio, & resurrectio, & occulta dei iudicia secretũ aliquod cõtinentia, vt sunt hæc. gentes quæ non sectabantur Iustitiam, apprehenderunt Iustitiam post euangelii promulgationem. Israel vero in legem iustitię non peruenit, & dum plenitudo gentium subintrauerit omnes Iudæi suscipient **CHRISTI** fidem, tacita fuerunt, seu occulta, & non manifesta his qui præcesserunt **CHRISTI** resurrectionem. Ex quo, inter eos pauci cognouerũt Prophetę scilicet qui de his vaticinati sunt, & alii quibus dñs reuelauit quib⁹ tunc nõ licuit hæc dei occulta mysteria ad plenũ manifestare, & reuelare. Nam dñs aliqua hoibus reuelat quæ eis non licet aliis manifestare, & reuelare. Apõ dicente se raptũ fuisse vsq; ad tertiuũ cœlũ, & in paradisu, & audiuisse archana verba quæ nõ licet hoï loq̃ ¶ Quod ¶ diuinũ mysteriũ spibus eternis tacitũ ¶ Nunc ¶ in hoc tpe legis gr̃e i quo sum ¶ patefactũ est ¶ declaratu & manifestatu hoibus, præcipue Chricolis in hoc mundo viuẽtib⁹ ab eo q; habet clauẽ Dauid, & q; aperit, & nemo claudit: Et etiã ab ap̃s, & Christi discipulis quib⁹ Chrs

Hebr. 2.
Galat. 1.
Mysteria diuina in humanitate Christi celebrata occulta fuerunt.
2. Cor. 12
Apoc. 3.

Lucę vlti. aperuit sensum vt intelligerent scripturas. Et quas scrip-
pturas veteris testamenti scripturas, eas scilicet de quibus
hic subiungit Apost. ¶ Per scripturas prophetarum ¶ ab
ipso **CHRISTO** referatas, manifestatas, & declara-
ratas post passionem suam suis apostolis quando iuxta su-
am promissionem qua ipse rogauit patrem, & paraclytū
Ioā. 14. dedit suis discipulis. Venit in die penthecostes in linguis
Actu. 2. igneis super discipulos spiritus sanctus, quem misit Chri-
Ioan. 15. stus a patre. Qui spiritus sanctus docuit apostolos, & Chri-
Ioan. 16. sti discipulos omnem veritatem. Ita vt sic ab eo instructi
intelligentiam haberēt prophetiarum, & totius veteris tes-
tamenti, & reuelarent sicuti reuelauerunt suprad. myste-
ria diuina ostendendo per scripturas prophetarum Chri-
stum esse verum Messyam in lege promissum, qui pro re-
demptione generis humani passus est, & tertia die resurre-
xit vti ostendit Petrus vt videri potest Actuum. 2. 3. &
4. Et Paulus, & Iacobus, & Ioānes, & Iuda, vt videri po-
test in eorum epistolis. Et ceteri apostoli vt constare po-
test intuenti scripturam actuum apostolorum. Et occulta
dei iudicia secretum aliquod continentia, vt est q̄ gentes
quæ non sectabantur iustitiam, apprehēderunt iustitiam:
& israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitię nõ per-
uenit. Et q̄ dum plenitudo gentium subintrauerit, tunc
omnis israel saluus fiet, quæ reuelauit apostolus vt videri
potest supra cap. 9. & 11. conformiter etiam a scriptu-
ras prophetarum. Et hæc manifestata, & declarata sunt.
Hic teste Apostolo. ¶ Secundum præceptū æterni dei ¶
datum a **CHRISTO**, qui non purus homo fuit,
sed deus, & homo fuit, & est. Et vt secunda persona in
diuinis vnus essentię cum patre, & spiritu sancto, & coe-
ternus patri, quo præcepto ipse suis discipulis dixit. Eun-
tes ergo docete omnes gētes baptizantes eos in nomine
Math. vlti patris, & filii, & spiritus sancti. Et eisdem ait. Euntes in mū-
Marc. vlti dum vnuerfum prædicate Euangelium omni creature. Et
præceptum istud (teste hic apo.) datum est ¶ ad obeditio-
nem fidei in cunctis gentibus ¶ vt omnes gētes obediānt
fidei credendo fide quæ per dilectionem operatur ¶ cogni-

ti] mysterii olim temporibus æternis taciti ¶ soli deo sa-
pienti ¶ & hoc, quia si modo hominib⁹ tale mysterium sit
reuelatū, tamen a solo deo cognitū est. Cur quando adue-
nit plenitudo temporis hominibus reuelatū est, & nõ an-
te. Et cur nunc gētes q̄ nõ sectabātur iustitiā, apprehēde-
rūt eā, & nõ iudei. Et cū plenitudo t̄pis subitabit, & q̄
omnis israel salu⁹ fiet. Et cur tantū distulerit gentes voca-
re ante resurrectionē uam? Nam hæc solus de⁹ cognoscit,
qui ideo sol⁹ dicitur sapiēs, quia ipse, & nullus ab eo essen-
tialiter distinctus a seipso, & non per aliud sibi inhærens,
sapiens est. Et etiā quia ipse est ille sine quo nulla in crea-
turis esse potest sapientia ¶ Per **IESVM CHRIS-
TVM** ¶ non intelligatur q̄ deus pater sit sapiens
per **IESVM CHRISTVM**, nec cognoscat cur &
quomodo causā fiat per **IESVM CHRIVM**, Nota.
quia cum deo sit idem sapere quod esse, sequeretur q̄ pa-
ter esset per filium, quod non est dicendum. Sed intelli-
gatur q̄ mysterium æternis temporib⁹ tacitum modo supra-
dicto nūc patefactum est per **IESVM CHRISTVM**,
¶ Cui ¶ teste hic apostolo ¶ honor ¶ est exhibendus in
verbo & opere, exhibēdo nomini eius reuerentiam in co-
gitatione, volitione, verbo, & opere in cognitionem supre-
mi domini ¶ & gloria ¶ etiam est ei exhibenda propter
seipsum, cognoscendo eum esse supremum dominum, &
clarificando eum in omnibus bonis, gloriosumq̄ eū præ-
dicando, & laudem ei tribuendo, & claritatem bonorum
¶ In secula seculorum ¶ non præcisē pro aliquo spatio ali-
quantulum longo, vtputa cētum annorum, aut centum &
decem. aut centum & viginti, sed per omnia secula succe-
dentia, & per durationem rerum incorruptibilium, & p̄
immensitate temporum, & pro æternis seculis, quæ finem
non habent, & quæ digniora sunt labentibus seculis sicut
Sancta sanctorum, & Cantica canticorum, præstantiora
sunt cæteris sanctis, & canticis: Vel sicut Rex regum, & do-
minus domnantium, cæteris regibus & dominis est præ-
stantior ¶ Amen ¶ Hęc dictio Amen est affirmatiua, affir-
mans ea quæ supra dicta sunt esse vera, equalens huic.

IN EPITO. AD ROMA.

Ita est, Ita erit, ita fuit. Vel alicui istorum. Ita credendum est vt supra dictum est. Quę supradicta sunt, vera sunt, & credenda. Hanc dictionem esse hoc modo affirmatiuam constat iuxta illud Esaye. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in deo Amen. Et Hiere. Amen domine dicit Hieremias. Quod tantum valet sicuti, ita fiet, ita erit. Quę dixisti domine, fiūt. Et illud Neemię seu Esdrę vbi dicitur q̄ congregato populo in Hierusalē stetit Esdras super gradum ligneum, & legit, & attulit librum domini, & aperuit coram populo librum. Et cum benedixisset dño, voce magna respondit omnis populus, Amen, Amē, Ac si diceret populus confirmando ea, quę dixerat Esdras Ita sit, ita fiat,

¶ Absolutum est in alma Parisiorum academia opus hoc expositionis epistolę ad Romanos Fr. Philiberti Harsche Heremitanę Augustinianę familię doctoris Theologi facultate, origine, & conuentu Parisiē. Anno a Christo nato sesquimillesimo trigesimo sexto mense Iulio.